3.1/4

LIBRARY
OF THE
Theological Seminary.
PRINCETON, N. J.

Case
Shelf
Book

Division PJ 5272
Section .U 31
No.



INSTITUTIONES
Linguae Samaritanae

ex

antiquissimis monumentis
erutae et digestae,
integris paradigmatum tabulis indicibusque adornatae;

quibus accedit

Chrestomathia Samaritana

maximam Geneseos partem et selecta reliquorum Pentateuchi librorum capita complectens, notis criticis exegeticis illustrata

et

Glossario locupletata

a

Friderico Uhlemanno

Phil. Doct. AA. LL. M., S. S. Theol. Licent. in universitate Friderica Guilelma Berolinensi, Gymnasii, quod eodem ibi floret nomine, Professore, Societatis histor. theol. Lips. sodali ordinario.

Lipsiae

Sumtibus et Typis Caroli Tauchnitii.

1837.

INSTITUTIONES
Linguae Samaritanae

ex

antiquissimis monumentis

erutae et digestae,

integris paradigmatum tabulis indici-

busque adornatae

a

Friderico Uhlemanno

Phil. Doct. AA. LL. M., S. S. Theol. Licent. in universitate Friderica Guilelma Berolinensi, Gymnasii, quod eodem ibi floret nomine, Professore, Societatis histor. theol. Lips. sodali ordinario.

Pars prior.

Lipsiae

Sumtibus et Typis Caroli Tauchnitii.

1837.

Praefatio.

Cum iam diu a Viris doctis desideratum sit, ut et antiqua Samaritanorum lingua suas haberet Institutiones, quibus, qui in his literis ediscendis elaborarent, recte uti possent ducibus, nec adhuc usque reperiretur, qui has curas susciperet, non tam quod huic operae pares deessent aut viribus suis diffiderent, quam quia sumtuosum illud opus liberalitate, quae literis magis faveret quam lucro, opus haberet; non sane ingratum mihi fuit, quod Carolus Tauchnitius vir honestissimus et de re libraria aeque ac de arte typographica optime meritus, cui hoc quoque literarum genus promovere paranti a rerum Orientalium haud infimo iudice commendatus essem, ante triennium fere a me peteret, ut lucubrationum mearum partem in haec studia impenderem et librum conscriberem, qui non tam hanc lacunam literariam expleret, quam votis illis satis faceret. Licet autem haec petitio me ab aliis, quibus tum ad dogmata ecclesiae Orientalis dilucidanda incumberem studiis, quorum specimina ex Ephraemo Syro in lucem edita praeter exspectationem a Theologis nostri aevi longe plerisque benigne excepta sunt, avocaret, probeque intelligerem, hoc novum negotium in me delatum multis impeditum esse difficultatibus, tamen eo promtius has literas excolere apud me constitui, quo digniores eas ingenii exercitatione iudicarem, quoque largiorem fructum mihimet ipsi nec exiguum forte aliis literarum Sacrarum fautoribus ex hoc qualicunque opere meo fructum redundaturum esse sperarem. Clarissima ceteroquin nomina prioris et recentissimi temporis Morini, Waltoni, Castelli, Hottingeri, Relandi, Ludolphi, Cellarii, Schwarzii,

Wineri praesertimque Gesenii et de Sacyi *, qui Duumviri merito Germaniae et Franco-Galliae ornamenta in hoc literarum genere praedicantur, ut me ad elaborandum incitarunt, ita veritus, ne verecundiae meae detrimentum importare viderer, lubentius digniori hunc honorem concedere malui, nisi prius mihi persuaderem, condonaturos esse, si quid oculorum aciem effugerit, et illos longe principes Orientis cultores, et alios aequos iudices, qui scirent, quantae molestiae et difficultates superandae essent ei, qui has literarum partes sibi vindicaret et hanc linguam ex antiquissimis populi sui monumentis eruere erutamque digerere vellet. Alacri igitur studio ocius citius opus aggressus sum, parum eos curans, qui doctiore, quam par est vultu forte rogitent, quid commodi ex his literis Veteris Testamenti interpres lucraturus sit, adeoque satis habeant aliosque

---

* Librorum recensus ad alias potissimum rerum Samaritanarum quam ad grammaticas partes spectantium hic est: *Io. Morini* Opuscula Hebraeo-Samaritana. Parisiis 1657. 12. *Eiusd.* Exercitationes ecclesiasticae in utrumque Samaritanorum Pentateuchum. Parisiis 1631. 4. — *Brian. Waltoni* Dissert. de Pentateucho Samar. eiusque versionibus in Prolegg. ad Polygl. Lond. Vol. I. c. 11. — *Edm. Castelli* Animadversiones Samariticae in Polygl. Lond. Vol. VI. — *Eiusd.* Lexicon heptagl. hebr. chald. syr. samarit. aethiop. arab. Londini 1669. fol. — *Io. Hen. Hottingeri* Exercitationes Antimorinianae de Pentateucho eiusque udentica *αὐθεντίᾳ*. Tiguri 1644. 4. *Eiusd.* Methurgeman Dissert. de Translationibus Bibliorum in linguas vernaculas ibid. Dissert. III. — *Hadr. Relandi* Dissert. de monte Garizin in eius Dissertatt. Miscell. Traiecti ad Rhenum 1707. 8. P. I. Dissert. III. p. 121. seqq. et ibid. De Samaritanis P. II. p. 1 sqq. — *Christoph. Cellarii* Collectanea historiae Samaritanae Cizac. 1688. 4. *Eiusd.* Epistolae Samarit. Sichemitarum ad Iobum Ludolphum etc. ibid. 1688. 4. — *Georg. Bened. Wineri* De versionis Pentateuchi Samaritanae indole. Dissert. critico-exeget. Lipsiae 1817. 8. — *Guilel. Gesenii* De Pentateuchi Samarit. origine, indole et auctoritate. Comment. philologico-crit. Halae 1815. 4. mai. *Eiusd.* De Samaritanorum theologia ex fontibus ineditis commentatio. Halae 1822. 4. *Eiusd.* Carmina Samaritana etc. Lipsiae 1824. 4. mai. — *Silvestre de Sacy* Mémoires sur l'état actuel des Samaritains. Paris 1812. vernacule in: Archiv für alte und neue Kirchengeschichte von *Staeudlin* und *Tzschirner* Bd. I. Stck. 3. p. 40 sq.

unam iam alteramve dialectum Semiticam primis labris degustatam ad illos libros Sacros recte intelligendos sufficere, docere haud erubescant. Quem igitur has curas procrastinare taederet animum meum, non prius sistere et aequum et necesse videbatur, quam molem illam subsidiorum aegre undequaque congestorum cumulatam conspiceret, quae nec operam nec tempus suum perdidisse ei persuaderet. Ingrati autem animi ne me redarguant, qui Cellarii ** saltem de rebus grammaticis merita a me extollenda eiusque in hac re curas collaudandas iure flagitent, quibus lubenter largior, quam vere dixerint, et a quibus nihil aliud mihi peto, nisi quod confiteantur secundas quoque curas ferri posse, non tam, quod ille liber rarior aditum fere ad hanc linguam ediscendam occludat, quam quod nostrae aetatis linguarum Semiticarum cultores in indaganda earum indole tam praeclare profecerint, ut haudquaquam inutilis, certe non eiusmodi sit, qui eruditioni nostrae prorsus respondeat, quo nec meritis nec doctrinae Clarissimi huius Viri quicquam detrahetur; sciant, non facile quemquam magis quam me eius memoriam recolere, cuius doctrinam scriptis aeque ac fama celebratam iuvenis adhuc, qua decebat pietate admiratus in eorum Virorum ordine florentem audirem, qui olim Gymnasio, cui ipse eruditionem literariam debeo, egregie regundo praepositi essent, haud divinans, me potissimum fore, qui post centum et quinquaginta annos eas relegerem literas, quarum fructum ille hoc munere functus Cizae in lucem ederet. Licet autem apparatum criticum, qui in legenda ver-

---

** Praeter *Cellarii* Horas Samaritanas Cizae 1682. 4. min. editas, quae p. 59 — 114. leges Grammaticae Samaritanae complectuntur, brevem conspectum et delineamenta huius linguae exhibuerunt *Morinus* in Opp. Hebraeo-Sam. supra laudatis p. 1 — 93., *Castellus* in Lex. heptagl. *Georg. Otho* in Synopsi Institutionum Samarit. Rabbin. Arab. Aethiop. et Pers. Francofurti ad Moenum 1735. 8. p. 1 — 32. et *Io. Leonh. Reckenberger*, qui Collegio fundamentali Graeco Ienae 1739. 8. concisa linguae Samaritanae principia paucis paginis comprehensa adderet. Qui quidem libri cum omni subsidio syntactico destituti essent, praeter Cellarii curas nihil suppeditarunt, quod in nostram rem convertere potuissemus.

sione Pentateuchi Samaritana mihi suppeteret, partim huic libro, partim Chrestomathiae et Glossario ei adiuncto iniungere mihi contigerit, plura tamen supersunt, quae ab alterutro opere aliena idoneum locum haud invenirent, quae, nisi hae curae omnino displicuerint, peculiari Dissertatione subsequentur. Non denique possum non, quin Christianum Tauchnitium patris inter haec coepta morte praerepti voluntatem summa cum fide et singulari liberalitate exigentem nihilque magis curantem, quam ut opus nitidissimum in vulgus prodiret, et Beerum amplissimum Virum in Universitate literaria Lipsiensi linguas Orientales laetis auspiciis docentem, qui corrigendi molestum laborem in se susceperat, maximopere laudem, et nihil magis opto, quam ut illum tantos sumtus fecisse haud poeniteat, huic haud noceat, quod grati animi documentum huic praefationi inserere voluerim.

Scripsi Berolini mense Decembri anni CIƆIƆCCCXXXVI.

Prolegomena.

Brevis rerum Samaritanarum enarratio.

§. 1.

De regione, quam ab antiquissimis inde temporibus ad nostram usque aetatem Samaritani incoluerint, deque locis sacris, quibus Deum adoraverint.

Antiquam Samaritanorum linguam discentibus haud ingratum fore arbitramur, si, priusquam sese ad haec studia accinxerint, de sede huius gentis patria, de origine, conditione rebusque gestis nec non de religione et scriptis eius certiores fiant. Licet enim persuasum nobis sit, incuriae haud insimulari posse, qui satis nota fusius exponere supersedeat, nec huius sit loci multis disserere de iis, quae prisci aevi gnaros haud lateant, et in quibus eos potissimum, qui ad has Orientis partes se converterint, satis versatos esse existimemus, tamen ea percensere apud animum nostrum propositum est, quibus nitantur scitu dignissima, quae quisque ex hac praefatione, quam aliunde sibi suppeditari maluerit. Hinc a re nostra haud alienum erit, si hanc nobis scribamus legem, ut a delineanda, quam olim incoluerint Samaritani regione exorsi progrediamur ad ea ipsa, quae aut ab ipsis fuerint gesta aut iisdem acciderint et immoremur paullisper religioni et fontibus describendis, unde, quae hoc contineantur libro, sint hausta. Quod igitur attinet primum ad regionem, quam obtinuerint Samaritani, innotuerunt ibi nobis et urbium et locorum sacrorum nomina, sine quibus et ipsa eorum historia expediri nequeat. Etenim Samaria (*Σαμαρειτις* I. Macc. 10, 30.) ea dicta est terrae sacrae pars, quae mediam inter Iudaeam et Galilaeam sita (Iosephus de B. I. III. 2.) urbem haberet eiusdem nominis (שֹׁמְרוֹן, Chald. שֹׁמְרַיִן, Syr. ܫܡܪܘܢ, Act. 8, 5. *Σαμαρεια*) in monte cognomine ab Omri rege conditam (Iosephus Ant. VIII. 7.). Quae quidem urbs unius diei itinere ab Hierosolymis distans (cf. Ioseph. l. l. XV. 11.) et regia regni Israelitici sedes (1. Reg. 22, 52. Ier. 23, 13. Ez. 16, 46.) ab Assyriis sub Salmanassare diruta (Mich. 1, 3 — 8. II. Reg. 17, 6.) iterumque posthac instaurata floruit, dum Ioannes Hyrcanus

obsessam et expugnatam denuo funditus everteret (cf. Ioseph. ib. XIII. 18.), neque prius ad pristinum revocata est florem, quam Gabinius eam restitueret (cf. Ioseph. ibid. XIV. 10. et de B. I. I. 6.); a quo inde tempore et Gabiniae nomen interdum auditum est. Postero tempore Augustus imperator Herodi Magno eam concessit, qui, quo hanc erga se gratiam atque favorem recoleret, eandem egregie munitam et exornatam in honorem Augusti Sebasten nuncuparet (cf. Ioseph. Ant. XV. 11.). Neque tamen principem locum, quem vicina Sichem posthac sibi vindicaret, diu tenuit, ita ut abhinc paullatim a pristino splendore ad ignobilem vicum deturbata oblivioni fere traderetur. Hanc alteram autem urbem ab Hebraeis שְׁכֶם, a LXX. *Συχεμ*, a Iosepho Ant. V. 7. IV. 8. *Συχαρ*, ab Eusebio et Epiphanio *Σικιμα*, a Syro ܫܟܡܐ dictam inter montes Garizim et Ebal interiacentem (Ios. 20, 7. Iud. 9, 7. I. Reg. 12, 25.), e Levitarum urbibus unam et antiquitus iam populi concione, quam Iosua eo convocaverat, nobilitatam (Ios. 24.) Iudicum aevo Abimelechus (Iud. 9, 45.) quidem evertit, nec tamen ita multo post iterum ad priorem reducta auctoritatem, quippe in qua Rehabeamus, qui Salomoni successit, conventum populi haberet (1. Reg. 12, 1.), regno cessit Israelitico et aliquamdiu Ierobeami erat sedes (I. Reg. 12, 25.). Tempore exsilium subsequente Samaritanorum cultus inprimis ibi viguit (Ioh. 4, 21.) et etiamnunc ibidem puteus ille Iacobi ad occidentem urbis versus prope viam, quae Hierosolyma ducit, ostenditur, licet, quae de eo prodiderunt, qui hanc regionem recentioribus adierunt temporibus, valde sibi repugnent. Post Christi tempora Neapolis inclaruit nomine, quo post Iosephum (de B. I. V. 4.) Eusebius utitur, et quod in nummis nacta est Flaviae nomen, haud dubie debetur Flavio Vespasiano, qui bello Iudaico dirutam instauraret. Videtur tamen Neapolis non eo loco, quo antiqua sita fuit Sichem, restituta fuisse et nostra aetate praeter nomen nihil pristinae gloriae superest (cf. Bacchienne II. §. 536. Bruns Handbuch II. 1. Mannert VI. 1. 294. Büsching V. 1. 403.). Praeter has urbes mons Garizim in Samaritanorum religione haud infimum tenet locum. Qui quidem (גְּרִזִּים, *Γαριζαιν*) monti Ebal (עֵיבָל) ex adverso situs vicinam habuit Sichem et ob fertilitatem locorumque amoenitatem tam ab antiquioribus quam a recentissimis scriptoribus celebratur, dum Ebal ab iisdem sterilis omnique proventu carens describitur, ita ut nemo facile miretur, qui Mosen Israelitas terram sacram ingressos ab illo bene precari, ab hoc exsecrationes

efferre iubentem audierit (Deut. 27, 11 — 13. Jos. 8, 33.). Summam autem celebritatem nactus est Garizim, ex quo templum in eo exstructum est, in quo Samaritani non modo Deum colerent, sed omnem omnino cultum sacrum exhiberent (II. Macc. 6, 2. Ioseph. Ant. XI. 8.), ita ut Zioni eiusque templo auctoritate haud cederet. Nec post hoc templum (a. 139. a. Chr.) a Ioanne Hyrcano cum urbe adiacente destructum (Ioseph. Ant. XIII. 7.) monti antiqua defuit religio, quem Christi aetate Samaritani eum declararent locum, in quo solo Deus sit adorandus (Ioh. 4, 21.) et cui nec etiamnunc prisca sanctitas denegetur, licet paucis illis Samaritanis Neapoli superstitibus eum conscendere, nedum sacra ibi facere vetitum sit. Religionem hanc ceteroquin Samaritani ab iis ducunt temporibus, quibus Israelitae Deo pro recepta terra sancta gratias agentes prima in eo sacrificia obtulisse traduntur. Quodsi vero, quo hoc comprobent, ad Deut. 27, 4. provocant, scias, nonnisi ipsorum Pentateuchum suppetere lectionem גְּרִזִּים, dum reliqui omnes Iudaeorum codices montis Ebal (עֵיבָל) ibi meminerint, ita ut Samaritani vix a suspicione depravati huius loci immunes vocari possint. Cf. Gesenius Comment. de Pentat. Samarit. p. 61.

§. 2.

De origine, conditione rebusque eorum gestis.

Cum inter omnes constet, tractum illum terrae sanctae, quem iamiam descripsimus, Iosuam Ephraimitis distribuisse, nec facile fugiat quemquam, qualis fuerit huius tribus sub Iudicibus et Regibus ad Salomonem usque status, aut ullum crediderim ita historiae sacrae rudem, quin sciat, decem tribus sub Ierobeamo descivisse, Menachemum Assyriorum regi tributarium factum fuisse, Pecachum terrae partem trans Iordanem sitam amisisse et superiorem Galilaeam abducto inde a Tiglatpilesare in Assyriam populo a Cuthaeis aliisque huius regni populis vicissim eo deductis abhinc incultam fuisse (II. Reg. 15. sqq. I. Chron. 5. sqq.), ab eo tempore exordiamur describendo, quo et Samaritanorum nomen et res innotuerunt. Etenim haec populi colluvies cum relictis ibi Israelitis permixta et שֹׁמְרוֹנִים s. *Σαμαρειται* (II. Reg. 17, 29.), perperam vel a lege Mosaica rite observanda, vel quod ipsis recenti aevo contendere placuit, a diligenti, quam susceperint terrae sanctae, custodia שֹׁמְרִים dicta, quin olim idolorum cultui addicta fuerit, omni caret dubitatione; licet iam tum gravibus oppressa poenis, at iterum inde liberata ad pristinum Dei cultum rediisse mul-

tis nec immerito persuasum sit. Post populi autem e captivitate reditum cum Samaritani templi in Zione reficiendi participes esse vellent, idololatriae accusati (II. Reg. 17, 26. sqq.) et a Serubabele a sacris restaurandis exclusi (Esra. 4, 1. sqq.) intercedendo effecerunt, ut templi exstructio (Esra 4, 4.) usque ad secundum Darii Hystapsis annum (a. 520. a Chr.) differretur. Haud minus Nehemiae, quanquam nihil ipsis profuit, in Hierosolymis muniendis obstiterunt (Neh. 4, 1. sqq.), ita ut odium inter ipsos et Iudaeos exardesceret, quod nunquam posthac placari posset. Persarum autem Satrapis, quorum ultimus erat Sanballatus a Dario Codomanno iis praepositus, subditi (cf. Ioseph. Ant. XI. 8.) templum in monte Garizim exstruere auspicati sunt. Victo interim Dario ab Alexandro Magno cum Sanballatus in huius regis, qui in Tyri obsidione haereret, fidem sese dedisset, accidit, ut Manasse Iddonis summi Iudaeorum sacerdotis frater, Sanballati gener, quem populares uxorem dimittere iuberent, ad socerum confugeret. Qui quidem cum praesidium et dignitatem sacerdotalem pollicitus illi persuaderet, ut Iudaeorum sacris abdicaret, ab Alexandro Magno templi in monte Garizim condendi impetravit veniam, cuius summum sacerdotem generum, eiusque posteros constituit. Videtur autem hic Manasse cum Ioiadae summi Iudaeorum sacerdotis filio, qui et ipse Sanballati filiam uxorem haberet et a Iudaeorum sacris exclusus fuisset, unus idemque fuisse, licet alii duos, qui Sanballati inclaruerint nomine, Samaritanorum praefectos vixisse et rem a Nehemia nobis traditam plane diversam esse ab ea, quam Iosephus retulerit, existiment. Mortuo autem Sanballato successit, cum Alexander Gazam obsideret, eodem Iosepho auctore Andromachus, quem Samaritani irritati vivum cremarunt (cf. Curtius Rufus IV. 8.). Hinc mirum non est, Alexandrum minus fuisse mitem erga Samaritanos, quibus, quamvis eadem sacra profiterentur, septimi anni immunitatem denegaret, quam Iudaeis concesserat. Praeterea hoc certum est, Alexandrum eosdem secum in Aegyptum deductos provinciae Thebaidos praesidio imposuisse; qui utrum ibi permanserint, dum Ptolemaeus colonos e Samaria eo arcesseret, non satis constat, etiamsi Iosephus (Ant. lib. XI. extr.) regem se agros iis divisurum promisisse affirmet. Alexandro defuncto in Ptolemaeorum venerunt potestatem et sub Ptolemaeo Philometore de templi sui sanctitate cum Iudaeis contenderunt (cf. Iosephus Ant. XIII. 6.), quod tamen de Aegyptiis potius, quam de Palaestinensibus Samaritanis valet.

Cum autem varia esset Palaestinae fortuna, quae modo Aegyptiis modo Syris obtemperaret regibus, nec Samaritani hac sorte erant exemti. Nam et Antiocho Epiphani paruerunt, qui non modo Apollonium et Nicanorem (*μεριδάρχην – πράττοντα τὰ βασιλικά*) iis praeficeret, sed cui etiam ipsi, quo crudelitatem, qua in Iudaeos saeviret, haud experirentur, *ἀποίκους Περσῶν καὶ Μήδων* (cf. Ioseph. Ant. XII. 7.) sese mentiti abiuratis sacris templum in monte Garizim exstructum *Διὸς Ἑλληνίου* nomine contaminatum offerrent. In Syrorum abhinc potestate et fide eos permansisse persuadebimur auxilio ab Antiocho Cyziceno contra Hasmonaeos ipsis praestito, licet ille nihil proficeret et bis a Iudaeis fugatus sese recipere cogeretur. Vicit enim Ioannes Hyrcanus, qui iam viginti annis ante post Antiochi Sidetis mortem Sichemo expugnata templum in vicino monte Garizim conditum destruxerat, et Samariam urbem (a. 109. ante Chr.) solo aequavit (Ant. XIII. 17. 18.). Fracta sic Samaritanorum potestate, cum Iudaeis, quibus aliquamdiu servierunt, in Romanorum redacti sunt ditionem, dum Herodes Magnus a Romanis rex appellatus Samariae quoque praeesset et urbem iam antehac a Gabinio instauratam (Ant. XIV. 10. de B. J. I. 6.) eximie ornatam in Augusti honorem Sebasten vocaret (Ant. XV. 11.). Post Herodis obitum filius eius Archelaus de Caesaris Augusti voluntate praeter Iudaeam et Idumaeam Samariam quoque ea sub lege accepit, ut eius incolis quarta tributorum pars remitteretur. Relegato autem Archelao cum Samaritani sub ius praesidis, quem procuratorem Caesaris appellat Tacitus (Annal. XV. 44.) venissent, Pilato negotium cum iis fuit, quibus irritatis fraudulentus quidam homo sacra vasa a Mose sub monte Garizim recondita detegere pollicitus fuerat (Ant. XVIII. 5.). Superior quidem ex hoc certamine evasit Pilatus, at non sine suo periculo, cum ab iisdem apud Vitellium Syriae praefectum accusatus Romam ad causam dicendam avocaretur (a. 36. post Chr.). Cum interim Herodes Agrippa maior regio nomine ornatus intervenisset (Ant. XVIII. 6. et de B. J. II. 9.), iterum praefecti Romani successerunt, donec bello cum Romanis exorto Samaritanos eadem quae Iudaeos opprimeret calamitas, Vespasiano cum exercitu Samariam quoque occupante et castris prope Neapolim positis, unde postridie Ierichuntem devenit (de B. J. IV. 8.). Sub Hadriano de Samaritanis nihil innotuit, nisi quod hic ipse imperator in epistola ad Severianum Consulem data Samaritanos priscam iuxta Iudaeos exuisse religionem et Serapidis cultum se-

cutos fuisse referat. Septimio Severo imperante, cui ob res in Syria praeclare gestas Senatus triumphum de Iudaeis decreverat, Neapolitanis Palaestinensibus, qui pro Pescennio Nigro Severi aemulo arma gesserant, civitatis ius ademtum est. At ut ceteris Palaestinae incolis, ita Samaritanis quoque condonatum poenamque remissam fuisse, non est, cur quis contendere dubitet. Postero tempore eosdem in Aegypto aliisque Orientis regionibus dispersos vixisse adeoque circa Constantinopolin et veterem Romam consedisse, Imperatorum testantur leges, et Romae adeo Theodorici aetate et iam antehac synagogam habuisse, Cassiodori (lib. III. epist. 45.) confirmatur testimonio. Cum autem negotiis inprimis operam darent, factum est, ut Constantinopoli mensariis in rationibus conficiendis adessent (cf. Iustinian. in edicto *περὶ ἀργυροπρακτικῶν συναλλαγμάτων*), nec non agris colendis operam dedisse, alibi edocemur. Quin imo Honorii iam aevo ad honores militiae, ad causas forenses agendas et curialia munera aditum iis patuisse refert Photius; quae si privilegia maioribus ipsorum concessa Iustinianus rerum potitus iis detrectaret, hoc non tam ideo ab eo factum fuisse mecum crediderit quisque, quod fidem Christianam profiteri nollent, quam quod crudelius in Christianos non modo Neapoli, sed in aliis quoque Palaestinae partibus saevirent. Tumultuariam etenim rempublicam, licet per orbem essent dispersi, in Oriente saltem habuisse, Procopius lib. V. de Aedif. c. 7. tradidit; in quos Zeno imperator, cum Neapoli in Christianos die Pentecostes festo in ecclesia congregatos irruissent, ita animadvertit, ut e monte Garizim, quem Christianis concederet, eos expelleret. Quem cum sub Anastasio novo impetu repeterent, dux eorum Globus quidam a popularibus desertus praefecto huius regionis poenas dedit. Maior autem sub Iustiniano erupit tumultus, cum Samaritani cum Iudaeis Palaestinensibus iuncti, Iuliano quodam ad regnum vocato, Christianos invaderent atque depopularentur. Imperator igitur cum severam sumens vindictam, quem huius facinoris conscium prehendisset, supplicio afficeret, Samaritani huius cladis superstites ad Cosroen Persarum regem profugerunt, cui Palaestinae deditionem polliciti, ne pacem a Iustiniano per legatos oblatam iniret, persuaserunt. Ultra haec tempora non pertingit Samaritanorum historia, qui Saracenis abhinc in Oriente invalescentibus succubuisse videntur. Quam lugendus autem et tristis Palaestinae status tum fieri coeperit, inter omnes constat, nec post recuperatam a Christianis terram sanctam, quo

tempore Neapolis et antiquae Samaritanorum sedes regi Hieroso lymitano cesserant, ulla eorum fit mentio; unde ad exiguum iamiam numerum redactos vel bellis deletos vel ad fidem Christianam adductos fuisse, nemo facile infitiabitur. Quae autem recentissimis temporibus de Samaritanis ad nos delata sunt, ad religionem eorum magis spectant; quibus haec nonnisi addiderim, etiamnunc eos contendere, se inde ab exitu Israelitarum ex Aegypto nunquam sedibus suis fuisse expulsos aut aliunde colonos eo fuisse deductos, quod non modo in Chronico suo, sed in omnibus quoque epistolis ad nos missis affirmare conati sunt.

§. 3.

De religione et scriptis Samaritanorum.

Cum probe sciamus, quam acerbo odio Samaritani erga Iudaeos et hi vicissim erga illos flagraverint, ita ut mutuam consuetudinem, quoad fieri posset, devitarent et ne fines quidem alterius terrae attingerent, quantopere praeterea exacerbati utrorumque animi conviciis sese prosciderint, quorum denique criminum sese mutuo insimulaverint; operae pretium erit, in extrema huius commentationis parte in religionem huius gentis inquirere, quo magis quisque sibi persuadeat, quanto maiore admiratione dignum sit, eos, qui tam infenso erga se invicem essent animo, eadem lege divina obstrictos teneri idemque summum numen adorare. Licet autem hoc Iudaei omni tempore negaverint, nec, quin Samaritani quondam idololatriae culpam sibi contraxerint, dubitari possit, tamen, quam mature ad veri Dei cultum redierint, supra dictum est. Ut enim taceamus vitulorum Dane et Bethele collocatorum adorationem (Ioseph. Ant. VIII. 3.) pariter atque Cuthaeorum perversam religionem, quae ultra exsilii tempora haud videtur mentes occaecasse, qui Manassen religionem cultui Iudaico non dissimilem instituisse sciamus, tamen non defuerunt, qui Iudaeorum fictis fidem haberent criminibus et opprobria rata haberent, quibus iidem inimicitiam suam excusarent. Quanquam enim antiquissima scriptorum testimonia, ut Iosephi aliorumque nos facile seducere possint, quin eos pro veris Dei cultoribus habeamus, tamen vel hoc unum huic opinioni reprobandae sufficiet, quod legis Mosaicae praecepta solas fidei suae regulas esse vellent, ita ut, quae hodiernorum Samaritanorum memoriae prodita sint dogmata, e priscis illis temporibus repetenda esse existimemus. Ex epistolis autem, quas Samaritani primum ad Scaligerum, inde ab anno

1675. in Angliam et decennio post ad Ludolphum miserunt (cf. Epistolae Samaritanorum ad Ludolphum ed. C. Cellarius Cizae 1688. 4. Epistola Samarit. Sichem. tertia ad Ludolphum ed. P. I. Bruns Helmst. 1781. 4. Schnurrer in Eichhornii Repert. IX. 1. sq.) nec minus ex iis, quae inde ab ineunte hoc saeculo ad nos delatae sunt (cf. Schurrer Fundgruben des Orients I. IV. 436. sq. et Mémoires sur l'état actuel des Samaritains etc. par S. de Sacy Paris 1812. quae commentatio vernacule reddita legitur in: Archiv für alte und neue Kirchengeschichte von Staeudlin und Tzschirner 1. Bd. 3. Stck p. 40. sqq.), perspicitur, Samaritanos sabbatum diligenter observare, dies festos in Mosaicis libris praescriptos celebrare, annum remissionis, circumcisionem, lotiones et ieiunia religiose tenere, omnia, quae hominem spectent, a vero Deo removere, imaginem de Deo haud sibi fingere nec non in coniugiis tam ineundis quam separandis unice legem sequi. Quarum igitur rerum cum sint tenacissimi, non est, quod quis, quin omni fere tempore in iisdem sacris sibi constiterint, dubitet. Etenim quae ipsis obiecta sunt de repudiata angelorum natura, de resurrectione negata, de Asima, quem alienum Deum esse suspicarentur, deque columbae adoratione, haec omnia facile reprobantur. Quod primos attinet errores, quos Leontius ipsis imputavit verbis: *οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον*, alterum refutavit iam Epiphanius, dicens *οὐ παραδέχονται δὲ ἀγγέλους, ὅπερ Σαμαρεῖται δὲ οὐκ ἀθετοῦσι*, et Relandus recte arbitratus est, Samaritanos sub Angeli nomine intelligere *δύναμιν* s. virtutem a Deo haud diversam, voluntatem et potentiam eius, ita ut retineant nomen, rem vero negent. Confirmatur hoc praeterea promiscuo nominis Iovae et Angeli in Pentateucho Samaritano usu (Gen. 5, 1. 24. 9, 6. 17, 22.), nec minus versione verbi צְבָאָם, quod Gen. 2, 1. ab interprete Samaritano redditur [illegible] i. e. et omnes eorum partes, prohibitum est, quo minus, si quis hoc verbum ad solum coelum referret, de angelis creatis cogitaret. Similiter Angeli maximi in Chronici ipsorum c. 10. mentio fit, sub quo Messiam, quem et ipsi exspectarent et vulgo [illegible] s. [illegible] et [illegible] i. e. reductorem vel conversorem vocarent, videntur intellexisse. Resurrectionem porro animae negasse, eadem Leontii verba arguunt nec Epiphanius in haeres. IX. aliter statuit his usus verbis: *ἠγνόησαν μὲν νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ ἀπιστοῦσι.* Sed et ab hoc crimine

purgavit eos Hottingerus in Dissertt. Phil. Theol. I. p. 11. Quandoquidem enim et ipse Epiphanius in haeres. XIII. de Dositheis dicit *ἀνάστασιν ὁμολογοῦσι*, nec in Chronico desunt, quae nos meliora edoceant, ut si in Chronici c. 5. de die vindictae et praemii sermo est, aut c. 7. refertur, credidisse Samaritanos, Mosen iam resuscitasse mortuos, videtur hic error inde natus esse, quod cum Sadducaeis confunderentur, quibus Christus apud Matth. 22, 31. de hac doctrina iam in libris Mosaicis, quos Samaritani solum fidei suae fontem profiteantur proposita, persuaderet. Haud minus decepit plures nomen Asima (الاسم), quo uterentur Samaritani *τετραγράμματον* יְהוָה efferre veriti, quemadmodum et ipsi Iudaei idem enuntiare religioni haberent, ne nomen sanctissimum profanarent. Cum autem Talmudici quoque scriptores הַשֵּׁם pro Iova adhibere soleant, cognatum nomen in Asima esse quaerendum, nemo diffitebitur. Quam denique commenti sunt Iudaei columbae adorationem, et nunc et olim alii aliter expedire tentarunt. In hac etenim imagine monti Garizim sacro imposita non tam idoli, quam dominii Assyriorum, qui olim ita publice subditam sibi hanc regionem declararent, vestigia superesse plerique crediderunt, quemadmodum et aquilae signum in Zione et maiore templi Hierosolymitani porta ad Romanorum imperium manifestandum olim conspiceretur. Aliis contra, qui hanc avem in Chronici Samaritani c. 48. et 50. طِلْسَم vocatam invenirent, rectius placuit *τέλεσμα* s. *στοιχείωμα*, quo Samaritani ab ascensu montis sui sacri a Romanis arcerentur, dum qui hoc auderet, capitis supplicio afficeretur, quam magicam intelligere imaginem, qua columbae in illis regionibus frequentissimae abigerentur, ut ne locum sanctum contaminarent. Cum autem et hodiernos Samaritanos, qui etiamnunc extremas bacilli partes, circa quem chartae Codicis Sacri volvuntur, imaginibus columbae argenteae ornent, et in Codice legis Mosaicae in Synagoga sua reposito eandem imaginem insculptam ostendant, et origo et vera huius imaginis significatio latere videatur, quippe qui ab Illustr. de Sacyo sententiam suam de hac re rogati, quid referrent, non haberent, non adeo vituperabor, qui hanc imaginem pro sanctitatis signo haberi maluerim, etiamsi vix ausim definire, an, quae apud Matth. 3, 16. Marc. 1, 10. Luc. 3, 22. Ioann. 1, 32. et in Gen. 8, 8. sqq. leguntur, huic quaestioni solvendae conducere possint; ita ut eadem columbae imago monti imposita, quae priscis temporibus loci sanctitatem declararet, *τέ-*

λεσμα fieret, a quo inde Samaritani hunc locum adire vetarentur. Sed haec hactenus. Plura de religione Samaritanorum ex ipsis fontibus hausta leguntur in Celeberr. Gesenii Commentatione: De Samaritanorum Theologia ex fontibus ineditis. Halae 1822. 4. Restat, ut de Samaritanorum scriptis nonnulla addantur. Ut autem taceamus, Pentateuchum hebraicum Samaritano charactere scriptum, quem Gesenius in libello: De Pentateuchi Samaritani origine, indole et auctoritate Halae 1815. 4. docte percensuit, eorum prae ceteris mentionem faciamus librorum, quibus in conscribendis his Institutionibus usi sumus. Principem inter hos tenet locum Pentateuchi interpretatio Samaritana incertae quidem originis et aetatis, quae tamen vulgo iam ante Origenem confecta esse creditur, unicus antiquissimae linguae Samaritanae fons, de cuius indole singulari libello Lipsiae 1817. 8. edito Doctiss. Winerus accurate disseruit, et quam a Petro a Valle in Europam delatam, a Morino Polyglottis Parisiensibus insertam et inde in Londinenses receptam scimus. Novum praeterea antiquioris linguae fontem aperuit nobis Gesenius in Carminibus Samaritanis e Codicibus Harleianis Lipsiae 1824. 4. editis, de quorum aetate cum nihil certi et explorati habeat, merito coniecit, deberi ea aetati, quae Saracenorum imperium antecederet, priusquam lingua impurior et paene emortua esse coeperit, inprimisque hoc ei comprobatur theologiae in iis excultae indole, quae Alexandrinorum philosophandi rationem sapiat. Quae autem his annexa sunt fragmenta duorum Carminum e Gothanis Codicibus excerpta, luculenter arguunt recentiorem aetatem, quippe in quibus lingua ita ad Hebraeorum dicendi modum inclinet, ut neutiquam antiquae linguae fontibus accenseri possint. Idem valet de Samaritanorum epistolis ad Ios. Scaligerum, ad Oxonienses intercessore Huntingtone et ad Job. Ludolphum datis. Quae denique de Chronico Samaritanorum, quod librum Iosuae appellant, olim lingua Hebraea conscripto, nunc deperdito et in Arabica nonnisi versione servato memoriae prodita sunt, quanquam a re nostra aliena dici possunt, tamen hic vel ideo omnino reticere noluimus, quoniam et ipsi ad illud aliquoties in hac Commentatione provocavimus. Enarrat autem illud res a Iosua gestas et abhinc ad Hadriani usque tempora decurrens continet historiam sacram miris commentis adulteratam, siquidem Iosua ibi sistitur tanquam primus populi sui rex, potentium populorum victor templique Garizitani conditor.

Nec mirabitur quis, Iosuam tantis in eo celebrari laudibus, qui sciat, Ephraimitam eundem fuisse Samaritanorumque contribulem. Ab uno autem haud proficisci auctore, sed variis temporibus aliquas partes fuisse assutas, quae tertio demum post Christum saeculo uno comprehenderentur volumine, vix est, quod moneamus. Quid quod stylus est corruptus, et rarus historiarum nexus, cum longo annorum intervallo haud raro una res ab altera, quacum proxime coniungitur, sit divulsa. Displicet igitur Relandi sententia, qui Dositheum Simoni Mago aequalem prioris partis ad suam usque aetatem pertingentis auctorem commendat, cum haec eius coniectura incertis nitatur argumentis. Neque vero contra affirmaverit quis, totum hunc librum post aeram demum Muhammedanam fuisse conscriptum, in quo legantur dicendi quaedam formulae, quae e Corano repetita videri possint, cum haec ab interprete Arabico potius recentiore illata crediderim. Obtigit autem hic liber primum Iosepho Scaligero, qui illum a Samaritanis petierat, et posthac cum aliis huius Viri Codicibus Orientalibus in bibliotheca Lugduno-Batava repositus est. Ex hoc exemplum suum descripsit Celeberr. Golius, quod pluribus locis emendatum et a Relando quondam acquisitum in bibliothecam Vaticanam delatum cum multis aliis Codicibus Lutetiam commigravit, nunc Romam rediit. Epitomen eius dedit Hottingerus in calce Exercitatt. Antimor. Tiguri 1664., ubi integri quoque operis edendi consilium se cepisse profitetur, posthac, ut videtur, abiectum. De reliquis Codicibus ad historiam Samaritanorum eorumque religionem spectantibus, quos adhuc superstites habemus vid. Gesenius in Comment. de Samaritanorum theologia p. 7. sqq.

Conspectus Institutionum Samaritanarum.

Prolegomena.

Brevis rerum Samaritanarum enarratio.

Pagina

§. 1. De regione, quam ab antiquissimis inde temporibus ad nostram usque aetatem Samaritani incoluerint, deque locis sacris, quibus Deum adoraverint .....
§. 2. De origine, conditione rebusque eorum gestis.....
§. 3. De religione Samaritanorum eorumque scriptis .....

Pars prima.

De Elementis.

Caput primum.

De recte scribendi et pronuntiandi legibus.

§. 1. De Consonantibus ..... 1.
§. 2. De Vocalibus ..... 5.
§. 3. De signis orthographicis e cognatis dialectis supplendis deque lineola literae superaddita..... 8.
§. 4. Signa distinctionis..... 11.

Caput secundum.

De proprietatibus atque mutationibus literarum; syllabis, tono atque metris.

§. 5. In universum ..... 12.
§. 6. Consonantium permutatio ..... 12.
§. 7. Transpositio Consonantium..... 16.
§. 8. Prosthesis et Aphaeresis Consonantium..... 17.
§. 9. Epenthesis et Syncope s. Contractio Consonantium..... 18.
§. 10. Paragoge et Apocope literarum ..... 22.
§. 11. De syllabis, tono atque metris..... 23.

Pars secunda.

De Orationis Partibus.

Caput primum.

De Pronominibus.

§. 12. De Pronominum radicibus in universum spectatis..... 26.
Tabula Pronominum personalium et Suffixorum Verbi atque Nominis..... 27.
§. 13. Pronomina personalia et Suffixa ..... 27.
§. 14. Pronomen demonstrativum ..... 30.
§. 15. Pronomen relativum ..... 31.
§. 16. Pronomen interrogativum ..... 32.

Caput secundum.

De Verbo.

Pagina.

§. 17. De radice eiusque flectendi ratione in universum spectata 33.

I. De Verbo regulari.

§. 18. De Temporum, Modorum et Personarum formatione.. 36.
Tabula flexionis Personarum..... 42.
Tabula Coniugationum et formationis Temporum atque Modorum..... 43.
§. 19. De Coniugationis Peal formatione et significatione .... 44.
§. 20. De Ethpeel eiusque significatione..... 47.
§. 21. De Pael eiusque significatione..... 49.
§. 22. De Ethpaal eiusque significatione..... 51.
§. 23. De Aphel eiusque significatione..... 52.
§. 24. De Ettaphal eiusque significatione..... 54.

II. De Verbo irregulari s. imperfecto.

§. 25. Verbum irregulare s. imperfectum per se consideratum.. 55.
Brevis Verborum imperfectorum conspectus secundum regulas in singulis §§. propositas..... 56.

I. Verba cum debili prima radicali.

§. 26. A. Verba primae radicalis ܝ (ܝܘ)..... 58.
§. 27. B. Verba primae radicalis ܐ (ܐܘ)..... 60.
§. 28. C. Verba primae radicalis ܡ (ܡܘ)..... 61.

II. Verba contracta.

§. 29. Verba mediae radicalis ܘ et ܡ (ܘ∇ – ܡ∇)..... 64.
§. 30. Verba mediae radicalis geminatae (∇∇)..... 68.

III. Verba quiescentia tertiae radicalis.

§. 31. Verba tertiae radicalis ܐ aut ܗ (ܐܐ et ܗܐ)..... 70.

III. De Verbis duplici ratione a regulari paradigmate discedentibus deque anomalis quibusdam.

§. 32. Verba dupliciter a regulari paradigmate discedentia.... 75.
§. 33. Verba anomala..... 76.

IV. Verbum cum Suffixis.

§. 34. 1. Verbum perfectum s. regulare et imperfectum cum Suffixis iunctum..... 79.
A. Praeteritum cum Suffixis..... 81.
B. Futurum cum Suffixis..... 82.
C. Imperativus cum Suffixis..... 84.
D. Infinitivus cum Suffixis..... 84.
E. Participium cum Suffixis..... 86.
§. 35. 2. Verba ܗܐ cum Suffixis..... 87.
A. Praeteritum cum Suffixis..... 87.
B. Futurum cum Suffixis..... 88.
C. Imperativus cum Suffixis..... 88.
D. Infinitivus cum Suffixis..... 89.
E. Participium cum Suffixis..... 90.

Pagina

§ 36. De Nominibus ܐܝܬܐ et ܐܝܬܠ Verbi Substantivi loco adhibitis ..... 90.

Caput tertium.

De Nomine.

§. 37. De Nomine in universum ..... 92.
§. 38. De Nomine primitivo et derivato ..... 92.
§. 39. Nomina Verbalia Participiis et Infinitivis maxime cognata ..... 95.
I. Nomina, quae Participiorum formas induerunt:
A. Coniugationis Peal 95
B. Nomina Participiis reliquarum Coniugg. cognata 97.
II. Nomina ab Infinitivis ducta:
A. Coniugationis Peal ..... 97.
B. Reliquarum Coniugationum ..... 99.
§. 40. De Nominibus compositis et peregrinis ..... 99.
§. 41. De Genere Nominum ..... 100.
§. 42. De Numero ..... 103.
I. De formatione Numeri ..... 103.
II. De significatione Pluralis Numeri ..... 107.
III. De Duali ..... 108.
§. 43. De Statu Nominum absoluto, constructo et emphatico. 109.
I. Status absolutus ..... 110.
II. Status constructus ..... 111.
III. Status emphaticus s. demonstrativus ..... 113.

Appendix.

De ܐ demonstrativo Pronominibus, Nominibus et Participiis praefixo ..... 116.
§. 44. Tabula Nominum secundum diversos ipsorum Status in certos ordines digestorum ..... 118.
§. 45. De Nomine cum Suffixis ..... 120.
§. 46. Declinatio s. Flexio Nominum ..... 124.
§. 47. Nomina anomala et defectiva ..... 130.
Tabula eorum ..... 131.
§. 48. Adiectiva et Numeralia ..... 132.
A. Numeri cardinales ..... 133.
B. Numeri ordinales ..... 136.

Caput quartum.

De Particulis.

§. 49. De Particulis in universum ..... 138.
§. 50. Adverbia ..... 138.
§. 51. Praepositiones ..... 140.
§. 52. Coniunctiones et Interiectiones ..... 144.

Pars tertia.

Syntaxis.

Caput primum.

Syntaxis Pronominum.

I. Pronomina Personalia.

Pagina.

§. 53. Pronomina separata Verbi Substantivi loco posita et ad personam Verbi repetita . . . . . 146.
§. 54. Pronomina separata cum emphasi quadam ad casus obliquos exprimendos repetita . . . . . 148.
§. 55. Pronomina Suffixa
A. Nominis . . . . . 148.
B. Verbi 150
§. 56. De Numero et Genere Pronominum Personalium tam separatorum, quam Suffixorum . . . . . 150.
§. 57. Ellipsis et Pleonasmus Suffixorum . . . . . 152.
§. 58. Aliae quaedam Pronominum Personalium proprietates . . 153.

II. Pronomen relativum.

§. 59. De vulgari Pronominis relativi usu . . . . . 154.
§. 60. De Ellipsi et reliquis Pronominis relativi proprietatibus. 157.

III. Reliqua Pronomina.

§. 61. Pronomen demonstrativum, interrogativum et reflexivum. 158.
A. Pronomen demonstrativum . . . . . 158.
B. Pronomen interrogativum . . . . . 159.
C. Pronomen reflexivum . . . . . 160.

IV. Pronomina, quae, cum propria forma destituantur, aliis verbis exprimuntur.

§. 62. (De singulis his deinceps Pronominibus) . . . . . 160.

Caput secundum.

Syntaxis Verbi.

§. 63. I. De Temporibus Verbi in universum . . . . . 164.
§. 64. De usu Praeteriti
I. Praeteritum pro variis Temporibus adhibitum. 164.
II. Praeterito quoque Modi exprimuntur . . . . . 169.
§. 65. De usu Futuri
I. Tempora Futuro exprimuntur . . . . . 170.
II. Inservit Futurum Modis exprimendis . . . . . 171.
§. 66. De usu Imperativi . . . . . 172.
§. 67. De Infinitivo absoluto eiusque usu . . . . . 173.
§. 68. De Infinitivo constructo eiusque usu . . . . . 176.
§. 69. De Participio eiusque usu . . . . . 178.
§. 70. Optativus quomodo exprimatur . . . . . 181.
§. 71. De Personarum usu earumque permutatione . . . . . 182.
§. 72. II. Verborum coniunctio cum variis Obiecti Casibus . . . 184.

Pagina.

1. Verba cum simplici Obiecto . . . . . 184.
§. 73. 2. Verba cum duplici Obiecto iuncta . . . . . 186.
§. 74. 3. Verba cum Obiecto per Praepositiones adiuncto . . . 188.
§. 75. Constructio Verborum passivorum . . . . . 191.
§. 76. Verba Adverbiorum loco posita . . . . . 192.
§. 77. De Ellipsi Verbi deque praegnante eius significatione . . . 193.
§. 78. De loco, quem Obiectum praeter vulgarem verborum ordinem obtinere possit . . . . . 194.

Caput tertium.

Syntaxis Nominis.

§. 79. De Nomine emphatico . . . . . 194.
§. 80. De Nomine cum Adiectivo aut Pronomine iuncto . . . . . 196.
§. 81. Nomen in appositione . . . . . 198.
§. 82. De repetitione atque Ellipsi Nominis . . . . . 198.
§. 83. De Numero et Genere Neutro . . . . . 200.

II. De Casibus Nominis.

§. 84. De Genitivo . . . . . 201.
§. 85. De Accusativo eiusque usu . . . . . 207.
§. 86. Casus absoluti . . . . . 208.

III. De Nomine cum Praedicato iuncto.

§. 87. A. Coniunctio Nominis cum Adiectivo Praedicatum exprimente . . . . . 209.
§. 88. De Comparatione Adiectivorum.
A. De Comparativo . . . . . 211.
B. De Superlativo . . . . . 212.
§. 89. De Numeralibus cum Nomine iunctis.
A. De Numeris Cardinalibus . . . . . 213.
B. De Numeris Ordinalibus . . . . . 216.
C. De reliquis Numerorum rationibus exprimendis. 217.
§. 90. B. Coniunctio Nominis cum Verbo.
a. Ratione Numeri habita . . . . . 218.
§. 91. b. Ratione Generis habita . . . . . 221.
§. 92. c. Ratione Generis et Numeri simul habita . . . . 223.
§. 93. d. Constructio Subiectorum compositorum . . . . 224.

Caput quartum.

Syntaxis Particularum.

§. 94. De Particularum natura in universum . . . . . 226.

I. De iis, quae singulas periodi partes inter se connectant.

§. 95. De Coniunctionibus . . . . . 227.
§. 96. De negandi Particulis . . . . . 233.
§. 97. De interrogandi Particulis . . . . . 235.

Pagina.

II. De Particulis Obiectum Praedicato adiungentibus.

§. 98. De Praepositionibus . . . . . 238.

Praepositiones simplices . . . . . 238.

Praepositiones compositae . . . . . 243.

§. 99. De repetitione et ellipsi Praepositionum . . . . . 245.

§. 100. De Interiectionum constructione . . . . . 246.

Appendix.

Oratio indirecta quomodo exprimatur, deque aliis quibusdam linguae proprietatibus . . . . . 247.

Tabulae Paradigmata tam regularis Verbi quam irregularium Verborum itemque Verbi, Nominis et Praepositionum cum Suffixis iunctorum nec non antiquam literarum formam exhibentes . . . . . 249.

I. Index vocum Samaritanarum formae aut structurae singularitate insignium . . . . . 269.

II. Index rerum . . . . . 272.

Pars prima

De Elementis.

Caput primum

De recte scribendi et pronuntiandi legibus.

§. 1.

De Consonantibus.

Utuntur Samaritani Orientalium more et ipsi a dextra sinistrorsum scribentes totidem iisque literarum signis, quibus olim Hebraei, priusquam Esra post populi e captivitate in sedes patrias reditum libros SS. characteribus Chaldaicis transcribendos curaret. Ephraimitarum enim ii, qui meliore sorte gavisi in patria relicti fuerant, licet cum Cuthaeorum colonis mixti a puritate patrii sermonis paullatim deflecterent, tamen literarum formas a maioribus in scribendo adhibitas, quarum originem Phoeniciam plura etiamnum comprobant antiquitatis monumenta, retinebant. Hebraeis autem easdem fuisse peculiares nec post exsilii tempora ab iis omnino oblivioni traditas, nummi Hasmonaeorum adhuc aetate characteribus Samaritanis excusi testantur. Formas usitatiores, nomina, potestatem valoremque numerorum haec exhibet tabula.

Tabula Consonantium.

Ordo.	Figura.	Nomen.	Potestas.	Valor numeralis.
1	ܐ	Aleph s. Alaph.	Spir. lenis Graec.	1.
2	ܒ	Beth.	B. (V.) Bh.	2.
3	ܓ	Gimel s. Gamal.	G. Gh.	3.
4	ܕ	Daleth s. Dalath.	D. Dh.	4.
5	ܗ	He.	H (Spir. asp. Graec.)	5.
6	ܘ	Vau s. Waw.	W. s. V.	6.
7	ܙ	Sain s. Dsain.	S. Ds. (*z* Graec.)	7.
8	ܚ	Cheth.	Ch. Hh.	8.
9	ܛ	Teth.	T.	9.
10	ܝ	Jod.	J.	10.
11	ܟ	Caf.	K. Ch.	20.
12	ܠ	Lamed s. Lamad.	L.	30.
13	ܡ	Mem.	M.	40.
14	ܢ ܦ	Nun.	N.	50.
15	ܣ	Samech s. Samach.	S.	60.
16	ܥ	Ain s. Ghain.	ע Hebraeorum.	70.
17	ܦ	Pe s. Phe.	P. Ph. s. F.	80.
18	ܨ	Tsade s. Zade.	Ts. Z.	90.
19	ܩ	Kuph.	K. (e gutture.)	100.
20	ܪ	Resch.	R.	200.
21	ܫ	Schin.	Sch.	300.
22	ܬ	Thaw.	T. Th.	400.

1. Quod ad literarum attinet nomina, Briano Waltono et Edmundo Castello, quos Cellarius sequitur, praeeuntibus Hebraica retineri possunt; si vero haec cum Syriacis comparaveris, et Samaritanos, quorum lingua crassior fuisse traditur quam Hebraea,

cognoveris magis inclinare ad vocalem A, ubi Syri O utuntur, nec vituperabis eos, qui hanc proprietatem in nonnulla literarum nomina transferre et *Alaph*, *Beth*, *Gamal* etc. enuntiare maluerint. — Praeterea nec connectunt inter se ut Syri et Arabes literas unius eiusdemque vocis, nec literae finales iis opus sunt, singula quippe verba puncto ultimae vocis literae superne adscripto a se invicem discernentibus. In eo tamen propius ad Hebraeorum antiquissimorum scribendi consuetudinem accedunt, quod, dum illi, si extremum lineae spatium voci proxime sequenti capiendae haud sufficeret, ultimam praecedentis vocis literam eo usque dilatare solebant, ut vacuam lineae partem expleret, Samaritani itidem vocem in linearum fine non dividentes, longiorem vocem proximae reservent lineae, praecedente ita extenuata divisimque scripta, ut duae ultimae eius literae in extrema lineae parte a reliquis vocis literis separatae collocentur et spatium intersit vacuum inter has et praecedentes eiusdem vocis literas. — In valore denique numerali definiendo prorsus consentiunt cum Hebraeis et ita quidem, ut secundum literarum ordinem numeri novem primi ab ⲁ ad ⲑ procedant, denarii autem incipiant a ⲓ et progrediantur ad ϥ. Reliquae quatuor adhibentur ad centenarios significandos. In numeris compositis pariter nihil discrepant ab Hebraeis, nisi quod minus anxii numerum quintum decimum ab his non literis יה sed טו (9 + 6) expressum promiscue utroque modo scribunt, quod in Bibliis Londinensibus factum esse vidimus, in quibus Genescos et Deuteronomii caput quintum decimum notatur literis ⲉϥ; dum in reliquis Pentateuchi libris Hebraeorum scribendi ratio servata est.

2. Nec in literarum ordinibus differt lingua Samaritana a cognatis dialectis. Lenioribus enim literis ⲩ, ⲧ, ⲅ, quibus paullo duriores ⲥ, ⲁ, ⲗ (ⲝ) opponuntur, accedunt ⲣ et ⲑ, quarum altera gutturalium naturae magis congrua ita differt a ⲥ, ut durior sit et asperior e gutture producta, ⲥ contra leniore gaudeat pronuntiatione; similiterque distinguendae sunt ⲑ et ⲁ Graecorum *Θ* et *T* respondentes, quarum haec Samaritanis inservit passim Hebraeorum שׁ exprimendae, quod ⲅⲅⲁ=שָׁבַר *fregit;* ⲅⲝⲁ=שׁוֹר *taurus* et plura alia ex Hebraeorum lingua translata docent (cf. §. 6. 1. d.). Leniorem autem inprimis Samaritanos adamasse literarum pronuntiationem, perspicitur inter alias ex Hebraeorum ת cum ⲧ permutata, quod passim comprobatur nomine ⲉⲗⲧ = תֹּף *tympanum*, et de eadem re persuadent nobis exempla, in quibus

Hebraeorum et Chaldaeorum ו abiit in ܐ, ut in ܣܬܘܐ = סְתָו *hiems;* ܠܘܛ = לוּט *exsecrari* aliisque pluribus. — Inter sibilantes lenissima est ܣ, fortissima ܫ, quae litera ob duritiem suam haud raro a Samaritanis devitari solebat. Quodsi autem iam Hebraei literam שׂ cum ס permutarent et leniorem a fortiore pronuntiatione, utraque alternatim adhibita, distinctam esse vellent, ut si סָכַר et שָׂכַר promiscue scriberent, Ephraimitae autem secundum Iud. 12, 6. nomen שִׁבֹּלֶת leniore sibilante סִבֹּלֶת efferrent, nec credibile sit, Hebraeos ante exsilii tempora diacritico illo usos fuisse puncto, quo duplicem huius signi pronuntiationem significarent, mirum non est, quod Samaritanos hoc discrimen lateret, qui ubivis fere ܣ pro שׂ ponerent, quod evincitur vocibus ܒܣܪܐ = בָּשָׂר *caro;* ܣܢܐ = שָׂנֵא *odit* aliisque pluribus (cf. §. 6. 1. d.). Ex adiunctis porro sibilanti ܣ literis ܛ et ܨ, unde ܨ = ds et ܬ = ths ortae sunt, facile explicatur, cur ܐ syllabae reflexivae ܐܬ (§. 17. 3.) cum his literis transposita post ܨ cum ܛ, post ܬ cum ܨ permutanda sit (§. 7.). Nec perinde mirabimur, quod Samaritani ז et צ Hebraeorum per ܛ et ܨ reddant, quod observatum videmus in ܕܗܒܐ = זָהָב *aurum;* ܕܟܪ = זָכַר *recordatus est;* ܛܘܪܐ = צוּר *rupes, mons;* ܨܗܪܝܡ = צָהֳרַיִם *meridies;* aliisque multis (§. 6. 2.). Liquidarum ܠ, ܡ, ܢ lenissima est ܠ, fortissima ܡ; inter quas et gutturales intercedit ܢ ad utramque literarum classem pariter inclinans. Gutturalium autem ܐܗܚܥ natura apud Samaritanos admodum fluctuat, nec videntur hae literae ab iis tam accurate enuntiando fuisse inter se distinctae ut apud Hebraeos; quo factum est, ut promiscuus earum usus omni tempore ad singulares linguae Samaritanae proprietates referretur. Est quidem ut in reliquis dialectis Semiticis litera ܐ spiritui Graecorum leni comparanda, quae nec spiritum literae ܗ attingat, nec nisi ab initio vocali destituta cum lenissima E Syrorum more, qui et ipsi tum vocalem ̄ adscribunt, vel ut a Chaldaeis cum brevissima A efferatur, ut ܐܡܪ = אָמַר Ch. אֲמַר *dixit.* Haud raro tamen litera ܥ par ei habetur, eiusque loco sufficitur, inprimis ubi utraque vocalem A exprimit, ut in ܥܬܪ *habitavit* et ܩܡ = קָם *surrexit;* (§. 29. 1.) ut merito dubitari possit, num ܥ compresso gutture a Samaritanis prolata fuerit. Ubi vero ܥ hanc leniorem pronuntiationem iterum alibi exuit et cum ܚ confunditur, cum perinde scribatur ܠܚܛ ac ܠܥܛ *timuit;* nec ullum intersit discrimen inter ܠܝܚ et ܠܝܥ *vidit* idemque observetur in translatis e lingua

Hebraica et Chaldaica vocibus ut in [illegible] = Ch. רְחַק *impulit*, satis apparet, gutturalium pronuntiationem apud Samaritanos valde fluctuare nec esse stabilem (cf. §. 6. 1. e.).

3. Dividuntur ceteroquin literae secundum organa, quibus efferuntur, a) in *gutturales*, [illegible], quae, cum nec linguae nec labiorum requirant motum, solo gutture formantur. Annumerari his potest [illegible] non tremula lingua, sed itidem gutture proferenda. b) *labiales* [illegible]; c) *palatinas* [illegible], quae mucrone linguae inferius palatum tangente et interiore eius parte superius palatum pulsando efficiuntur, d) *dentales* [illegible], quae mucrone linguae dentes tangente produeuntur et e) *linguales* [illegible], in quibus pronuntiandis utimur similiter linguae mucrone superius palatum mobiliter tangente.

§. 2.

De Vocalibus.

1. Samaritani cum neque vocales subscribant, nec omnino earum norint figuras, nulla autem lingua iis carere possit et neminem lateat, linguam Hebraeam et Syriacam antiquitus pariter vocalium signis fuisse destitutas, credibile est, pronuntiandi leges tam simplices fuisse, ut primo intuitu perspicerentur vixque monitu opus esset, quibus quis ad efferenda singula verba uteretur vocalibus. In iis tamen, quae intellectu difficiliora esse viderentur, constat, apud Samaritanos non minus adeoque frequentius quam apud Hebraeos adscriptas esse literas vocalium loco positas earumque naturam exprimentes. Dum autem Hebraei acquieverunt in literis אהוי hunc in finem adhibitis, adauxerunt Samaritani earum numerum literis [illegible] et [illegible], quibus praeter [illegible] vocalem A exprimerent. Vocali E significandae inserviebat pariter [illegible] ac [illegible], quarum illa magis in media voce (§. 17. 2.), haec in fine hoc officio fungeretur (§. 31. et alibi). Vocali J designandae sufficiebat litera [illegible] et vocales O et U in litera [illegible] comprehenduntur. Cum autem haec scribendi ratio, quae ad difficiliores nonnisi spectat verborum formas, hodiernis lectoribus haud sufficiat, et probe sciamus, Hebraeos ad vocales inveniendas non prius accessisse, quam ii, qui eorum linguam ediscere vellent, de lingua paene emortua recte legenda perielitarentur, deque Syris nobis traditum sit, tum demum vocales adhibuisse, cum in Graecorum scriptis, Homeri nominatim carminibus vertendis ad nomina propria recte reddenda

eorum quoque vocales mutuare cogerentur, quas deinceps reliquis quoque linguae suae partibus adaptarent (Cf. Assemani Bibl. Or. T. I. p. 477. sq.), quaeritur hic, utram pronuntiandi rationem Samaritanas qui discere aut docere velit literas sequi par sit, et num recentior Hebraeorum vocalium subscribendarum ratio, an Chaldaeorum potius aut Syrorum enuntiatio in legendis Samaritanorum libris sit commendanda. Ut autem taceamus, odium, quod inter Iudaeos et Samaritanos flagrabat, impedimento his fuisse, quominus et olim puriorem Hebraeorum loquendi rationem suam fecerint, certum est, eosdem de industria in vocibus Hebraicis literas paene multas immutasse, transposuisse, elimasse, ita ut nemo credat, vocales quoque plane easdem, quibus Iudaei utebantur, approbasse iisdemque legibus distinxisse; praesertim cum ipsi Galilaei Samaritanis finitimi dialecto impuriore et crassiore Hierosolymitanis usi fuerint. Accedit, quod illo tempore, quo Cuthaeorum res florebant, Hebraismus prolapsus erat et lingua Chaldaeo-Syriaca in ipsam Iudaeam cum exsulibus e Babylonia reductis invecta, dialectus saltem ex Hebraismo et Chaldaismo conflata ibidem invaluerat. Plurimum huc quoque facit Golii testimonium apud Hottingerum in Anti Mor. p. 34. affirmantis, hodiernorum etiam Samaritanorum Damasci viventium pronuntiationem esse rudem et crassam vocali A frequentissime adhibita a reliquis dialectis distinctam. Quid quod Cuthaeorum coloni e Persia et Media in regionem Samaritanam deducti pristinam dialectum et mere Hebraicam corruperint? Tantum praeterea abest, ut defuisse negem, qui corruptae linguae emendandae operam darent, ut iis accedere nullus dubitem, qui affirment, a sacerdotibus Sanballati et subsequente aetate e Iudaea in Samariam immigrantibus inveteratum squalorem abstersum et nitidiorem iterum redditam fuisse linguam. Nec hoc diffitendum erit, Samaritanos potius Syros, quos a septentrione vicinos habebant, loquendo aemulatos fuisse, quam invisos sibi in meridiem vergentes Iudaeos. Hinc Castellus iudex fide dignissimus in Gramm. Harm. recte iudicavit dicens: Linguam Syriacam optimam esse ac certissimam magistram iis, qui linguam tam Chaldaicam, quam Samaritanam recte legere velint. Quem virum si ducem, ut par est, sequimur, nihil fere erit, quod non expediatur, illustretur et certis legibus confirmetur. Sufficient igitur quinque Syrorum vocales, in quo vocalium numero et aliae linguae acquiescant. Cum autem iidem Syri literas gutturales non admodum curent, et perinde quoque vocales Chate-

phatas ignorent nec Patach furtivo utantur, non dubium est, quin et Samaritani pari compendio gavisi fuerint. Ad haec tamen Cellarius recte animadvertit, cum haud desint, quae Hebraismum sapiant et praeter Chaldaicas formas Syriacae quoque admixtae sint, nec praeterea lingua suis careat proprietatibus, de quibus singulis locis exponere nobis visum est, nihil obstare, quo minus liberiorem Samaritanorum pronuntiandi rationem agnoscamus, ita ut, quae Hebraïca sint, Hebraeorum more efferenda existimemus, Syro-Chaldaicum vero legendi modum in iis comprobemus, quae indoli utriusque linguae conveniant. Nec in eo videmur esse vituperandi, quod fluctuantem hanc eloquendi legem praescribere audeamus, quos antiqua Hebraeorum adeo ante vocales inventas lateat enuntiatio, nedum ut in lingua Samaritana investigari possint, quae nobis de vero prorsus persuadeant. Quod si denique quaesiverit quis de diphthongis, ingenue fatemur, nihil certi nobis de hac re suppetere, cum omnes grammatici orientales ne nomen quidem, nedum rem nossent. Cum autem Syri Maronitae eas in linguam suam inducerent, quae forte olim abessent, nec Iudaei nostrates iis uti refragentur, a nostra quoque re haud alienum esse arbitramur, si, quas serius demum in cognatam dialectum illatas sciamus, et in Samaritana probemus (cf. §. 27. 2. §. 28. 3.). Hinc si quis modo haud mediocriter in Hebraeis et Chaldaeis literis sit versatus nec linguae Syriacae rudis, eo facilius haec impedimenta superabit, quo frequentius matres lectionis supra iam laudatae in locis impeditioribus ingenio subveniant.

2. Cum autem literis, a quibus syllaba aut vox incipit, vocali destitutis Hebraei et Chaldaei Scheva mobile (̇) apponant, Syri autem id negligant, licet rem habeant, idem quoque de Samaritanis statuendum erit, qui non minus ac illi eiusmodi literas cum vocali E raptim audita enuntiasse videri possint. Sed quum apud Syros haec semivocalis in omnium vocalium sonos transire, seque plerumque sequenti vocali accommodare dicatur, nec Hebraeis, ut saltem magistri eorum produnt, haec regula improbata fuerit, a re et a natura linguae Samaritanae haud abhorrere censemus, si quis et hic commendatum esse velit, quod Syrorum grammaticis fide dignissimis, Amirae dico et Gabrieli Sionitae probatur. Cum denique Lud. de Dieu in Gram. lingg. Orientt. harm. p. 43. affirmet, Erpenium ex ore doctissimi cuiusdam Maronitae audivisse, nullis praeceptis grammaticis ac vix viva voce doceri posse, quem sonum Scheva apud Syros habeat, et Norbergius praeterea a Maronita

Germano Conti se didicisse dicat, in lingua Syriaca literam hoc Hebraeorum signo notatam cum vocali brevi E esse efferendam, simpliciorem hanc legem et in linguam Samaritanam esse transferendam non est, quod improbemus; inprimis cum Syrorum grammatici interdum ̣ adhibeant, ubi Hebraeorum more Scheva mobile exspectaveris.

§. 3.

De signis orthographicis e cognatis dialectis supplendis deque lineola literae superaddita.

1. Cum duplex Hebraeorum Dagesch, eodem tempore quo vocales inventum, eo consilio literis inscribatur, ut ne quis in iis duplicatis aut aspiratione privatis recte legendis labi possit, et alterum a Syris adeo duplici signo (Kuschoi et Ruchoch) expressum videamus, vix est, quod moneamus, prima utriusque vestigia in ipsa lingua antiquissima esse quaerenda. Hinc quoque Samaritanis, licet signo careant, rem innotuisse utpote indoli ipsorum linguae apprime convenientem, perperam quis infitiabitur. Ut enim A) a priore ordiamur duplicandis literis destinato, plura afferri possunt exempla, in quibus absorbetur litera in geminatione alterius nonnisi investiganda. Pertinent huc potissimum in formanda Coniugatione Ethpeel ea verba, quae §. 9. 3. et §. 20. 1. et in Annotat. ad 1. recensentur, et in quibus litera ܐ reflexivae syllabae ܐܐ §. 17. 3. primae radicis literae iniungitur; praeterea, quae laudantur formae verborum ܕܕ §. 26. 3. quae ܕ mediae radicali assimilant et contracta verborum ܘܘ flexio, de qua §. 30. 1. exposuimus, quae cum et alibi duplicatis literis radicalibus scribantur, satis comprobant, et in contractis formis reduplicatam literam fuisse auditam. Licet autem aliquis de duplicata media radicali in Coniugatt. Pael et Ethpaal dubitare possit, qui audierit, a Syris occidentalibus literarum geminationem fuisse devitatam adeoque in his Coniugatt. formandis neglectam, tamen facile sibi persuadebit, hoc non omnino cadere in Samaritanos, qui inter alias in Pael et Ethpaal verborum ܘܘ ament duplicem literam scribere (§. 30. 2.), dum Syri formas Palpel et Ethpalpal praeferant. (Cf. quoque §. 29. 3.) Id autem, quod vocalium inventores assequi studuerunt Dagesch leni, quo literis ܐܒܓܕܗܘܙܚܛܝܟ aspirata demitur enuntiatio, paucis hic ita compre-

hendamus, ut perspicuum fiat, leniorem harum literarum sonum certis linguae niti legibus, quae nec in lingua Samaritana desiderentur. Lenior etenim et aspirata enuntiatio competit his literis ab initio syllabae aut vocis praecedente altera syllaba aut voce in vocalem, quae halitum suum in has literas proxime sequentes transferat, exeunte. Hinc servatur quoque eadem lenior enuntiatio praecedente consonante cum Scheva mobili efferenda, quod lenissimum licet habeat vocalis spiritum, tamen has literas proxime sequentes haud privat hac proprietate. Aspiratio contra abrogatur his literis vel in media voce post syllabam compositam, vel ab initio vocis praecedente altera, quae in consonantem exit.

2. Signum contra Samaritanis peculiare est lineola huic alterive literae superscripta, qua significatur a) vocem ea notatam non esse confundendam cum alia iisdem literis scripta, ut Gen. 33, 20. ⲗⲁ̄ *fortis*, ne habeatur pro praepositione ⲗⲁ *ad;* 35, 26. ⲁⲥⲏⲣ *Ascher*, quo distinguatur ab ⲁⲥⲏⲣ = אֲשֶׁר aliquoties a Samaritano e textu Hebraico recepto; 39, 2. ⲉⲇⲁ *dominus eius*, ne commutetur cum ⲉⲇⲁ *magna*, quod facile praecedenti nomini ⲁⲙⲁ *domus* accommodari posset; hinc eadem vox v. 3. caret hoc signo, cum nemo amplius de vera eius notione dubitaverit. Alia exempla haec sunt: Gen. 45, 26. ⲁⲇⲉⲁ *et narrarunt* (ⲁⲇⲉⲁ *et date*); 46, 28. ⲉⲗⲁⲗ *venit* (ⲉⲗⲁⲗ *tu*); 47, 21. ⲉⲙⲟⲩ *cum eo* (ⲉⲙⲟⲩ *populus*); v. 24. ⲉⲇⲁ *ager* (ⲉⲇⲁ *filius*); Exod. 3, 10. ⲙⲗ *abi* (ⲙⲗ *tibi*) et multa alia. Ponitur b) ad distinguendas diversas eiusdem vocis formas, ut Gen. 30, 14. ⲙⲙⲁⲇⲁ *filius tuus* sc. Leae, ne quis in Plurali vertat *filii tui;* 35, 18. ⲉⲥⲙⲏⲗ *anima eius*, ut scias ⲉ esse Suffixum nec Status absoluti notam; 34, 16. ⲗⲁⲗⲁⲛ *et dabimus*, quo discernatur 1 Plur. Fut. a 3 Sing. m. Praet. Eodem modo distinguitur c. 43, 31 (30). Imperat. ⲁⲇⲥⲏ *apponite* a Praeter., cui v. 32 haec nota adscripta non est. Aliis in locis indicat c) advertendum esse ad literam eà designatam, pro qua aliam exspectaveris, ut Gen. 35, 11. ubi in ⲉⲁⲇⲗ *fertilis esto* hac lineola significatur, Imperativi formam proprie cum ⲙ esse scribendam. Idem observavimus c. 37, 14., ubi ⲉⲗⲁⲗ positum est pro ⲙⲗⲁⲗ *veni;* similiterque Num. 35, 8. pro ⲉⲁⲉⲙⲁ *qui pauca habet* (= הַמְּעַט) alibi scribitur ⲁⲇⲙⲁ; pro ⲗⲉⲙⲟⲩ *vas* v. 16. alibi ⲗⲇⲙⲟⲩ et ⲗⲗⲙⲟⲩ; item Deut. 2, 3. ⲁⲗⲁⲗⲙ *septentrionem versus* legitur pro vulgari ⲉⲗⲁⲗⲙ; Deut. 6. 15. ⲉⲗⲧ *ne* pro ⲗⲗⲧ; 17, 14. ⲙⲁⲥⲏⲣ *collocabo* pro ⲙⲁⲥⲏⲣ (cf. v. 15.); Gen. 29, 32. 34. ⲁⲙⲟⲩ

nomen eius pro [illegible]. Alibi cognoscitur in hac lineola d) signum, literas [illegible] et [illegible] esse mobiles, ut Deut. 1, 41. [illegible] *congregastis vos;* 2, 15. [illegible] = הָיְתָה *fuit;* 3, 20. [illegible] = כָּכֶם *ut vos;* 18, 6. [illegible] *Levita*; aut indicat e) literam esse additam aut insertam, quae alibi in voce haud deprehendatur, ut Gen. 35, 7. [illegible] *Deus Bethelis;* pro quo vulgo scribitur [illegible]; Deut. 7, 22. [illegible] legitur pro [illegible] *adversus te;* 32, 2. [illegible] = עֲלֵי pro [illegible]. Haud raro denique f) reperitur, ubi litera excidit aut abiecta est, ut Gen. 3, 9. [illegible] *tu* pro [illegible]; Num. 35, 3. [illegible] *ad habitandum* pro [illegible], quod legitur Gen. 13, 6; nec minus [illegible] Deut. 4, 2. et 6, 17. obvium, pro quo textus Hebr. habet מִצְוֹת et Chald. utroque loco פִּקּוּדַיָּא *praecepta* explicandum est Plurali constr. [illegible].

Annot. Idem observatum est in textu Hebraeo-Samaritano, in quo [illegible] *Deus* ita distinguitur ab [illegible] *ad;* [illegible] *cum* ab [illegible] Accusativi nota; [illegible] *pestis* a [illegible] *verbum;* Exod. 29, 34. [illegible] *tempus matutinum* a [illegible] *armentum.* Nec desunt exempla, ubi significat, eandem vocem alibi aliter scribi, aut insertam esse literam, quae in textu Hebraeo non inveniatur, ut Gen. 8, 21. [illegible] = אֹסֶף; v. 22. [illegible] = חֹם; 15, 13. [illegible] = יָדֹעַ; 19, 23. [illegible] = יָצָא; 20, 17. [illegible] = אִהֶךָ; aut literam esse mobilem, ut Gen. 43, 10. [illegible] = פַּעֲמַיִם; aut excidisse literam, ut Exod. 2, 21. [illegible] = וַיּוֹאֶל; 8, 20. [illegible] = יוֹצֵא. Quodsi vero ibidem in haud paucis locis vocem hoc duplici signo instructam deprehendamus, quod Morinus et Cellarius, quid sibi velit, se nescire fatentur, nostram qualemcunque de hac re sententiam hic apponere lubet. Prae ceteris autem perscrutandum erit, utrum in duplici hoc signo duplex quoque eius explicandi ratio lateat; sed ingenue fatemur, nulla omnino suppeditari argumenta, quibus hoc comprobari possit, quin imo diligentius singula examinantibus persuasum est, hanc scribendi consuetudinem aliis plane niti legibus. Etenim duo potissimum sunt, quae ad veram duplicis huius signi cognoscendi rationem deducere possint. Deprehenditur enim aut in vocibus textum Hebraeum accurate reddentibus, aut ubi pro forma Hebraica substituitur alia sensui aut loquendi consuetudini magis conveniens; unde sequi videtur, et in prioribus a Samaritano, qui textum Hebraicum transcriberet, hoc duplex signum, quo distingueretur a simplici vulgarem lectionem respiciente, eo consilio fuisse adhibitum, ut lectoris animum ad veram huius vocis significationem attentum esse iuberet. Comprobatur hoc his exemplis: Legitur Gen. 4, 24. [illegible] = שִׁבְעָתַיִם *septies*; in qua voce explicanda obversari ei potuit aut impropria huius numeri significatio, cum et ipse Samaritanus interpres verba, quae statim sequuntur שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *septuagies septies* reddidisset per [illegible] [illegible] *multo magis;* aut,

quod minus forte verisimile est, commendatam esse voluit Chaldaei versionem, qui habet שִׁבְעָה דָרִין *septem generationes*, sc. suspensae sunt Caino i. e. post septem generationes poenas dedit. Singularem nominis notionem hoc duplici signo indicare voluisse, elucet quoque ex [illegible], quos Gen. 6, 4. hoc modo eosdem esse indicavit, qui ab initio versus הַנְּפִלִים vocarentur; in qua re consentiunt cum eo LXX, Syrus et Arabs. Idem sibi voluit, si Gen. 18, 22. [illegible] *viri* scriberet, quo de angelis Deum comitantibus usurpatum esse constaret; nec aliter iudicari potest Lev. 19, 31. de [illegible] cuius difficillimam interpretationem triplici lineola indicaret. In aliis, ut diximus, emendandi studium perspicitur. Sic Gen. 25, 3. hebraicum יָלַד notione *gignendi* commutandum esse censet cum [illegible], nec minus Gen. 9, 11. displicuit ei לְשַׁחֵת, pro quo restituendum esse putaret [illegible], quippe probe memor, Hiphil huius verbi frequentius in textu Hebraico occurrere. Cf. *Gesenius* De Pentateuchi Samaritani origine, indole et auctoritate Halae 1815. 4 mai. p. 51. §. 15.

§. 4.

Signa distinctionis.

Iam supra §. 1. Annot. 1. dictum est, Samaritanos singulas voces punctis crassioribus superne literis appositis a se invicem dirimere, qua distinguendi ratione, ut par est, et ipsi ubivis usi sumus. Reliqua, quae occurrunt distinctionis signa haec sunt. In periodi fine erigunt duo puncta ad perpendiculum (⁝), licet saepius quoque uno sint contenti; interdum duobus his tertium ad latus adiungunt (⁝̇), et si suspensa est sententia aut imperfecta, ubi nos colon ponere solemus, ipsi duo transversa puncta scribunt (⁚). Neque tamen in hoc sibi constant, alternatim quoque pro his simplex punctum adhibentes et, ubi simplex exspectaveris, geminatum. Si absoluta est maior sententia, has usurpant distinguendi notas, =⁝̇, vel <⁝, vel =<, vel —<, vel —⁝̇ et —⁝, ita tamen, ut frequentissime occurrat =⁝̇ et post hoc —<⁝̇ frequentius sit ceteris. Interdum plura agglomerant, ut —<⁝=⁝̇ etc. In medio autem scripturae, licet rarius, inter duas lineas collocant, ubi nova incipit periodus aut narratio, eiusmodi coacervata signa. <⁝̇==⁝̇> ‖=⁝̇=⁝̇<—⁝̇< ⁝̇=⁝̇<⁝̇=⁝̇ ‖<=⁝̇=><⁝̇—⁝̇—⁝̇>>=⁝̇=< Pleraque autem haec signa a scribis sunt inventa, nec in omnibus Codicibus aut libris excusis eadem.

Annot. Observavit praeterea Morinus suo tempore in MSS. Samaritanis versatissimus, alias praeterea occurrere notas, quae interrogationis, exclamationis, ironiae, indignationis etc. videantur esse si-

gna, quae tamen nec in diversis codicibus, nec in eodem codice constanter adhibeantur, et modo hac, modo alia figura usurpentur, modo omnino omittantur, ita ut de illis certa regula tradi non possit, nec in excusis conspiciantur libris. Simile quid commemorat Amira Gram. Syr. p. 479. de puncto Syrorum, quod pro vario, quem occupaverit loco eadem expressisse fertur. De accentibus non est, quod moneamus, quibus aeque carere possent, qui vocalibus haud uterentur.

Caput secundum.

De proprietatibus atque mutationibus literarum; syllabis, tono atque metris.

§. 5.

Linguae Samaritanae cum hoc proprium sit, ut prae ceteris dialectis Semiticis inclinet ad peculiares consonantium mutationes, vocalium autem signis destituta vix admittat, ut seorsim tractentur, de quibus potius in singulis linguae partibus disserere nos iubeat; hic in eo acquiescendum erit, ut consonantium proprietates accurate dispiciamus, quae vel maxime euphoniae legibus nituntur. Quae quidem leges non ex iis, quae in aliis linguis de simili re valent regulis, sed, sive displiceant, sive repugnent aliis, ex linguae solummodo indole et consuetudine eorum sunt diiudicandae, qui eas sibi scriberent suaeque linguae adaptarent. Cernuntur autem hae leges in universum vel in permutandis eiusdem vel in transponendis diversi organi literis, vel docent, quae literae addantur, inserantur aut abiiciantur; quae deinceps sunt pertractanda.

§. 6.

Consonantium permutatio.

Consonantes sono sibi similes in omnibus fere linguis interdum, inprimis in Samaritana permutari vocesque eiusdem aut cognatae significationis modo leniore scribi ac pronuntiari litera, modo duriore, inter omnes constat. Neque tamen haec lex totam penetravit linguam, sed in certis tantum animadvertitur exemplis, et vel spectat

1. ad literas eiusdem organi non multum inter se diversas, ubi discernendas esse putavimus a) voces, quae duplici ratione in ipsa Samaritanorum lingua scribuntur, ab iis, quae b) e reliquis dialectis translatae literas sibi proprias amittunt et cognatis do-

nantur. Utriusque ordinis rationem habebimus. Permutantur autem inter se

A) *labiales* inprimis praecedente vocali in media voce, quae leniorem admittit efferendi rationem. Pertinent huc a) e Samaritanis diverse scriptis et *quaeso;* et *da;* et *posuit;* *depasci fecit* a ; et *clausit;* b) e translatis = צַוָּאר *collum;* = שָׁפַט *iudicavit;* adeo cum מ ut *tempus*= Ch. זְמַן. Deinde promiscue adhibentur B) *palatinae* a) in Samaritanis, ut et *generatio;* et *foetus;* Gen. 25, 32. pro *vadens;* b) in translatis = יָשַׁר *rectus, planus fuit;* = גּוּף *corpus;* *contusio* ab Hebr. הַכָּא inserto . C) *linguales* a) in Samaritanis, ut et *custodivit;* b) in translatis = הָדָה *impulit;* = תֹּף *tympanum;* = תָּעָה *erravit;* = נָטָה *extendit.* D) *dentales* s. *sibilantes* a) in Samaritanis et *dominus;* et *cibaria;* et *septem;* b) in translatis = שׁוּב *canescere;* = שֵׂעָר *caesaries;* = כָּנַס *collegit.* Promiscuus E) *gutturalium* usus linguae Samaritanae prae ceteris peculiaris persuadet nobis, has literas non tam accurate fuisse inter se distinctas in hac quam in reliquis dialectis. Ordiamur et hic a) ab iis, quae in lingua Samaritana ipsa confunduntur, et quidem *α*) et in et *coelum* (Gen. 1, 26. 28.); et *dilexit* (Gen. 25, 28.); et *exuit* (Num. 20, 26. 28.); et *auxilium;* et *vidit;* et alia multa; *β*) et sic Gen. 31, 52. et *testis;* et *noluit, renuit;* et *vidit, intellexit;* *γ*) et , ut et *aegre tulit;* et *fugit;* *δ*) et , ut et *percussit;* et *lavit;* et *circum, circa;* *ε*) et , ut et *vas;* *ζ*) et , ut et *fortasse;* et *post.* Eaedem gutturalium permutationes haud minus frequenter deprehenduntur b) in vocibus, quae e reliquis dialectis translatae sunt, ubi *α*) legitur pro , ut in = Syr. ܢܚܬ *descendit;* = אֹרַח *via;* = Ch. לְחוֹד *solus;* = ܡܙܪܚܐ *oriens;* et alia plura; inprimis ab initio vocis, ut = חָטַף *rapuit;* = Ch. חוּט *coniunxit;* = חָלַץ *ordinavit;* Ch. חֲמָא *vidit;* =

חֲמֶר *vinum;* etc. E numero exemplorum colligi potest, utramque literam graviore aspiratione fuisse enuntiatam, ita ut ob soni similitudinem eo facilius inter se permutari possent. Rariora sunt exempla, in quibus *β*) ▽ ponitur pro ▽, ut in media voce ▽▽▽= רוּץ (רוּץ) *cucurrit;* ▽▽▽ = בּוּשׁ (בּוּשׁ) *erubuit;* ▽▽▽ (coll. לַהַב flamma) *exarsit;* *γ*) ▽ pro ▽, ut ▽▽▽=אֶרֶז *arbor;* ▽▽▽ = אֶשֶׁךְ *testiculus;* ▽▽▽=אָסַר *ligavit;* *δ*) ▽ pro ▽, ut ▽▽▽=Ch. תְּרַע *porta;* ▽▽▽ *pauca* coll. Ch. זְעֵיר; *ε*) ▽ pro ▽, ut ▽▽▽=Ch. שְׁהָה *moratus est;* ▽▽▽=שְׁרָה *habitavit;* *ζ*) ▽ pro ▽, ut ▽▽▽▽= אָמָה *ancilla;* *η*) ▽ pro ▽, ut ▽▽▽=אֶרֶץ *terra;* *ϑ*) ▽ pro ▽, ut ▽▽▽▽=תְּחוּם *terminus;* *ι*) ▽ pro ▽, in syllaba reflexiva ▽▽ (§. 20. Annot. 2.), quae haud raro transit in ▽▽; et interdum pro litera praeform. ▽ 1 Sing. Fut. occurrit ▽ (§. 19. Annot. lit. B. b.). Denique *κ*) ▽ pro ▽, legitur in Imperat. ▽▽ *da* verbi ▽▽▽ (§. 28. 2. Annot.).

2. Permutantur autem inter se non modo literae eiusdem, sed etiam diversi organi, si aliqua inter ipsas intercedit similitudo. Sic

A) *dentales* s. *sibilantes* cum *lingualibus* ex illis passim compositis, qua in re lingua Samaritana cum Syriaca et Chaldaica consentit: nam a) Hebraeorum ז transit *α*) plerumque in ▽ (§. 1. Ann. 2.), ut in ▽▽▽=זָבַח *sacrificavit;* ▽▽▽ = זָקָן *barba;* ▽▽▽ = כָּזַב *mentitus est;* interdum adeo *β*) in ▽, ut in ▽▽▽ = זוּן *abiit;* b) צ in ▽, ut in ▽▽▽=צִרִיץ *lamina;* ▽▽▽=צֵל *umbra;* ▽▽▽ (adeo in ▽ in eodem verbo) = נָצַר *custodivit;* c) שׁ in ▽, ut in ▽▽▽=שֶׁלֶג *nix;* ▽▽▽=שׁוּב *redire;* ▽▽▽=שִׁכֵּל *orbavit liberis;* ▽▽▽=שָׁקַל *appendit;* interdum adeo d) שׁ in ▽, ut in ▽▽▽=פָּשַׁח *erupit.* Pertinet huc quoque B) permutatio *sibilantium* cum *gutturalibus* inprimis literae צ cum ▽, quae neglecta sibilatione in tam debilem abeat sonum, ut facile literae ▽ par haberi possit. Exempla haec sunt: ▽▽▽=צֹאן *grex;* ▽▽▽▽ = צֵלָע *costa;* etc. Hinc quoque nemo facile offendet, si C) alicubi *lingualem* permutatam invenerit cum *dentali*, ut in ▽▽▽=נִמְרוֹד *Nimrodus;* aut *gutturalem* ▽ cum ▽, ut in ▽▽▽= שָׁמַע *audivit;* aut si viderit *liquidas* promiscue adhibitas, ut a) ▽ pro ▽, ut in ▽▽▽=עָצַר *retinuit;* ▽▽▽=צַר *angustus;* ▽▽▽▽=אַלְמָנָה *vidua;* (qua in voce simul ▽ e נ prodiit); b) ▽ pro ▽, ut in ▽▽=אִם *si;* ▽▽▽=זָמַם *cogitavit;*

c) ܥ pro ܙ, ut in ܥܡܛܡܢ = טָמַן *abscondidit;* ܙܪܚ = זָרַח *lux oriens;* ܬܪܝܢ = שְׁנַיִם *duo* etc. Literarum denique D) *quiescentium* et *gutturalium* promiscuus usus cernitur inprimis in verbis ܫܒܩ §. 29. ubi occurrunt formae ܥܒܪ et ܥܒܕ *habitavit;* ܫܒܩ · ܫܒܥ et ܫܒܩ *displicuit;* ܡܝܬ et ܡܘܬ *mortuus est;* ܥܬܝܩ et ܥܬܝܥ *senuit.*

3. Literarum permutationes in flexionibus grammaticis conspicuae, quae cum supra dictis apprime conveniunt, hae fere sunt:

A) Litera ܐ syllabae reflexivae ܐܐ in transpositione cum sibilantibus (cf. §. 7.) transit ut apud Syros post ܬ in ܛ, post ܡ in ܢ; B) E *quiescentibus* a) litera ܐ α) media radicalis in Pael transit in ܡ mobile, ut in ܥܐܡܝܐ *polluit*, Pa. a ܥܐܝܐ *immundus fuit;* nec minus prima radicalis verborum ܐܙ in Aphel et Ettaphal §. 27. 2. ubi Syrorum more cum praecedente litera characteristica ܐ itemque in passiva forma cum servata abiectae literae ܐ vocali A in diphthongo Ai effertur, ut ܐܟܠܐ *cibavit* ab ܐܟܠ *comedit;* ܡܐܬܐ *adduxit* ab ܐܬܐ *venit;* ܫܢܐ *obduravit* ab ܫܢܐ *clausit, compressit;* in iis autem horum verborum Coniugationis Peal formis, in quibus accedente praeformativa litera ܐ eandem patitur mutationem, ut in Fut. ܐܟܠ *comedet;* et in Inf. ܐܬܝܐ ab ܐܬܐ *abiit*, vel cum Syris in vocali I, vel cum Chaldaeis in E enuntiari potest. De eadem mutatione literae ܐ verborum ܐܐ in paradigmate verborum ܐܐ comprehensa vid. §. 31. et paulo infra, ubi de litera ܐ in ܡ mutata eiusque pronuntiatione in E aut I sermo est. Praeterea ܐ β) permutatur cum ܙ in Aph. et Ettaph. verborum ܐܙ, licet rarius quam apud Syros, ut in ܐܟܙܐ *cibavit;* ܐܥܙܐ *prolongatus est*, in quibus tam Syrorum enuntiatio in Au et Chaldaeorum in O admittitur. b) De litera ܙ cum ܐ aut ܒ in verbis ܫܒܩ permutata iam supra 2. D. monuimus, ita ut hic non addamus nisi formas Futuri ܫܒܩ *stabit;* ܥܒܪ *habitabis;* ܫܒܥ *displicebit;* §. 29. Praeterea autem in iisdem verbis transit in ܡ α) in Pe. verbi ܡܘܬ *mori*, Praet. et Part. ܡܝܬ, in quibus vocali E effertur; β) in reliquis praeter Praet. Inf. Imp. Fut. et Part. act. Peal, aut effertur vocali I, ut in Part. Pass. Peal, in tota Coniugatione Ethpeel, Aphel et Ettaphal; sic Ethpe. ܫܬܩܝ Aph. ܫܬܩ; aut fit mobile in Pael eiusque Pass. ut apud Syros et Chaldaeos v. c. ܩܝܡ = קַיֵּם et קַיֵּם. De eo autem dubitari potest, utrum in iis formis, quae ad accedentem novam syllabam iterum tertia radi-

cali opus habeant, enuntietur Syrorum more diphthongo ai, an ut apud Chaldaeos mobile maneat, ut ܩܝܡܬܐ = Syr. ܩܝܡܬܐ Chald. קִיְמַת. Quod c) ad literam ܡ attinet, transit illa in Aphel et Ettaph. verborum ܡܝ (proprie ܝܝ) §. 28, 3. in ܝ, ut ܬܘܝܠܐ *genuit* a ܬܘܡ; ܐܫܬܝܠܐ *relictus fuit, remansit;* ubi lectoris relinquendum esse censemus arbitrio, utrum enuntiationem Syriacam in Au sequi maluerit, an Hebraeorum et Chaldaeorum, qui O efferunt. Restat, ut d) mutationes literae ܐ hic paucis recenseantur, quae in verbis ܐܘ, nisi ubi prorsus abiicitur et in 3. Sing. m. Praet. Pe., ubi solummodo servatur, nec non in omnibus Infinitivis praeter Inf. Peal, qui terminationem ܐܬ (= Ch. אָת) assumunt, abit in ܡ, quod in Praeterr. et Imperatt. haud dubie Chaldaeorum more in I, in Futt. autem et Partt. act. vocali E efferendum erit. (§. 31. 1.) Quando illud ܡ autem mobile fiat, docet §. 31. 3. De permutatione huius literae cum ܡ in nominum a verbis ܐܘ derivatorum Statu emph. vid. §. 46. I. 4., aut denique cum ܐ in Statu constr. fem. §. 43. II. C.

§. 7.

Transpositio Consonantium.

Transponuntur literae, quae debiles nimisque liquidae ob duriorem enuntiationem locum suum aegre retinere possent ideoque, quo huic difficultati subveniatur, aut e media vocis parte prioris literae locum occupent, ut ܕܝܬܝ *sic* pro ܕܝܬܝ; ܡܫܬܠܐ *oblivioni tradidit* pro ܡܬܫܠܐ; ܦܡܝܠ *expolitor* pro ܦܡܠܝ (coll. Arab. صَلَاقٌ *disertus, orator*); ܐܓܡܝܡ = חָצִיר (χόρτος) *gramen;* aut e fine in mediam vocem similiter recipiantur, ut ܝܓܦ = סָחַר *circuivit;* ܝܝܕ *scivit* ex ܝܕܝ; ܚܦܐ = חָצַב *effodit;* ܦܓ *fugit* ex ܓܦ; et alia plura. Quae quidem, cum non tam eius sint, qui leges grammaticas exponit, quam linguae interpretis, missis reliquis sufficiat meminisse, quae potissimum huc pertineat, transpositionem dico sibilantium, a quibus radix verbi incipit, cum ܐ syllabae reflexivae ܐܐ, ubi debiles illae literae huic ܐ locum suum cedunt in ipsius transilientes, ut ܐܬܝܬܐ *effusus est* a ܐܬܝ; ܐܬܝܡܐ *iuravit;* et praeterea mutatio literae ܐ post ܬ in ܬ; post ܡ in ܢ observatur §. 6. 3. A. Negligitur autem haec lex, ut par est, in Ettaphal v. c. ܐܫܬܐܐ *invenit* ab Aph. ܐܫܐ. — De transposita litera ܝ in Infinit. cum Suff. vid. §. 34. D. Annot.

§. 8.

Prosthesis et Aphaeresis Consonantium.

1. Quemadmodum in transponendis literis ut plurimum euphoniae leges respiciuntur, ita quoque nec in *Prosthesi* desiderantur. Est enim haec linguae proprietas in eo quaerenda, quod, cum graviter ferat duas consonantes, quarum prior ab initio vocis vocali caret, debili spiritu literae ⱑ plerumque vocali E efferendae praefixo ita priorem a sequente disiungat, ut paullo durior pronuntiatio lenius fluat. Exempla haec sunt: ⲉⲓⲗⲁⲡⲁⲛ *tempus* = זְמַן; ⲉⲓⲇⲓⲁⲧⲁⲛ *brachium* = זְרוֹעַ; ⲉⲓⲗⲙⲁⲃⲁⲛ *navis* = סְפִינָה; ⲉⲓⲗⲁⲃⲁⲧⲟⲛ *sabbatum* = שַׁבָּת; ⲉⲓⲗⲓⲥⲁⲃⲁⲛ *labium* alibi ⲉⲓⲗⲓⲥⲁⲃ; ⲉⲓⲗⲟⲩⲛ *sex* = שֵׁשׁ (cf. Gesenius Carm. Sam. p. 42.). Interdum, licet rarius, adhibetur ⲉⲓ, ut in ⲥⲁⲙⲉⲓ *Zoba* s. *Soba*. Neque tamen hoc tantum observari solet in voce a duplici consonante incipiente, sed interdum quoque litera prosthetica accedit in aliis, in quibus haec difficultas non obstat, ut in ⲉⲓⲛⲁ *sic* = כֵּן, ⲁⲓⲙⲁ *sanguis* = דָּם et cum in uno eodemque verbo haec prosthesis modo adhibeatur, modo negligatur, ut in ⲥⲟⲩⲁ et ⲥⲁⲟⲩ *caput*, facile apparet, hanc proprietatem non totam linguam penetrasse. Interdum praefigitur ⱑ adeo nominibus ab ⲙ incipientibus, ut in ⲉⲓⲙⲉⲓⲙⲁ *interdiu* = יוֹמָם; ⲁⲙⲁ = יֵשׁ (*οὐσία*), in quibus, quanquam perraro, ⲙ eiicitur, quod comprobatur nomine ⲧⲁ et ⲧⲙ *manus* = יָד. Praeterea huc referri potest ⲙⲁⲧⲁⲁ *incorrigibilis*, a ⲁⲧⲁ *castigavit*, in quo prostheticum ⱑ Graecorum *α* privativo est comparandum. Quemadmodum autem a Graecis litera *Σ*, in nonnullis vocibus eadem de causa radicibus accedit, ut in nomine *σμάραγδος* e *μαραγδ* (Sam. ⲥⲧⲩⲁⲙⲁⲅⲇ) orto, quod et ipsi Chaldaei imitati sunt in שַׁלְהוֹב s. צַלְהוֹב *flamma* a לַהַב, ita nemo offendet, si in lingua Samaritana, quae sibilantes cum ⲁⲃⲧ permutare amet, literam ⲧ in prosthesi adhibitam invenerit, ut in ⲉⲓⲁⲗⲉⲓⲧ *quercetum* = אֵלָה, אֵלוֹן (cf. Graec. *θρῆνος* et *ῥῆνος*). Haud dubie huc quoque pertinent rariorum Coniugationum eae, quae ab initio assumunt literas ⲥ, ⲧ et ⲁ, de quibus vid. §. 17. 4. a. b. De ⱑ notae relationis ⲧ praefixo §. 15. conferas.

2. Huic consuetudini vocis ab initio litera prosthetica augendae opponitur *Aphaeresis*, neque tamen tam ad duriorem enuntiationem paullo mitigandam aut devitandam adhibita, quam potius ad debiles quasdam consonantes, quae licet sint radicales at vocali-

bus destitutae ob rapidam enuntiationem vix audiantur, abiiciendas. Accidit hoc plerumque literis ܐ, ܗ, ܡ et ܢ, de quibus deinceps agetur. Aufertur autem a) ܐ in ܚܕܐ *unus*, quod abit in formam ܗܕܝ = Syr. ܚܕ (§. 48. 2.); ܐܚܪܝܢ *alius* Chald. ܚܘܪܢ = Hebr. אַחֵרוֹן; ܐܙܠ Imperat. verbi ܐܙܠܐ *abiit*, Talm. זִיל, Syr. ܙܠ et in composito ܐܢܫܐ *homo* = ܐܢܫ pro ܐܢܫܐ. b) ܗ in Praet. verbi ܐܙܠܗ *ivit* §. 33. B. 2. Annot. c) ܡ in Imperativis verborum ܡܢ (ܢܬܢ) §. 28. A. 2. ut ܥܠ *sede, habita* ab ܥܠܡ; ܢܬܠ *date* ab ܢܗܡ; interdum adeo in Praet. Pe. §. 28. A. 1. Annot. Idem observatur haud raro in ܡܗ pro ܡܗܡ Futuro apocopato verbi ܗܘܗ *fuit*. §. 33. A. c. Annot. E liquidis denique, d) hoc proprium est literae ܢ, quae, cum sine vocali in enuntiando fere evanescat, non modo abiicitur in Imperativis Peal verborum ܢܢ, ut ܢܦ *accipe* a ܢܦܢ; ܢܦ *egredere* a ܢܦܢ; verum etiam, quo magis confirmetur debilis huius literae natura, non raro in Praet. Pe., ut ܥܠܐ = עָלָה *ascendit* pro ܥܠܐ et ܢܦ = יָצָא cf. §. 26. Nec omnino deesse nomina, quae initialem abiiciant literam, comprobari potest forte nomine ܩܠܥ *baculus*, pro quo Num. 22, 27. ܩܥܫ = מַקֵּל occurrit.

§. 9.

Epenthesis et Syncope s. Contractio Consonantium.

1. *Epenthesis* cum inprimis e studio duriorem mutae in media voce duplicandae pronuntiationem mitigandi nata sit et haec difficultas inserta ante eam liquida in cognatis dialectis tollatur, Samaritanos quoque hanc legem haud neglexisse, credere par est. Neque tamen huc referenda esse arbitror ea exempla, in quibus liquida radici propria eodem licet consilio servatur, ut si scribitur ܨܒܪܐ *servabis* pro ܨܒܐ a ܨܒܪ, aut ܢܦܠܐ *sumsit* pro ܢܦܐ Aph. a ܢܦܠ (§. 26. 3. Annot.); nec Syriaca, in quibus litera radicalis ܪ linea occultante signatur, ut in ܐܢܬܘܢ *vos;* ܫܢܬܐ *annus;* ܡܕܝܢܬܐ *urbs;* ubi Samaritani Hebraeorum more ܢ aut prorsus abiiciunt, aut retinent, duo priora ܐܙܠܐ et ܗܐܫ, hoc ܗܐܢܡܬܫ scribentes. Cum autem Epenthesin ܢ in lingua Samaritana perperam quaesiveris, nisi contra legem propositam ܢ, quod inservit Suffixo eo facilius quibusdam verbi formis adiungendo §. 34., aut quod in exotico ܗܢܐܠܦܫ *stannum* = κασσίτερος deprehenditur, huc referas; tamen liquidae ܢ usum epentheti-

cum non omnino desiderabis. Pertinent huc [illegible] *thronus* Syr. ܟܘܪܣܝܐ ex Hebr. כִּסֵּא et [illegible] *locusta*, *cicada* = Ch. חַגָּבָא, in quo tamen literarum [illegible] et [illegible] similitudinem epenthesin adduxisse facile apparet. Similis causa videtur subesse in [illegible] *pulcra*, quod a יָאָה *pulcher fuit* derivandum esse existimem, et pariter [illegible] insertum invenitur in [illegible] *hami*, *uncini* = קְרָסִים cuius radix est [illegible] *curvus fuit*. Aliud autem epentheseos genus cernitur in vocali inserta. Verba nimirum [illegible], quae eiecta media radicali longam recipiunt vocalem literis [illegible], [illegible] et [illegible] expressam (§. 29.), ita differunt ab iis, quae mediam geminatam habent, ut ultima radicalis sit simplex, dum in his duplicata existimanda est praecedente brevi vocali. Interdum tamen et in his Samaritani inserunt literam [illegible], ita ut secundum euphoniae leges illa duplicatio necessario dispareat. Sic [illegible] Praet. verbi [illegible] *venit*, abit in [illegible] et literam pro longa vocali A insertam servat quoque in iis, quae sine illa cum duplicata [illegible] essent efferenda, ut [illegible] pro [illegible]. Hinc discrimen illud, quod apud Hebraeos inter verba ע״ו et ע״ע intercedit, his saltem in formis sublatum est. Quemadmodum autem apud Syros Hebraeorum verba ע״ו haud raro transeunt in verba mediae ה, pro qua passim apud Samaritanos adhibetur [illegible], ut [illegible] = ܪܘܨ *cucurrit* hebr. רוּץ, ubi similiter, nisi [illegible] pro vocali A habeatur, de epenthesi cogitari possit, ita quoque Samaritani hoc imitati sunt scribentes pariter [illegible] ac [illegible] *consenuit*, ut iam supra §. 6. vidimus. Similis literae [illegible] epenthesis animadvertitur in Participiis verborum [illegible] §. 29, 1., ut [illegible] *moriens* a [illegible]; [illegible] *altus* a [illegible]; interdum accedente praeterea [illegible] ut [illegible] *habitans* a [illegible], aut mutato [illegible] in [illegible], ut [illegible] *iudicans* a [illegible] s. [illegible]. Similia inveniuntur in Plurali nominum feminini generis formando, in quo ante terminationes status absoluti, constructi et emphatici simpliciter in [illegible], [illegible] et [illegible] exeuntes inseritur [illegible]; in terminatione autem emphatica non modo legitur [illegible], sed etiam [illegible] cum litera [illegible] §. 43.; quam proprietatem pariter deprehendimus in quibusdam nominibus anomalis §. 47. Pertinet praeterea huc litera [illegible] inter mediam et tertiam radicalem verbi regularis inserta §. 21. 1.; [illegible] aut [illegible] ante terminationem nominis masc. emph. [illegible] §. 43. III. B.; prima Sing. Praet. [illegible] et 3. Sing. fem. Praet. [illegible] §. 19. 1. Annot. et §. 28. B., quae utraque posterior forma interdum in textu Sama-

ritano occurrit. Insertam ܐ deprehendimus quoque ante Suffixa inprimis Infinitivis addita §. 18. 1. §. 34. D. Annot., in Suffixo 1 Plur. ܢܐܢ pro ܢܢ §. 34. B. Annot. et §. 51., 1. Annot. et alibi; ܡ interdum inter 2. et 3. radicalem more Hebraeorum ad Aphel designandum §. 23. 1.; in Infinitivis verborum ܥܘ ante mediam radicalem §. 29. 1.; et denique ܥ ante Suff. ܢܥܝ §. 45. 2. §. 51. 1. Annot.

2. Epenthesi opponitur *Syncope* s. *Contractio* aut *Crasis* iisdem euphoniae legibus nixa, cuius hoc est, ut languidiorem nimisque mollem vocis enuntiationem una alterave litera elisa concinniorem magisque praecisam reddat. Est autem ea duplex, cum vel litera e media voce deses, at vocali, quam superstitem proxime praecedens litera recipit, instructa eiici, vel duo verba per Crasin ita in unum iungi possint, ut aut ultima prioris vocis litera, aut initialis alterius abiiciatur. Utrumque exemplis illustrabimus.

Illud accidit inprimis A) literis ܐ, ܡ, ܥ, et quidem a) literae ܐ Coniugationis Aphel verbi tam regularis, quam irregularis in iis formis, quae praeformantibus augentur et post syllabam reflexivam ܐܐ in tota eius passiva Coniugatione Ettaphal; praeterea primae radicali verborum ܐܝ, quanquam rarius in Fut. et Part. Pa., ut ܢܥܝܠܐ *docebitis* et ܝܠܦ *docens* ab ܝܠܐ et in toto Ethpeel, ut ܐܦܐܡ *dicetur* ab ܐܦܐ §. 27. b) literae ܡ in Futuro Pe. verborum ܡܝ, ut ܐܬܐ *dabis* verbi ܐܬܡ §. 28. 2. c) literae ܥ nominatim in Aph. et Ettaph. verborum ܥܘ ut ܦܡܩܐ pro ܦܡܥܩܐ a ܦܥܩ *surgere*. §. 29. 2. Frustra autem quaesivimus exempla, in quibus hoc B) liquidis literis acciderit, cum, quae huc referri possint, aut assimilationi aut crasi sint annumeranda, de quibus deinceps seorsim agetur. Pertinent autem huc quodammodo eae verborum ܘܘ formae, quae haud inserta litera ܐ simpliciter scribantur media radicali excisa, ut Praet. Pe. ܐܘ; Fut. ܐܘܡܡ ab ܐܐܘ *venit*. Cf. §. 30. 1. et quae supra §. 9. 1. diximus.

Longe frequentior autem est C) ea literarum elisio, quae fit duabus vocibus in unam contractis, quam *Crasin* vocarunt Grammatici. Absorbetur in his a) litera ܐ pronominum cum particula ܐܬ *ecce* iunctorum, ut ܐܢܐܬ *ecce ego* ex ܐܢܐ· ܐܬ (transpositis adeo literis Gen. 27, 1. ܐܐܢܬ) et ܢܥܐܐܬ *ecce vos* pro ܢܥܐܐ· ܐܬ; cum ܬ relativo compositorum, ut ܐܬ *quia tu es* pro ܐܐܬ, cf. *Gesenius* Carm. Sam. p. 44.; cum

ܐܡܐ *non est*, ut ܐܢܐܡܐ *non ego sum*, pro ܐܢܐ · ܐܡܐ; aut praecedente pronomine, ut ܢܐܝ *quid si* ex ܢܐ · ܐܝ; aut ܐ particulae ܐܐ, ut ܗܡܐ *ecce tibi* pro ܗܡܐ · ܐܐ; particulae ܐܐ = ܐܐ, ut ܐܟ *et ecce* pro ܐܐܟ; negationis ܐ cum Futuro iunctae, ut ܐܒܬܐ *ne timeas* = ܐܒܬ · ܐ; ܐ verbi post ܬ, ut ܐܠܒܐ *qui induisti* pro ܐܠܒܐ apud Gesenium l. l. p. 57.; aut aliarum vocum ab ܐ incipientium, ut ܡܒܬ *qui post* = ܡܒܬ; post ܢ *si*, ut ܐܡܢ s. ܐܡܢ *si est* ex ܐܡ · ܢ; b) litera ܐ Suffixi 3 Plur., ut ܢ *iis* pro ܢ ; et pronominis ܐ cum ; compositi, ut ; *tu es*, cf. *Gesenius* l. l. p. 56; rarius ܒ aut ܘ, ut in ; *calvities* pro ; a ; . Denique c) liquiquidae ܐ, ܝ, ܢ eliduntur in ܐܡܐ *si non est* ex ܢ s. ܝ ; ; pro ; *descendit;* et itidem ܐ sequente ܐ in ; converso, ut ; = ; · ; *haec omnia.* De elisis literis ܡ et ܐ verborum ; radicalibus ante Suff. vid. §. 35.

Annot. Singularia quaedam *Craseos* exempla haec sunt: ; pro ; · ; *nos non sumus* Carm. Sam. p. 71. ; pro ; · ; *quae iis inscripta sunt* ibid. p. 84.; ; pro ; · ; *parva est* (sc. cognitio) Syrorum more ܐ et ܐ Participiis et Adiectivis adiungentium, ut ܚܛܐ *reus est* ibid. p. 44. ; pro ; · ; *ex quo fui.* Neque tamen in hunc censum referenda esse arbitror, quae sine ulla litera elisa iuncta leguntur, ut ; , *absit tibi* pro ; · ; aut ; = ; · ; (אל נא) *ne quaeso*; aut denique Gen. 31, 35. ; = ; · ; *ne effervescat.*

3. Restat, ut paucis disseratur de elisis in media voce literis, quae tamen non omnino absorberi, sed ob debilem suam naturam nonnisi a proxime sequente litera, cui *sese assimilent* et quam sic geminatam reddant, licet haec geminatio in haud paucis vix audiatur, recipi videntur. Fieri hoc solet cum ; verborum ; §. 26. 3. in iis formis, in quibus praefixa litera praeformativa ; syllabam clauderet, et in paucis nominibus, ut ; *annus* in statu emph. ;. Haud exiguum vero exemplorum numerum suppeditat syllaba reflexiva ; , cuius ; hoc patitur non modo ante radices a literis ; , ; , ; incipientes, ut ; pro ; *adhaesit;* ; pro ; *abscondidit se;* ; pro ; *fractus est;* verum etiam iniungit se literis ; et ; , ut ; pro ; *congregatus est;* ; pro ; *sepultus est;* interdum adeo cedit literae

[illegible], ut Gen. 6, 13. [illegible] pro [illegible] (Chald. אִתְמְלֵי) *repletus est;* [illegible] pro [illegible] *unctus est* §. 20. 1

§. 10.

Paragoge et Apocope literarum.

1. Alia iucundioris et dulcioris soni proferendi ratio in eo versatur, ut A) quibusdam formis in vocales I et U (ם et ץ) exeuntibus, quo concinnior fiat terminatio atque firmior, addatur liquida litera ן. Cum autem hic usus seriori debeatur linguae nec totam penetret linguam, Samaritanis quidem innotuit; quatenus autem scripta Hebraeorum antiquissima sua facerent, rariora quoque apud eos deprehenduntur huius formationis exempla. Invenitur autem inprimis in Futuri formis, ut [illegible] *accipies;* perraro additur Praeterito plurali, ut Gen. 19, 2. [illegible] *dixerunt* (hebr. וַיֹּאמְרוּ); interdum Chaldaeorum more Infinitivis pro absoluta Hebraeorum forma, ut Lev. 19, 20. [illegible] *redimendo* (Ch. אִתְּפְרָקָא); Gen. 50, 24. 25. [illegible] *visitando* §. 19. Annot. D.

Annot. Eadem ratione videtur explicanda esse litera ן, quae adhaeret particulis [illegible] *ubi?* = אַיִן ex אֵי; [illegible] *sic, ita* = [illegible]; [illegible] *ibi* = שָׁם; forsitan huc quoque referri possunt [illegible] *hic* = זֶה §. 14. et [illegible] *quis?* = מִי §. 16. et ea Coniugationis forma, quae in Syriaca lingua *Palen* dicitur, de qua vid. §. 17. 4. C.

Diversa ab hac, de qua modo exposuimus *Paragoge* est ea, quae B) certis pariter verbi formis propria non tam iis nititur legibus, quas supra laudavimus, quam sensum spectat. Solent etenim Samaritani Hebraeorum more a) literam [illegible] praecedente vocali A efferendam primae Futuri personae adiungere, qua studium animique voluntas ad agendum propensior significatur. Sic legitur Exod. 20, 22. [illegible] *loquar;* Num. 9, 8. [illegible] *audiam* (= אֶשְׁמְעָה). Ubi autem Sing. masc. Imperat. hac litera augetur, tum mandatum desiderio, ut fiat aliquid, mitigatur, ut Num. 10, 35. [illegible] *surgas;* v. 36. [illegible] *redeas;* adeoque invenitur, ubi in textu Hebraeo simplex forma legitur, ut Num. 23, 18., ubi itidem קוּם redditur per [illegible]. (De [illegible] locali nominibus addito, licet quoad sensum huic quodammodo cognato, cum praepositionibus potius annumerandum sit, egimus §. 51. 3.) Ceteroquin C) ם paragogica litera accedit semel Participio Gen. 49, 11. [illegible] = אֹסְרִי *ligans;* similiterque Infinitivo §. 26. 2. Annot. 27. 2. Annot. et ץ in 2. Plur. Fut. verbi [illegible] §. 33. A. c.

2. Haud raro denique fieri solet, ut liquidae literae utpote debiliores in fine vocis *abscindantur (Apocope)*. Accidit hoc quam maxime literis, quae leniori pronuntiationi impedimento forent, quando verba ita invicem iunguntur, ut, nisi sensum orationis turbare velis, aegre a se separari possint. Pertinet huc a) Pluralis masculinorum constructus, cui ܝ et ܢ status absoluti molestae forent literae et in genitivo adiungendo et ubi Suffixa accedunt. Hinc e terminatione nominis absoluti ܝܡ et ܢܡ, abiecta utraque liquida, fit ܡ, vel Hebraeorum et Chaldaeorum more vocali E efferendum, vel cum Syris in diphthongo Ai enuntiandum, ut ܝܡܝܬܡ, stat. constr. ܡܝܬܡ dies §. 43. II. B. Praeterea in iis Futuri formis, quae in ܢܬ desinunt, et in quibus interdum ܢ abscinditur, ut ܬܒܕܘܡ pro ܢܬܒܕܘܡ *cessabunt;* ܬܥܒܕܐ pro ܢܬܥܒܕܐ *facient;* §. 19. 1. Annot. §. 26. 3. Annot. §. 27. 2. Annot. §. 28. 2. Annot. §. 29. 1. Annot. et 3., similem legem observatam vidimus, cum in omnibus locis haec apocopata forma legatur, quando proxime sequens verbum, aut a liquida aut a gutturali et ܡ incipit; ita ut mirum non sit, debilem liquidam ܢ intermediam excidisse. Nec alia subesse videtur causa b) in abscindendis literis ܐ et ܐ pronominum ܐܢܬ *tu* et ܐܢܬܝ atque ܐܢܝ §. 13. 1., cum in iis, quae consuluimus exemplis, hoc tum potissimum fieri soleat, ubi litera, quae proxime sequitur, gutturalis est; aut ubi ܐ in fine versus ut Gen. 3, 9. legitur. Merum tamen imitandi studium cognoscitur in iis Imperativi Plur. fem. formis, in quibus abiecto ܐ Samaritanus Hebraeum textum secutus est, Gen. 4, 23. Exod. 2, 20. §. 19. 1. Annot. C. Denique huc pertinet c) abscissa litera ܐ in statu absoluto nominum femininorum, quae in ܬ et ܡ terminantur, ut ܡܠܟܘܬ e ܐܡܠܟܘܬ *regnum* (§. 46. II. 4.).

Annot. Singulare apocopatae formae exemplum deprehendit Castellus Exod. 4, 15. in verbo ܡܠܦܢܐ *et docebo,* pro quo scribendum esse censet ܡܐܡܠܦܢܐ (potius ܐܡܠܦܢܐ). Ut autem taceamus obstare formam Praeteriti notioni futuri temporis, nulla emendatione hanc formam egere arbitramur, cum, ut docebimus §. 19. 1. Annot. B. b. §. 28. 3. Annot. ܐ praeform. 1. Sing. Fut. nonnunquam cum ܐ permutetur.

§. 11.

De syllabis, tono atque metris.

I. De syllabis eaedem, quae apud Hebraeos et Syros, valent regulae, ut scilicet sint *simplices* et *compositae*. Cum autem vo-

calium signis careat lingua, de ipsarum in syllabis usu hoc meminisse sufficiat, in illis nonnisi longas, in his tam breves quam longas esse efferendas. Ceteroquin syllabae a consonantibus inchoantur (nam licet ܐ debilior sit litera, quam quae percipiatur auribus, nihilominus consonantium ordini erit annumeranda); nec pluribus quam duabus, ut ܩܛܠ = קְטַל *interfecit;* ܡܠܟ = מְלַךְ *rex;* quarum prior haud raro ܐ prosthetico (§. 8. 1.) ab altera dirimitur; similiterque finitur syllaba, quanquam perraro, duabus ut plurimum consonantibus, ut ܩܛܠܬ = קְטַלְתְּ *interfecisti.* In syllabarum denique divisione hoc notandum est, literam post longam vocalem aut diphthongum pertinere ad syllabam sequentem, ut ܝܘܡܝܢ = יוֹמִין *dies;* in media autem voce e duabus, quae vocalibus destitutae sunt, alteram praecedenti syllabae claudendae inservire, alteram incipere sequentem, ut ܐܪܡܠܐ = אַרְמְלָא *vidua.*

2. Cum porro Samaritani aeque ac Syri accentuum signa ignorent, nec apud utrosque quicquam de hac re memoriae proditum sit, sufficiet hic meminisse eorum, quae hodiernis grammaticis probantur, et quae, cum Syriacae non minus quam Chaldaicae linguae conveniant, nec a Samaritanae indole abhorrere videntur. Hinc *penultima syllaba* accentu erit distinguenda in vocibus, quae in vocalem exeunt, ut ܒܬܘܠܐ = בְּתוּלָא (b'thûla) *virgo;* ܩܛܠܘ = קְטַלוּ (k'tâlu) *interfecerunt;* ܩܛܠܝ = קְטֻלִי (k'tûli) *interfice; ultima* autem in iis, quae consonante terminantur, ut ܩܛܠܬܘܢ = קְטַלְתּוּן (k'talthûn) *interfecistis;* a quibus non sunt seiungenda Nomina, quae abiecta ܐ (§. 10, 2. c) in ܝ et ܡ desinunt, ut ܡܠܟܘ = מַלְכוּ (malkû) *regnum.*

3. Denique recentissimis temporibus *GESENIUS* in libro suo: *Carmina Samaritana* etc. Lipsiae 1824. §. 3. p. 8 sq. nos edocuit, Samaritanos non tam metra habere, quam Hebraeorum more rhythmicas sequi leges, a numerandis ponderandisque syllabis abstinentes, ita ut de certis metris ut apud Syros hic sermo esse non possit. Carmina autem, quae Clarissimus Vir inspexit et seorsim hoc libro e Londinensibus et Gothanis Codicibus edidit, ad literarum ordinem ea lege digesta sunt, ut unumquodque comma binis constet distichis ab ea, quam literarum ordo postulat, auspicantibus. Ipsa tamen disticha iterum versuum Arabicorum ad instar caesura quadam in duas aequales partes dissecta sunt, ut tetrasticha vocari possint commata; licet nec desint, quorum sin-

gula commata e ternis composita sint distichis. Laudat praeterea carmina alphabetica eaque simul ὁμοιοτέλευτα iis similia, quae Arabibus *lamica* (لاميات), *mimica* (ميميات) etc. vocantur, quorum ea lex est, ut singuli totius carminis versus in eandem exeant literam, et quorum artificiosior forma in eo cernatur, ut terminatio ὁμοιοτέλευτος duabus constet literis. Observat denique, auctores horum carminum in versibus secundum alphabeti ordinem struendis hac usos fuisse licentia, ut cum litera, quam ordo postularet, interdum aliam permutaverint cognatam, quod perpetuo fere animadvertatur in gutturalium promiscuo usu, rarius in aliis literis.

Pars secunda

De Orationis Partibus.

Caput primum

De Pronominibus.

§. 12.

De Pronominum radicibus in universum spectatis.

***P**ronominibus* ut verbo atque nomini literas quasdam subesse radicales, ex quibus eorum natura atque significatio definiri et cognosci possit, iam nemo diffitebitur, qui accuratius plurium linguarum leges perquisiverit et in aliis quoque praeter Semiticas comprobata viderit, quae nec a Samaritana abesse possint. Hinc non dubitavimus paucis attingere, de quibus et aliis persuasum est, vim demonstrativam quaerendam esse in literis ⲝ et ⲛ; quod non adeo mirabitur, qui ⲛⲟⲝ, *οὗτος*, *hic* et ⲡⲙⲁⲛ *illi* aliaque inter se comparaverit; nec minus ⲧ communem tam pronominis demonstrativi quam cognati relativi esse radicem, elucet ex Hebraeorum זֶה et אֲשֶׁר, cuius utriusque sibilantes in hanc literam coaluisse apparet (De litera ז in ⲧ mutata vid. §. 1. Annot. 2.). Literam denique ϣ pronomini interrogativo radicem suppetere, non est, quod uberius explicemus; hoc tamen observasse haud pigebit, quemadmodum Graecorum *τίς* et *τὶς* accentu tantum diversa arcte inter se cohaerent (cf. Germ.: *Wer?* et *man*), ita literam ϣ interrogativa notione cum indefinita permutata eodem modo inservire posse Participiis formandis (§. 18. 1. Annot.), ac ⲝ demonstrativam vim suam retinens in nomine emphatico repetatur. §. 43. III.

Tabula Pronominum personalium et Suffixorum Verbi atque Nominis.

Pronomen personale separatum.		Suffixum Verbi.		Suffixum Nominis.	
Sing.		A.	B.	Singul.	Plural. masc.
1.m.	(אנכי) אנכי אנכי · אנכיה	ם	נכם	ם	ם (־)
2.m. 2.f.	אתה (אתה) אתה	ך	נך	ך ך	ך ם
3.m. 3.f.	אתה (הוא) אתה (הוא)	ה (הוא)	נה	ה (־) (ו) ה (־)	הם (־) הם
Plur.					
1.c.	אנכנו · אנחנו	נו	נכנו	נו · נכנו	מנכנו
2.m.	אתכן	(כן)		כן (כן)	מכן
2.f.	אתכן	(כן)		כן · כן	מכן
3.m. 3.f.	אתכן אתכן	ן (כן)	נכן	כן · הן כן · הן	מכן מכן

§. 13.

Pronomina personalia et Suffixa.

1. In *Pronominibus personalibus* genere ut plurimum, numero omnino iam distinctis e syllaba אנכ *ecce* literis singularum personarum radicalibus praefixa subiecti accuratius definiendi studium elucet. Quam vero proprietatem si in solo pronomine 3. Sing. masc. et fem. neglectam videmus, quod simpliciter אתה m. et אתה f., aut interdum litera א in utroque abiecta Syrorum more (ܗܘ et ܗܝ) הוא Gen. 10, 9. Deut. 31, 16. et הוא Gen. 3, 20. 10, 11. (cf. §. 10. 2. b) scribitur, potuit illud sane, quippe in quo iam litera ה vim demonstrativam obtineret, ut §. 12. vidimus, hoc augmento facile carere. Nec obstat eiusdem prono-

minis Pluralis [illegible] m. et [illegible] f., quem per Crasin ex [illegible] et [illegible] ortum nemo non intelliget (§. 9. 2. C. b.), et cui litera [illegible] eiecta syllaba [illegible], quae in Singulari redundaret, iterum competeret. Dum autem in utroque numero femininum distinguitur litera [illegible] a masculino, cui [illegible] proprium est, in Plurali ad hanc generis distinctionem accedit litera [illegible] et in Plurali Nominum formando repetita. In pronomine secundae personae, cuius radicalis litera est [illegible], syllaba [illegible] ita sese adiungit, ut [illegible] literae [illegible] assimilatum in huius duplicatione audiatur (§. 9. 3.), nisi [illegible] m., quod generis nota [illegible] abiecta [illegible] cum lineola §. 3. 2. f. scribi solet; [illegible] f. *tu* et utriusque Pluralem [illegible] m. et [illegible] f. *vos* cum eadem generis numerique distinctione, quam paullo ante in tertia Pronominis persona commemoravimus, cum aliis perperam Syrorum legendi rationi accommodare, et omisso [illegible], quod illi lineola occultante (ܐܢܘܢ m. ܐܢܘܢ f.; Pl. ܐܢܘܢ m. ܐܢܘܢ) scribunt, duplicationem literae [illegible] in legendo negligere malueris. Quod denique ad primam Singularis personam attinet, literam radicalem [illegible], qualis in Hebraeorum אָנִי apparet, Samaritanis et ipsis interdum [illegible] *ego* scribentibus haud displicuisse, nec syllabam [illegible] ex Hebraeorum אָנֹכִי repetitam eos improbasse, satis multi docent loci, in quibus [illegible] usurpatum videmus. Cum autem ceteroquin amarent Syrorum O (ܐܘ) permutare cum A, non mirum est, quod, quo haec legendi ratio commendaretur, literas [illegible] et [illegible] huic vocali consentaneas eligerent et aeque frequenter [illegible] et [illegible] uterentur. Cum vero is, qui de se loqueretur, quis aut qualis esset, facile dignosci posset, generis discrimine opus non habebant, unde factum est, ut et in Plurali literae, quibus in reliquis genus discerneretur, omnino abesse possent. Alterum vero [illegible] formae [illegible] *nos* esse literam Pluralis primae personae radicalem, alterum huius numeri notam, ita ut [illegible] syllabae [illegible] excidisse videri possit, partim colligitur e forma [illegible] (= Syr. ܢܚܢ), quod ex Hebraeo אֲנַחְנוּ translatum in textu Samaritano frequenter adhibitum esse constat.

Annot. Pro [illegible] *ego*, quod Exod. 29, 46. tantummodo legitur, emendandum esse [illegible] itidem eodem versu paullo ante cum [illegible] iunctum, et mutilatam hanc pronominis formam librariorum incuriae esse tribuendam, qui aberrarent in alterum [illegible], a quo sequens [illegible] inciperet, contendere nullus dubito. Cum autem in Pentateucho Hebraeo forma אָנֹכִי longe sit frequentissima, in qua reddenda Samaritanus promiscue et reliquis, quas lingua ipsius habet, utatur formis,

tamen, ubi Dei verba afferuntur, in longe plerisque locis retinet [illegible], nec minus sibi constat in pronomine אֲנִי de Deo usurpato vertendo, ubivis fere usus [illegible], ut Lev. 19.; quando vero Moses aut alius quis de se loquitur, tum ab eo in omnibus fere locis forma concisior [illegible] adhibetur, ut Gen. 3, 10. Deut. 10, 10. et alibi saepius. Comprobantur autem, quae iam de huius pronominis usu diximus, Exod. 4, 10. 11. Quemadmodum autem iam supra pro [illegible] restituendum esse putavimus [illegible], ita quoque [illegible], quod Gen. 42, 23. pro [illegible] legitur, quisque corrigendum esse existimabit, quia certe Samaritanus hanc formam, si ea uti voluisset, ne cum 1 Plur. commutari posset, cum lineola designare haud neglexisset. Pro Samaritanorum gutturales inter se permutandi consuetudine occurrit quoque [illegible] m. Gen. 40, 12. 47, 14. et [illegible] f. Num. 31, 16. De [illegible] demonstrativo pronomini 3. Sing. et Plur. praefixo, Hebraeorum articulum exprimente vid. §. 43. Append.

2. In *Suffixis* tabulae Pronominis separati adscriptis, quorum ea, quae Verbo iunguntur *Obiectum*, quae Nomini *Pronomen possessivum* exprimunt, manifesto deprehenduntur Pronominum radices cum generis numerique distinctionibus supra laudatis. Quodsi vero in secunda persona utriusque generis et numeri radicalis [illegible] cum [illegible] permutatur, non aliud in lingua Samaritana huius mutationis argumentum investigari potest, quam in reliquis dialectis cognatis, hoc nimirum, ut praeter formam [illegible] admittatur forma pronomini primae personae [illegible] analoga, forte [illegible] ex [illegible] vel [illegible], e qua lenior litera [illegible] eligeretur, cum [illegible] durior esset litera, quam quae ubique ferri posset. Eandem quoque literam in recentioribus inprimis libris secundae Praeteriti personae formandae inserviisse, docebitur §. 18. 2. Annot. De duplici autem Suffixorum Verbi ordine literis A et B. in tabula distincto in universum hoc valet, priorem adiungi Praeteriti formis in consonantem desinentibus, quanquam, ut infra §. 34. videbimus, non desunt exempla, in quibus Suffixum [illegible] alterius ordinis his ipsis Praeteriti formis detur, ita ut de huius saltem utriusque Suffixi usu in Praeterito certa regula constitui non possit. Futuro autem propriae sunt alterius ordinis formae a [illegible] incipientes, licet et hic dubitari possit, utrum in iis formis, quae in [illegible] et [illegible] (2 et 3 Plur. masc. et fem.) exeunt, accedant altero [illegible] abiecto, an potius servata terminatione sua Suffixa prioris ordinis suscipiant et Chaldaeorum more duplici [illegible] sint enuntiandae, quod praeferendum esse arbitramur. Promiscuum quoque utriusque ordinis usum deprehendimus in Imperativorum formis; neque tamen omnino in promtu sunt verbi formae cum Suffixo 2. Plur. [illegible] et [illegible] iun-

ctae, quae ideo in tabula uncinis inclusimus: in quibus, cum semper scriptum legatur separatim a verbo [illegible] et [illegible], idem fere observatum videmus, quod a Syris, in quorum libris Suffixum 3. Plur. continuo Pronomen ܗܘܢ m. et ܗܝܢ f. disiunctum a verbo sequitur. Quae hic observata sunt de Suffixorum Verbo regulari atque irregulari adiungendorum ratione, valent quoque de Verbis [illegible], de quibus §. 35. diligentius expositum est. Quae sequuntur Suffixa nominis (§. 45.), adhaerent formae emphaticae Nominis Sing. masc., quam sibi vindicant propterea, quod Suffixum idem sibi vult ac [illegible] emphaticum Nomini accuratius definiendo adaptatum. Sic [illegible] = מְלֵךְ Stat. emph. [illegible] = מַלְכָּא cum Suffixis [illegible] = מַלְכִּי *rex meus* etc. enuntiandum erit; in Plurali autem masc. ita coalescunt cum Nominis statu constructo, ut alterum [illegible] Hebraeorum more excidat, v. c. [illegible] = מַלְכֵי *reges mei;* [illegible] = מַלְכֵיכוֹן *reges vestri.* In femininis Sing. pariter accedunt Suffixa formae status emphatici, ut [illegible] = מְדִינָתֵהּ *urbs eius*, a statu emph. [illegible] = מְדִינָתָא; Suffixa autem 2 et 3. Plur. masc. et fem. postulant formam status constructi, ut [illegible] = מְדִינַתְהוֹן *urbs eorum* a statu constr. [illegible] = מְדִינַת; cui et in Plurali affiguntur Suffixa Nominum Sing., ut [illegible] = אַרְמַלְתֵּהּ *viduae eius;* [illegible] = אַרְמַלְתְּהוֹן *viduae eorum;* ab [illegible] = אַרְמָלָת (Stat. constr.) *viduae.* De Suffixis Nominum Praepositionibus adiungendis vid. §. 51.

Annot. Praeterea Morinus iam testatur, Samaritanos quoque licet rarissime Syrorum et Chaldaeorum more Pronomina possessiva exprimere per [illegible] = ܕܝ (quod e [illegible] relativo = אֲשֶׁר Chald. דִּי et [illegible] nota Dativi compositum esse constat); ita ut Suffixis Nominis additis existant [illegible] *meus;* [illegible] *tuus;* [illegible] *eius;* etc. quae comprobata vidimus in Gesenii Carminibus Samarit. iam supra laudatis Carm. I. 20. II. 1. III. 5. 12. VI. 20.

§. 14.

Pronomen demonstrativum.

Pronomen demonstrativum [illegible] (=הֵן) *hic* et [illegible] (=הָא) *haec* (cf. §. 10. 1. Annot.), ut iam Cellarius p. 75. recte monuit, incerto adhuc et fluctuante generis discrimine promiscue a Samaritanis adhibetur. Quamvis enim [illegible] in longe plerisque locis pro masculino occurrat, ut Gen. 3, 3. [illegible] *haec arbor;* tamen non desunt exempla, ubi Nominibus femininis adiungitur, ut Gen. 5, 1. [illegible]

𐤌𐤑𐤋𐤀 *haec est recitatio;* Exod. 29, 1. 𐤌𐤋𐤋𐤔𐤉·𐤆𐤕 *haec est res;* et sic contra, cum 𐤆𐤕 respondeat Hebraeorum זאת = Chald. דָּא, ut Gen. 12, 12., tamen pro masculino quoque adhibitum legitur Gen. 5, 29. 𐤌𐤔𐤑𐤁𐤓𐤋𐤊 · 𐤆𐤕 *hic consolabitur nos.* Maxime vero in generis discrimine servando sibi constant Samaritani in transferendis Adverbiis cum Hebraeorum זֶה et זאת compositis, ut Gen. 38, 21. et alibi saepius 𐤁𐤆𐤕𐤋 = בְּזֶה *hic, ibi;* 42, 15. 𐤌𐤆𐤕𐤋 = מִזֶּה *inde;* et cum 𐤆 demonstrativo, quo Hebraeorum articulus exprimitur (§. 43. App.), ubi in textu Hebraeo desideratur, ut Gen. 34, 15. 𐤆𐤕𐤆𐤁 = בְּזֹאת *in eo*, v. 22. 42, 15. 33. Exod. 7, 17. aut neglecta hac proprietate, ubi Hebraei articulo utuntur, ut Exod. 7, 23. 𐤆𐤕𐤋 = לַזֹּאת *ad hoc;* et inserto 𐤀 ut Gen. 21, 10. 𐤆𐤀𐤕 = הַזֹּאת, v. 13. 24, 5. et alibi. Plurali numero a Singularis radice sese abalienanti subesse videtur 𐤋𐤀, cuius prima vestigia forte in pleno Hebraeorum articulo הַל quaerenda sunt; unde 𐤋𐤌𐤋𐤀 (= Chald. אִלֵּין) *hi, illi*, et cum 𐤆 demonstrativo 𐤋𐤌𐤋𐤀𐤆 = הָאֵלֶּה sine generis discrimine adhibentur, cum Gen. 48, 16. 𐤋𐤌𐤋𐤀𐤆 · 𐤆𐤌𐤀𐤁𐤉 *hi pueri* et Deut. 3, 5. et alibi 𐤆𐤀𐤆𐤌𐤁𐤓 · 𐤋𐤌𐤋𐤀 *hae urbes* legatur. Ceteroquin in Carm. Samarit. a GESENIO editis occurrit Pronomen 𐤋𐤆𐤀 *ille* cum Chald. הֵן, אֶהֵן et הַהֵן comparandum. Cf. Carm. VI. 16. 22. et Gesen. ad h. l. p. 92.

Annot. Interdum servatur Hebraeorum זֶה, ut Exod. 30, 13. 𐤆𐤁; cum 𐤆 demonstr. Gen. 30, 36. 𐤆𐤁𐤆, et pro fem. הַזֹּאת ponitur Deut. 6, 25., quod ipsum ex Hebraeo textu translatum 𐤀𐤀𐤁 occurrit Lev. 14, 57. Cognatae his formae, quibus Hebraeorum הַלָּזֶה exprimitur, reperiuntur Gen. 24, 65. 𐤆𐤌𐤆𐤁 et 37, 19. 𐤆𐤌𐤅𐤁 *iste*, et singularis pronominis demonstrativi Graecorum *ἐκεῖνος* exprimendi ratio deprehenditur Deut. 31, 17. 18. 22. verbis 𐤆𐤔𐤑𐤌 · 𐤆𐤀𐤌𐤁 *hoc ipso die* et alibi (cf. Synt. §. 62. 6.). Unde autem illud 𐤆𐤀𐤌 derivandum sit, et utrumne propius accedat ad 𐤀𐤌𐤀 (§. 36.) = הוּא Syrorum ܗܘܝܐ, an, quod aliis forte probetur, cognatum sit Graecorum *αὐτός*, vix facile est expeditu.

§. 15.

Pronomen relativum.

Pronomen relativum exprimitur sine ullo generis numerique discrimine nota relationis 𐤓, quae verbo periodum relativam incipienti praefigitur, et eo facilius, sive Subiectum significet, sive Obiectum, utriusque distinctione carere potest, cum utrumque e praecedentibus iam satis innotuerit, ut Exod. 20, 10. · 𐤔𐤁𐤑𐤌𐤉 𐤔𐤌𐤁𐤑𐤉𐤁𐤓 *advena tuus, qui in civitatibus tuis;* Gen. 1, 9.

𐤀𐤌𐤉𐤌 · 𐤌𐤀𐤌𐤓𐤕 · 𐤀𐤌𐤉 *aquae, quae sub coelo* (sunt); Gen. 2, 2. 𐤕𐤏𐤕 · 𐤀𐤔𐤓𐤏𐤔 *opus, quod fecerat.* De casibus Pronominis relativi exprimendis vid. Synt. §. 59. 3. Quamvis vero, ut iam Morinus recte observavit, 𐤕 nullibi separatim scribatur, nisi in paucissimis illis recentiorum librorum locis, ubi, ut supra vidimus §. 13. 2. Annot. Pronomini possessivo inservit formando (=Chald. דִּי); tamen alia praeterquam exstat forma separatim scripta et 𐤀 procul dubio prosthetico aucta, nimirum 𐤕𐤀, quae legitur Exod. 20, 22. 𐤓𐤌𐤉 · 𐤕𐤀𐤓 *et qui locutus fuerit;* et qua aliquoties usus est Samaritanus Pentateuchi interpres, ubi, ad Graecorum attractionem exprimendam Hebraei Pronomini suo אֲשֶׁר praepositiones praefigere solent, ut Gen. 39, 9. 𐤕𐤀𐤁=בַּאֲשֶׁר *in eo, quod;* 47, 24. 𐤕𐤀𐤋=לַאֲשֶׁר.

Annot. Perraro Samaritanus retinuit Hebraeorum אֲשֶׁר, ut Exod. 3, 14. ubi verba אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה nominis proprii instar reddidit 𐤀𐤌𐤀𐤀 · 𐤁𐤉𐤀 · 𐤀𐤌𐤀𐤀. Religioni interpretis quoque erit tribuendum, si, ne quid in effato divino, quod Deut. 4, 8. legitur, mutaret, licet ibidem nota relationis 𐤕 uteretur, verteret · 𐤀𐤔𐤓𐤀𐤁𐤀 𐤁𐤀𐤌 · 𐤌𐤔𐤋𐤀 · 𐤁𐤉𐤀 · 𐤀𐤕𐤀 i. e. *haecce lex, quam ego* (hodie) *do;* et simile quid videtur ei obversatum fuisse Deut. 34, 10. 11. 12., ubi ter legitur, ac si metuisset, ne auctoritati totius voluminis aliquid videretur detrahere, nisi ultima eius verba, quoad fieri posset, textui Hebraico adaptaret; inprimis cum his verbis declaretur, Mosen esse eum prophetam, quo maior nec exstiterit, nec unquam futurus sit.

§. 16.
Pronomen interrogativum.

Pronominis interrogativi 𐤉𐤌𐤊 (=מִי) *quis?* (§. 10. 1. Annot.) de personis et 𐤀𐤉𐤌 (=מָא) *quid?* de rebus hic est usus, ut utrumque sine ullo generis numerique discrimine adhibeatur, cum in universum quaerenti, nec de subiecto, nec de re qualis aut quot sint, ita persuasum sit, ut utrumque quaestione demum sua sciscitaturus ad hoc alterumve respicere non possit. Hinc utrumque pro quaestionis tantum nota haberi poterit (cf. 𐤕 §. 15.), cui, ubi de certo subiecto aut re quaeritur, Nomen et Pronomen peculiare accedit, quo genus et numerus utriusque accuratius definitur, ut Gen. 33, 5. 𐤉𐤌𐤊𐤀 · 𐤉𐤌𐤊 *quinam sunt illi? Wer sind jene?* (cf. Rabbin. מִיהוּ, מִיהָא, מִיהִי). Nec pronominis naturam ei inhaerere, ubi 𐤉𐤌𐤊 sequitur nomen, facile credat, qui diligentius in rem inquisiverit; nam si Gen. 24, 47. leguntur verba · 𐤀𐤁𐤁 𐤌𐤀𐤀 · 𐤉𐤌𐤊 *filia cuius tu es?* Status constr. nominis 𐤀𐤁𐤁 significat potius latere adhuc de quo quaeratur, ita ut 𐤉𐤌𐤊 mutato

loco suo tantum, quis hic desideretur, indicet. Quamvis porro utrumque interrogandi vim retineat cum praefixis ܠ et ܒ iunctum, ut Gen. 32, 17. ܠܡܢܐ *cuius?* et alibi in ܒܡܢܐ *in quo?* ܠܡܢܐ *quare?* tamen vel exinde, quod aut in aliis huius proprietatis iacturam faciat, ut in ܕܡܢܐ *secundum quod, sicut;* aut redundare videatur, ut Gen. 18, 28. 29. in ܕܠܡܢܐ *quodsi*, sequitur, utroque nonnisi quaestionem promoveri.

Annot. Hebraeorum מה legitur Num. 11, 18. Quo vero iure Cellario p. 76. monente pronomini ܡܢ Gen. 32, 29. interrogandi vis concedi possit, difficilius est expeditu, inprimis cum desint exempla, e quibus hic eius usus comprobetur. Nam Hebraica huius loci verba וַיֹּאמֶר לָמָּה זֶּה תִּשְׁאַל לִשְׁמִי, quae Chaldaeus verbotenus reddidit, nominatim verba לָמָּה זֶּה (per לְמָא דְנָן) Samaritanus vertit ܡܢ · ܠܡܢ, ita ut aut statuendum sit, pro ܠܡ legendum esse ܠܡܢ, quo totus locus sanaretur; aut si forte sequeretur codicem, in quo lectio deprehenderetur, qua usus est Syrus, qui habet ܠܡܢ ܗܢܐ ܕܫܡܝ, ܠܡܢ excidisse credendum sit.

Quomodo Pronomina reciproca et reliqua aliis in linguis obvia a Samaritanis exprimantur, docetur in Syntaxi §. 61. C. et §. 62.

Caput secundum.

De Verbo.

§. 17.

De radice eiusque flectendi ratione in universum spectata.

1. Radix *verbi primitivi* nudam exprimens vel *actionem* vel *conditionem* tribus constat literis Syrorum atque Chaldaeorum more vocali mediae radicali supposita in una syllaba efferendis. *Transitivis* vocalis A propria est, *intransitiva* autem cum E et O variant, ita tamen, ut prior vocalis in longe plerisque, altera in paucissimis tantum adhuc, ut arbitror, reperiatur. Exempla haec sunt: ܩܛܠ (=קְטַל) *interfecit;* ܟܬܒ (=כְּתַב) *scripsit;* ܩܪܒ (=קְרַב) *appropinquavit;* ܫܡܫ (=יְשַׁן, Chald. דְּמַךְ) *dormivit;* ܟܝܠ (=hebr. יָכֹל) *potuit.*

2. Quemadmodum autem radix Verbi interdum originem suam debet nomini *(Verbum denominativum)*, unde actio ducta est, ut

ܠܒܢ *lateres confecit* a ܐܠܒܢ *later*; ܥܫܪ *decimavit* ab ܥܫܪ *decem*; ܡܛܪܐ (=הִמְטִיר) *pluviam demisit* a ܡܛܪܐ *pluvia*; ita *primitivum* (Peal) duplici ratione notionem novam simplici cognatam acquirere potest, quatenus a) duplicata media radicali (Pael) simplex actio in iteratam et alacriore studio susceptam transit, aut subiecto constantius inhaeret, ita ut hoc externum signum consuetudinis et facultatis indicium fiat et *intensiva* eius *notio* ubivis elucescat. Cum autem lingua Samaritana hoc duplicationis signo (Dagesch forti §. 3. 1.) careat, fuerunt, inter quos Morinus, qui hanc flectendi rationem Samaritanis omnino abrogarent, nec ulla eius vestigia in eorum scriptis deprehendi existimarent. Rectius autem Edm. Castellus et, qui eum secutus est, Cellarius contendunt, hanc Verbi formam Samaritanis et innotuisse et probatam fuisse, quod evincunt ex iis Infinitivorum et Participiorum formis, quae ad Peal referri non possunt. Praeteriit autem eos insuper Verbi potissimum regularis forma, huic Syrorum et Chaldaeorum coniugationi apprime conveniens, quae cognoscitur litera ܐ mediam inter et tertiam radicalem inserta. Luculentissima praeterea suppeditant exempla Verba ܥܐ et ܥܥ aut mediae ܐ, quae omnem submovent dubitationem, quin haec formandi ratio Samaritanis quoque usitata fuerit. Ceteroquin eam admittere nos iubet plurium Verborum significatio. Sic ܫܕܪ *misit* in Pa. est *dimisit* (Exod. 5, 2. ܠܫܕܪܬܗ=לְשַׁלְּחָה); idemque valet de aliis ut Exod. 28, 1. ܟܗܢ (=כִּהֵן) *sacerdotio functus est*; 29, 1. ܩܕܫ (=קִדֵּשׁ) *consecravit*; v. 30. ܫܡܫ *ministravit*; v. 33. ܡܠܐ (=מִלֵּא) *complevit*; et ibidem ܟܦܪ (=כִּפֶּר) *condonavit*; 34, 30. ܩܪܒ (=Ch. קְרַב) *accessit*; Gen. 41, 32. ܡܙܪܙ *festinavit* (cf. Syr. ܙܠ *procuravit*); 49, 7. ܫܒܚ (=שַׁבַּח) *laudavit* et alia plura. Deinde b) radicis notio ita amplificari potest, ut actio ultra limites suos excedens assumto obiecto ad causam potius efficientem referatur h. e. eum designet, qui aliquid per alterum exigit; aut ut, quae in radice in solum subiectum cadunt inque eo permanent, in alterum transferantur, ita ut subiectum opus habeat obiecto, in quo actio peragatur. Priore modo notio radicis *transitiva* abit in *causativam*, hoc *intransitiva* in *transitivam*. Efficitur autem hoc litera ܐ radici praefixa (Aphel = Hiphil), ut ܐܩܛܠ (=אַקְטֵל) *interficiendum curavit*; ܐܟܬܒ *scribi iussit*; ܐܠܒܫ *induit aliquem* (aliqua re); a ܠܒܫ *induit sibi* (ἐνδύειν, ἐνδύεσθαι); ܐܬܪܥ *corroboravit* a ܬܪܥ *crevit, auctus est*.

3. Accedunt his tribus *activis* totidem *reflexivae* aut *passivae* formae syllaba ܐܬܐ (cf. αὐτὸς) ab initio auctae, activis illis apprime respondentes, quae Graecorum Mediis comparandae, quatenus Subiectum aliquid patitur, paullatim notionem *passivam* sibi vindicarunt, licet in haud paucis *reflexiva* nonnisi *notio* servata fuerit. Pertinent huc: ܐܬܢܟܪ (=הִתְנַכֵּר) *alienum se simulavit;* ܐܬܢܙܪ (=נָזַר) *se abdicavit, Nasiraeum se fecit;* ܐܬܛܪ *se custodivit, sibi cavit*, etc. — Discernendae autem sunt inter se secundum activas Peal, Pael et Aphel totidem reflexivae formae et quidem a) *Ethpeel*, ut ܐܬܦܪܩ (=אִתְפְּרֵק) *divisus, separatus est;* ܐܬܟܢܫ (אִתְכְּנֵשׁ) *congregatus est;* b) *Ethpaal*, reflexiva s. passiva eorum forma, quorum Pael occurrit, ut ܐܬܒܪܟ (אִתְבָּרֵךְ) *benedictus est;* ܐܬܡܫܝܪ *relictus est;* et c) *Ettaphal* formae activae Aphel (cuius ܐ abiicitur servata tamen vocali A, quam ܐ syllabae reflexivae recipit) cognata, in qua, ubi radix a litera sibilante incipit, transpositio (§. 7.) negligitur, ut ܐܬܬܫܐ (pro ܐܬܬܫܐܐ) *exclusus* est; ܐܬܫܟܚ *invenit* ab ܫܟܚ=אַשְׁכַּח (cf. Verba ܐܓ §. 27. et ܡܓ §. 28. A.). Hinc tabula trium Coniugationum haec est:

I. Peal:	ܩܛܠ=קְטַל	Ethpeel:	ܐܬܩܛܠ=אִתְקְטֵל.
II. Pael:	ܩܛܠ=קַטֵּל	Ethpaal:	ܐܬܩܛܠ=אִתְקַטַּל.
III. Aphel:	ܐܩܛܠ=אַקְטֵל	Ettaphal:	ܐܬܩܛܠ=אִתַּקְטַל.

4. Nec desunt radices Quadriliterae vocales Coniugationis *Pael* sibi vindicantes, ut ܒܪܝܐ s. ܡܒܪܝܐ *creavit;* ܒܠܥ *pavit, gubernavit* (=בָּלַע); ܓܘܥܠ *fastidivit* (γελᾷν); ܟܬܪ *accusavit* (κατηγορεῖν); quibuscum tamen non sunt confundendae eae verborum formae, quae e simplici radice vel praefixa vel inserta vel addita in fine litera prodierunt. Possunt hae cum rarioribus Syrorum Coniugationibus comparari, quae simplici Aphel et Pael sese adiungunt. Sic A) praefixis literis occurrunt a) *Saphel*, ut ܫܒܪܒ *frixit* (=רִבַּךְ); et passiva forma ܐܬܩܛܠܝܐ *adustus est* (cf. שַׁלְהֶבֶת); b) *Taphel*, ut ܐܬܟܕܒ *mentitus est* a ܟܕܒ *illusit;* ܐܬܕܚܠ *formidavit* a ܕܚܠ; ܐܬܡܫ *rixatus est* i. q. ܡܫ. B) Aliae radices inserunt post primam radicalem ܙ et ܡ, unde oriuntur a) *Pavel*, ut ܐܬܙܒܢ *consolatus est* (=נִחֲם) cum passivo suo Gen. 24, 67. ܐܬܙܒܢܐ *se consolatus est;* b) *Paiel*, ut ܒܐܡܒ *apportavit* s. *ligavit* denominativum ab ܒܐܒ *funis.* Interdum quoque C) reperiuntur formae radici in fine addentes ܟ et ܐ. Priores respondent a) Syrorum *Palen*, ut Deut

24, 10. 17. [illegible] *pignoris loco accepit* i. q. [illegible]; Gen. 6, 3. [illegible] *profudit* i. q. [illegible] *proiecit;* cf. 21, 15. b) huius exemplum deprehenditur Gen. 19, 29. in verbo [illegible] *evertit* i. q. [illegible] *delevit;* cf. Gen. 6, 3.

I. De Verbo regulari.

§. 18.

De Temporum, Modorum et Personarum formatione.

Cum Verba in universum in Temporibus, Modis et Personis formandis inter se consentiant easdemque sequantur leges, quae vero a vulgari regula discedunt, in his saltem nihil mutare soleant, quippe quod proprietates illae potius ad radicales literas spectent, quae aut abiiciuntur, aut cum cognatis literis permutantur, contrahuntur aut quiescunt, unde nomen *Verborum imperfectorum* et *quiescentium* iis venit; non sane vituperabitur, qui in *radice regulari* exponat ea, quae cunctis propria sunt atque communia. *Verborum gutturalium* autem discrimina tam levia sunt, ut ea a regulari verbo separare et seorsim de iis tractare vix opus habeamus. *Temporum* igitur et *Modorum* formationem, a qua ordiamur, sequetur *Personarum* flexio, expositis simul vocalium mutationibus, quae eo diligentius sunt considerandae, quo difficilius erit certas constituere regulas et e cognatis dialectis repetendas et linguae Samaritanae accommodandas.

1. Utuntur Samaritani duobus tantum temporibus *praeterito* atque *futuro*, *Modis* aeque, ut in Syntaxi docebitur, annumerandis; quibus accedit *Imperativus* cum *Infinitivi* et *Participiorum* formis. Vocalis *Praeteriti*, de qua §. 17. 1. diximus, in Futuro et Imperativo Peal abit in U (ܝܩܛܘܠ = יִקְטֹל — ܩܛܘܠ = קְטֹל), in *intransitivis Verbis* autem et *mediae* aut *tertiae gutturalis* in A, in reliquis Coniugationibus retinetur vocalis singulis Praeteritis propria. Idem valet de *Participio*, quod in Coniugationibus activis duplex est, activa alterum, alterum passiva notione, quorum illud in Peal adsumit in altera syllaba E, in priore A (ܩܛܠ = קָטֵל); hoc mediam inter et tertiam radicalem inserit literam ܝ vocali I enuntiandam (ܩܛܝܠ = קָטִיל). In reliquis autem Coniugationibus, in quibus praefigitur litera ܐ, retinentur in activa forma Praeteriti vocales, quarum ultima in Participio passivo cum A

permutari solet (Pa. ܡܩܛܠ = מְקַטֵּל — ܡܩܛܠ = מְקַטֵּל). *Infinitivorum* diversa est formandi ratio; hoc tamen prae ceteris huc pertinet, in Peal esse simpliciorem radici magis congruam et praefixo ܡ ut plurimum cognoscendam (ܡܩܛܠ = מִקְטַל), nec raro tamen quoque absolutam Hebraeorum formam (ܩܛܘܠ = קָטוֹל) deprehendi, in reliquis autem activis Coniugationibus huic proprietati accedere terminationem ܐ et ܐܬ Chaldaeorum more cum vocali A efferendam (Pa. ܐܩܛܠ = קַטָּלָא, ܡܩܛܠܐ, Aph. ܐܬܩܛܠ haud dubie legendum מַקְטָלָאָה), et in Passivis, quae eandem probant terminationem, desiderari praeter Ettaphal ܡ praefixum. Literae autem aut syllabae ad *personas* significandas radici annexae et e Pronominibus separatis repetitae duplici ratione adhibentur. In *Praeterito* adiunguntur tertiae radicali, in Futuro autem radici praefiguntur *(Afformativae—Praeformativae)*; cuius diversae rationis causa expedita est, si *Futuri* flexionem diligentius consideraverimus, in quo his literis, cum extremae radicis parti adiungerentur literae et generis et numeri discrimen definientes, vix alius locus relinqueretur. Comprobatur hoc *Imperativi* formatione, qui, ut par est, literis personas designantibus destitutus easdem numeri generisque notas in fine servat.

Annot. Litera ܡ Participiis praefixa vulgo, nec immerito, e Pronomine interrogativo (§. 16.) orta esse creditur, cum lateat quasi adhuc in eo subiectum, ita ut pateat, quod supra §. 12. dictum est, idem fere discrimen intercedere inter Pronomen interrogativum et hanc literam, quod animadvertitur in Graecorum τίς et τὶς, ubi similiter interrogativa notio cum indefinita permutatur et diverso accentu impetratur.

2. Quod ad Personarum flexionem attinet, in universum hoc notandum est, tertiam et secundam utriusque numeri generis discrimine discerni, non item primam, quae hac duplici forma eo facilius carere posset, quo minus quis de loquentis genere dubitaret, ut iam supra §. 13. 1. dictum est. Cum autem in hac formatione sibi quasi opponantur Praeteritum atque Futurum et facilior expetat explicandi ratio, ut deinceps de utroque agamus, non est, cur ab hoc discedamus ordine, licet Imperativum subesse Futuro formando haudquaquam negaverim. De Praeterito igitur exorsi haec tenenda sunt: A) Cum 3. Sing. masc. simplici insit radici utpote subiectum nudae actioni apprime conveniens et femininum ܬ notam generis sibi vindicet, ubi potius ܐ ex pronomine ܗܘܐ repetitum exspectaveris, eo minus miraberis, quod lenior ܐ cum

duriore litera א sit permutata, qua eadem Syri et Chaldaei utuntur, cum scias, utramque literam vicissim quoque adhiberi in nomine feminino formando. Eidem personae Pluralis masc. inservit ן perinde ex]ן]א repetitum ac ת feminini nota ad]ת]א reducit. In formanda 2. Sing. et Plur. suppeditaverunt Pronomina eiusdem personae literas ipsis radicales; nam א in masc. et תא in femin. aeque recordari nos iubent pronominis אתא s. אא m. et תאא f., ac in Plurali]ן]א masculini et]ת]א feminini terminatio eiusdem Pronominis Pluralem in memoriam revocant, e quibus ceteroquin origo magis elucet, quam in 3. Sing. et Plur. Primae denique Singularis terminatio א non quidem deprehenditur in Pronomine ת]א; hinc causa huius permutationis potius in eo erit quaerenda, quod litera debilis] nimis mollis, nec reliquis Singularis formationibus satis consentanea videretur, quam in Plurali vel simpliciter vel in terminatione]] ex]]א s.]]ה]א retinere non dubitarent.

Annot. Forma 2. Praet. Sing. a GESENIO in Carm. Sam. p. 43. laudata, quae pro א recepit literam ה antiquissimis formis אהא s. אה]א = אאא propriam, et ibidem comprobatur exemplis הת]א *divulgasti;* הת]ר *revelasti;* הת]ה *operuisti;* הת]ב *creasti;* הת]ן *fuisti;* הת]ת]א *adduxisti;* inprimis verbis אל peculiaris fuisse videtur. Cuius quidem flectendi rationis in lingua Aethiopica in toto Praeterito receptae nec a vulgari Melitensium idiomate alienae licet Vir Celeberr. nulla vestigia se in Pentateucho Samaritano deprehendisse profiteatur, tamen non omnino ibi neglectam vidimus adeoque in Plurali adhibitam Gen. 42, 38., ubi Hebraicum תֵּלְכוּ per]ן]הת]א *ivistis* redditur.

B. Dum autem in Futuro hae personarum notae radici praefiguntur, elegit lingua e singulis Pronominibus personalibus eas consonantes, quae abiectis reliquis quam maxime origini suae cognoscendae aptae viderentur; ne vero generis numerique distinctio negligeretur, factum est, ut praeterquam tertiae radicali adderentur literae, quae et ipsae in Pronominibus utriusque notae deprehenderentur, ita ut Pronomina quasi divisa reciperent in se radicem, cui personarum notae praefigerentur, numeri generisque adnecterentur, quod inprimis animadvertitur in 2. Sing. fem. ת — — — א ex תאא, et in utroque Pluralis genere]ן — — — א m. et] — — — א f. ex]ן]אא m. et]ת]אא f. has literas mutuante. Quemadmodum autem in 3. Sing. masc. personae nota ת adhibetur ex אן]ן ob cognatam literarum ן et ת naturam ducenda, ita idem in Plurali observatum videmus, ubi]ן — — — ת non

potest non ex [illegible] repeti; dum autem in 3. Sing. fem. litera praeformativa, ut in Praeterito, in [illegible] indurescit, in 3. fem. Plur. retinetur [illegible] in [illegible] ex [illegible], quia terminatio [illegible] cum praecedente vocali A efferenda genus iam satis distingueret a masculino. Designandae 2. Sing. masc. sufficiebat [illegible] ex [illegible]; et qua ratione reliqua huius personae Pronomina distenta radicem includant, iam paullo ante vidimus. In prima denique Singularis ex [illegible] s. [illegible] litera initialis [illegible] est recepta, et, ne eadem Pluralis persona, cui lingua in fine signum numeri addere supersederet, cum Singulari confunderetur, de industria [illegible] e Pronomine [illegible] s. [illegible] adhibitum fuisse apparet.

C) In Imperativo denique formando, qui et in aliis linguis personae nota caret, in secunda tantummodo usitato utpote ea persona, quae mandato exigendo maxime sit idonea, retinuerunt quoque Samaritani e 2. Futuri generis numerique distinctiones ita, ut in 2. Sing. fem. [illegible] radici adderent, in Plurali masculino autem e terminatione Futuri ([illegible]) abiicerent [illegible] et in feminino Hebraeorum et Chaldaeorum morem secuti, quorum illi נָה hi נָא scribunt, terminationem [illegible] litera [illegible] augerent.

3. Restat, ut accuratius disquiratur, quamnam exserant vim haec additamenta aut praefixa personalia in vocalium mutationes. Leges, quae in singulis observantur, hae sunt:

A) In *Praeteritis* flectendis vocalis radici propria retinetur

a) ante afformativas literas, aut syllabas, quae a consonante incipiunt, quo pertinent in Singulari 2. masc. [illegible] (קְטַלְתָּ) et fem. [illegible] (ܩܛܠܬ), in Plurali 2. masc. [illegible] (קְטַלְתֶּם) et fem. [illegible] (ܩܛܠܬ, קְטַלְתֶּן) et in 1 comm. [illegible] aut [illegible] ([illegible] et [illegible]); b) ante terminationes 3. Plur. masc. et fem. [illegible] et [illegible], quae accentu carent ([illegible] — [illegible]). Liberior autem in his est vocalium usus quam apud Hebraeos, quippe Samaritani Syrorum et Chaldaeorum more vocalem retineant Praeteritis singulis propriam, ita ut in *Peal verbi transitivi*, in *Ethpaal* et *Ettaphal* in syllaba radicali enuntietur vocalis A, in *Peal intransitivorum* autem reliquisque Coniugationibus vocalis E adhibeatur. Ubi vero accentus transfertur in syllabas, a vocali incipientes radici annexas, ut in [illegible], quod in 3. Sing. fem. praecedente A pronuntiatur ([illegible]), in 1 Sing. autem praecedentem habet E ([illegible]), vocalis syllabae

radicalis in omnibus Praeteritis excidere solet. Ne autem cumulatis ita consonantibus, quae vocalibus destitutae forent, paullo durior existeret enuntiatio, pro arbitrio lectoris vocalis auxiliaris I vel ut apud Syros E admittitur; in Ethpeel autem magis placet cum Syris primae radicali vocalem A supponere (ܐܬܩܛܠ = ܐܬܩܛܐܠ).

B) Quod ad *Futurum* attinet, vocalis ei propria, quam et Castellus in Peal, nisi ubi gutturales aut ܐ vocalem A naturae suae convenientem postulant, U esse voluit, abiicitur ante ܬ 2. fem. Sing. (ܬܩܛܘܠ = (ן)תִּקְטְלִי) et in 3. atque 2. Plur. ante ܝܢ et ܢ (ܢܩܛܘܠ = יִקְטְלוּן — ܢܩܛܘܠ = תִּקְטְלָן), quae itidem accentum e syllaba radicali ad se arripiunt. Praefixis autem literis personalibus quaenam vocalis sit attribuenda, ubi prima radicalis vocali destituitur ut in *Peal*, et utrum Syrorum consuetudinem sequamur vocalem A amantium, an Chaldaeorum, qui cum Hebraeis I praeferunt, non satis liquet, nisi formatio magis Chaldaica nobis persuadeat hic eadem uti vocali, quod iam Castello haud displicuit. In Futuro *Ethpeel*, *Ethpaal* et *Ettaphal* autem, ubi praefixis cedit litera ܐ syllabae ܐܐ, pariter huius vocalis (E aut I) retinenda erit atque in Aphel abiecto praeformativo ܐ huius vocalis A (ܢܬܩܛܠ s. ܢܩܛܠ = יַקְטֵל). In Pael tantummodo carent vocali (ܢܩܛܠ = יְקַטֵּל). In 1. Sing. ob debilem literae ܐ naturam in omnibus Futuris vocalis E accommodari potest, excepta 1. Fut. Aphel, quae vocalem A tenet; in 1. Fut. Pael autem arbitrio lectoris relictum est, utrum cum Chaldaeis A, an cum Syris E efferre malit (ܢܩܛܐ = אֶקְטֵל s. ܐܩܛܠ).

C) *Imperativi* denique formatio ea est, ut, licet Futuro sit affinis, tamen vocalem U, quam Castellus commendat, ubivis in Peal retineat, et ita accedat legibus in Praeterito observatis, ubi ante terminationes ܝ et ܬ, quae accentum sibi vindicare non possint, vocalis radici propria servanda est (ܬܩܛܘܠ קְטֻלִי ܩܛܘܠ — ܢܩܛܘܠ = קְטֻלְנָא). In reliquarum Coniugationum *Imperativis* eadem lex invaluit, vocali syllabae radicalis ubique firmiter retenta (Pa. ܬܩܛܠ = קַטֵּלִי, ܩܛܠ — Aph. ܐܩܛܠ = אַקְטֵלוּ s. ܐܩܛܠ).

D) Nec paragogicas Futuri et Imperativi formas prorsus neglexerunt (cf. §. 10. 1.) Samaritani, quibus in 1. Futuri et in Imperativo masc. Sing. obviis et litera ܐ, quae vocali A pronuntiatur, auctis, vel propensior ad agendum animus, vel mandatum,

quod ad preces magis inclinat, significatur. Huius autem loci potissimum est disquirere, num addita hac litera vocalium mutatio necessaria sit. Cum tamen neque Syri neque Chaldaei has formas receperint, aequum erit, Hebraeorum, a quibus Samaritani eas mutuarent, sequi pronuntiandi rationem, qui in Futuro vocalem syllabae radicalis abiicere solent; quod similiter in 2. fem. Sing. Futuri apud Samaritanos animadvertitur; ita ut et hic ܐܫܡܥܐ Hebraeorum more אֶשְׁמְעָה, Imperativi autem forma, qui hoc non admittat, ܥܙܪܐ = עֻזְרָה sit enuntianda.

Annot. Quo melius haec dicta perspiciantur, tabulas apponere nobis visum est, quibus uno obtutu ante oculos ponerentur, quae huc usque de verbo regulari formando exposita sunt, nec vocales Hebraicas adpingere dubitavimus, ut ne quis in pronuntiandis singulis formis errare possit. Cum autem Verbum regulare tribus constet literis, hic autem ea potissimum consideranda sint, quae ei flectendo et formando competant, asteriscis pro iis usi sumus, quo certius singulae proprietates lectori in memoriam revocarentur.

I. Tabula flexionis Personarum.

1. c.	2. f.	2. m.	3. f.	3. m.		1. c.	2. f.	2. m.	3. f.	3. m.		
					Pluralis.						Singularis.	Praet.
												Futur.
												Imper.

II. Tabula Coniugationum et formationis Temporum atque Modorum.

Ettaphal.	Aphel.	Ethpaal.	Pael.	Ethpeel.	Peal.		
							Praet.
							Futur.
							Imper.
							Infin.
						m. f.	Part. act.
						m. f.	Part. pass.

§. 19.

De Coniugationis Peal formatione et significatione.

1. Iam supra §. 17. 1. dictum est, radicem verbi (Peal) monosyllabam cum diversis efferri vocalibus, quatenus notio eius sit *transitiva* vel *intransitiva*, et illam quidem distingui vocali A ab hac, quae vulgo E, in paucissimis O assumat. Vocalem A autem commune antiquitus fuisse vinculum, quo literae radicales continerentur, testatur passim lingua Hebraica, quam haec lex non totam penetravit. Cum autem Samaritanos constet magis Syrorum et Chaldaeorum tam flectendi quam enuntiandi leges suas fecisse, qui inter alias quoque constantius quam Hebraei *intransitiva Verba* cum vocali E pronuntiarent, non dubitamus ea quoque Verba cum hac vocali efferre, in quibus Hebraei vocalem A retinuerunt, ut ܫܠܐ = ܫܠܶܐ *quievit, siluit* (שָׁתַק); ܝܬܒ = ܝܬܶܒ *sedit* (יָשַׁב). Quamvis autem *intransitiva forma* in O apud Syros nonnisi probetur verbo ܡܪܥ *horruit*, videtur tamen lingua Samaritana exempla plura suppeditare ex Hebraeo pariter atque Chaldaeo sermone repetita, ut ܝܟܠ = יָכֹל *potuit* (§. 28. A. 2.); ܕܡܟ = דָּמַךְ *dormivit*. In flectendis autem his *Verbis intransitivis*, ut apud Syros et Chaldaeos, retinentur vocales radici propriae, ubi *transitiva* vocalem A servant, ut ܫܠܐ = ܫܠܶܐ *quievisti;* ܕܚܠ = ܕܚܶܠ *timuerunt;* nec minus in Futuro et Imperativo sibi vindicant vocalem A, ut ܢܬܪܓ = ܢܶܬܪܶܓ *succensebit*, quam Verba mediae aut tertiae gutturalis, v. c. ܢܫܡܥ = יִשְׁמַע *audiet;* ܪܚܩ = רְחַק *procul recede.*

Annot. Occurrunt autem plures formae, in quibus Samaritanus Hebraeum textum imitatus est. Sic A) in Praet. pro 3. f. Sing. in ܐ desinente, legitur = קָטְלָה Lev. 5, 1. ܫܡܥ = שָׁמְעָה *audivit;* v. 17. ܥܒܕ = עָשְׂתָה *fecit;* Deut. 20, 11. ܦܬܚ = פָּתְחָה *aperuit;* v. 12. 25, 11. Exod. 23, 28.; Num. 16, 30. b) 1 Sing. formae קָטַלְתִּי deprehenditur Gen. 19, 34. ܫܟܒܬ (= שָׁכַבְתִּי) *dormivi;* 21, 30. ܚܦܪܬ (= חָפַרְתִּי) *fodi;* 27, 4. ܪܚܡܬ *amavi;* 9, 13. 26, 9. et *alibi saepius;* adeoque cum Suff. Exod. 31, 11. ܦܩܕܬܟ *praecepi tibi;* Num. 22, 29.; interdum ܐ insertum legitur ante ܐ ut Gen. 30, 26. ܦܠܚܬܝ *servivi;* c) pro vertendi vitio erit habendum, si 3 f. Plur. in ܝ desinit, ut Exod. 1, 17., ubi וַתִּירֶאנָה recte vertitur per ܬܗܘܝܢ, quod autem sequitur עָשׂוּ per ܥܒܕܘ, pro qua lectione ܬܥܒܕ erit restituendum; d) in 2. f. Pl. eiecto ܬ occurrita li-

quoties forma Hebraica, ut Exod. 1, 18. ܠܐܥܒܕܬܘܢ = עֲשִׂיתֶן *fecistis;* adscripta lineola supra ܐ (§. 3. 2.); et e) pro vulgari 1 Pl. persona cum terminatione ܢ reperitur quoque simplicior Syriasmum spirans, ut Gen. 44, 8. ܗܦܝܢ *reduximus;* Num. 21, 7. Num autem f) quod Gen. 20, 6. obvium est exemplum 2. Sing. m. ܥܐܥܒܕܬ = עָשִׂיתָ sit scribendi vitium, cum, quominus ܥ pro Suff. habeatur, impediat sequens ܬ, definire non audemus; similiterque de 3. Pl. m., quae Castello auctore Arabum more litera ܐ augeatur (قَفَّلُوا), ut Gen. 49, 23. ܐܬܝܠܘ *oppresserunt* et Num. 32, 39., dubitari potest, cum ܐ utroque loco propter Suff. videatur esse insertum. Quod B) *Futurum* attinet plerumque defective scriptum, haud raro occurrunt exempla, in quibus a) ܬ insertum legitur. Exempla habebis Gen. 6, 7. ܐܬܦܪܫ *subvertam;* 12, 3. et de verbis mediae ܐ eiecta hac litera, cuius locum obtinet ܬ Gen. 24, 47. ܐܬܫܐܠ *interrogabo;* et v. 57. pro quo alibi, ut Exod. 3, 22. ܐܫܐܠ. Similiter eiicitur litera ܥ nec tamen compensatur per ܬ, ut Num. 34, 4. ܣܒܘܢ pro quo v. 5. rectius ܣܥܒܘܢ verbi ܣܥܒ s. ܣܒܒ *circuivit;* nisi forte h. l. de duplici verbo ܣܬܒ et ܣܥܒ, ut ܣܬܒ et ܣܥܒ *consenuit,* cf. §. 6. 2. D. cogitandum sit. b) In 1. Sing. pro Praeform. ܐ interdum legitur ܥ (§. 6. 1. E.), ut Exod. 4, 18. ܣܒܘܥ *redibo;* quae forma confirmatur quoque exemplis verborum ܣܓ in Aph., ut Exod. 4, 12. 15. c) 2 Sing. f. interdum scribitur cum ܝ paragog., ut Gen. 35, 15. ܠܡܩܒܝܐ *accipies;* et contra d) 2. et 3. Plur. m. interdum Hebraeorum more formatae reperiuntur abiecto ܢ, ut Gen. 8, 22. ܬܠܘܕܣ *deficient;* 12, 12. ܬܠܘܒܣ *videbunt;* similiterque Exod. 32, 1. Deut. 22, 16. 31, 12. 16. 17. 33, 19. 34, 9. 31, 29. ܬܥܒܕܐ *facietis.* Paragogica denique Futuri forma Hebraeorum (§. 18. 3. D.), licet rarior, invenitur tamen Gen. 30, 31. ܥܗܦܕܐ *redibo;* Exod. 6, 5., ubi Chald. utitur Part. cum Pron. 1 Sing. Quae C) de Imperativo sunt observanda, consentiunt ea fere cum Futuri proprietatibus, cum et ibi a) aliquoties occurrant formae cum ܬ scriptae, ut Gen. 41, 43. ܩܬܪܝ *praedica;* et Num. 21, 17. ܣܦܬܠܝ *ascende;* b) exempla 2. Pl. f. rarissima sunt et adeo forma apocopata leguntur, ut Gen. 4, 23. ubi Hebraica verba שְׁמַעָן הָאֲזֵנָה – redduntur ܠܡܐܡܣܐ – ܠܫܡܥܢ *audite* et *auscultate* (pro ܥܠܫܡܥܢ), et ita quoque Exod. 2, 20., ut facile intelligatur, quam anxie in eiusmodi formis interpres Samaritanus Hebraeum secutus sit. c) Paragogica Imperat. forma occurrit Gen. 19, 32. ܥܐܠ = לְכָה; 25, 31. ܥܙܒܢ *vende;* 27, 25. et alibi. Quamvis vero D) §. 18. 1. iam observatum sit, Hebraeorum Infinitivi absoluti et constructi discrimen fere esse sublatum, nisi quod prior in longe plerisque locis cognoscatur abiecto ܬ, ibidemque dictum, formam absolutam haud raro Hebraeorum more recipere ܬ mediam inter et tertiam radicalem, ut Gen. 18, 10. ܫܘܒ = שׁוּב; 24, 5. 50, 15. Gen. 22, 17. ܒܪܟ = בָּרֵךְ; 37, 33. ܛܪܦ = טָרֹף; 44, 28. Exod. 21, 36. 22, 13. Num. 16, 42. Deut. 7, 26. et alibi saepius; non desunt tamen exempla, in quibus absoluta forma ܬ retinet, ut Gen. 37, 8. ܡܫܠ = מָשׁוֹל; 43, 7 (6). ܪܕܘܥ = רָדוֹעַ; Exod. 15, 26. ܫܡܘܥ = שָׁמוֹעַ (cf. 19, 5. ܫܡܥ);

23, 22. Deut. 15, 11., pariter ac Infinitivus constructus duplici hac ratione formatur, ut Gen. 19, 22. ܠܡܥܒܕܬ = לַעֲשׂוֹת; 20, 6. ܠܡܢܦܠܬ = לִנְפֹּל; 35, 22. Num. 35, 32. Interdum occurrit quoque Infin. cum ܬ in fine, quae forma in reliquis Coniugatt. usitata rarior in Pe. reperitur. Huc tamen pertinent Gen. 8, 12. ܬܒܘܒ = שׁוּב, 11, 6. ܬܠܡܥܒܕܬ = לַעֲשׂוֹת, Gen. 49, 33. Exod. 31, 13. 36, 2. et absol. ܬܣܟܠܐ = סָקוֹל (21, 28. ܣܩܠ) Lev. 24, 16. Neque modo ante Suff. Infinitivi terminantur in ܝ et ܐܝ, sed et alibi sine iis, ut Gen. 37, 8. ܡܠܟܘܬܗ ܡܠܟܐ = הֲמָלֹךְ תִּמְלֹךְ (nisi forte potius scribendum ܡܠܟܘܬܗ); Exod. 31, 5. ܐܠܦܘܬ *ad perficiendum;* aut in ܡܝ, ut Num. 22, 37. ܡܫܠܚܘܬ = שָׁלֹחַ cf. Exod. 13, 17. Pro ܝ interdum ponitur ܡ, ut Gen. 15, 13. ܪܕܘܥ = רָדוֹעַ. Singularis denique pro absoluto Hebraeorum Infinitivo posita forma est ea, quae Chaldaeorum more adiungit literis radicalibus ܢ, ut Lev. 19, 20. ܢܦܩܢ = הָפְקֵדָה (sq. verbo finito ܐܦܩܢܐ); Gen. 50, 24. 25. ܢܦܩܕ = פָּקוֹד (sq. ܦܩܕܡ); Exod. 3, 16. 13, 19. E) Praeter Participiorum formas iamiam allatas hae in usu sunt: a) Part. act. recepto inter mediam et tertiam rad. ܝ, ut Gen. 9, 6. ܫܦܟܘܬ *effundens;* 21, 22. ܥܒܕ *faciens* 49, 27. ܛܪܦ *rapiens;* Exod. 13, 2. 12. Gen. 13, 5. 14, 19. Num. 35, 21. Rarior est haec forma in Passivis, ut Gen. 3, 14. ܐܪܝܪ = אָרוּר *maledictus;* 9, 25. ܒܪܝܟ *benedictus* (saepius ܒܪܟܐ et ܒܪܟܐ); Gen. 40, 3. ܐܣܝܪ *vinctus* (v. 5. ܐܣܝܪܐ); Deut. 21, 23. Frequenter Participia formae passivae inprimis Verborum intransitt. obtinent c) notionem activam, ut Gen. 7, 21. ܪܡܫܐ *repens;* 15, 17. ܥܫܢܐ *fumans;* 18, 17. 37, 35. ܐܒܠܐ *lugens;* 45, 10. 23. 49, 14. Exod. 11, 5. ܝܬܒܐ *habitans* et alibi saepius. Praeterea legitur Exod. 9, 20. ܐܝܪܐ *timens;* et passiva forma sed activa notione cum ܡ parag. Gen. 49, 11. ܡܐܣܪܐ (= אֹסְרִי) *ligans, alligans.*

2. Peal significat a) vel simplicem actionem, sive careat obiecto, ut ܪܡܫ *repsit;* ܥܫܢ *arsit; fumavit,* sive adiunctum habeat, ut ܦܩܕ *praecepit;* ܟܬܒ *scripsit;* vel b) *statum* aut *conditionem,* subiecto, extra quod sese haud exserat, ita inhaerentem, ut vel ad naturam eius referatur, ut ܪܒܐ *magnus fuit;* ܣܒܐ *senex fuit;* ܫܠܡ *salvus, integer fuit;* ܝܟܠ *potuit;* vel a patiendo parum differat, ut ܡܝܬ *mortuus est;* ܨܒܐ *sitivit;* vel ad animum pertineat eiusque affectus, ut ܥܨܒ *tristis fuit;* ܩܨܦ *succensuit;* ܪܚܡ *amavit;* ܣܢܐ *odit;* ܪܚܡ (רָחַם) *misertus est;* ܕܚܠ *timuit;* ܫܡܥ *obediens fuit;* in quibus actio in oculos non incurrit; quae tamen et ipsa obiectum sibi subiicere possunt. In aliis denique c) quae in radice vocali E et A discernuntur, forma cum illa enuntiata designat *conditionem,* cum hac *actionem intransitivam,* ut ܩܪܒ (= קָרֵב et קָרַב) *pro-*

pinquus fuit et *appropinquavit;* ܪܚܩ (=רְחֵק et רְחַק) *remotus fuit* s. *procul abfuit* et *procul recessit.*

§. 20.

De Ethpeel eiusque significatione.

1. Externa huius formae signa sunt syllaba ܐܬ radici praefixa et vocalis E sub media radicali. Oritur sic e radice ܦܠܓ *divisit, separavit;* ܦܠܓܐܬ *divisus, separatus est;* et in Verbis a litera sibilante incipientibus transponitur illa (§. 7.) ita cum ܐ syllabae reflexivae, ut post ܫ et ܣ retineatur ܐ, v. c. ܫܦܟ *effudit;* Ethpe. ܫܦܟܐܬ *effusus est;* ܣܠܩ *ascendit* Ethpe. ܣܠܩܐܬ id., post ܦ autem permutetur cum ܬ, ut ܩܪܬܐ *vocatus est* a ܩܪܐ *vocavit;* post ܡ cum ܩ, ut ܬܩܦܡܐ *deprehensus est* a ܬܩܦܡ *deprehendit;* in quibus praeterea, cum sint mediae gutturalis, vocalis E abit in A. Ubi prima rad. est ܐ, abiicitur ܐ syllabae ܐܬ et Hebraeorum more aut iniungitur radicali, ut ܓܪܐ (pro ܓܪܐܐ) *obduratus est* a ܓܪܐ *durus, gravis fuit;* aut assimilatur literis ܬ et ܩ, ut ܦܬܬܐ (=Chald. אִדְּבַק) *adhaesit* i. q. Pe. ܦܬܬ; ܛܫܩܐ (=אִטְּמַר) *abscondidit se* a ܛܫܩ *abscondidit.* Quemadmodum autem Hebraei idem observant in radicibus a כ incipientibus, ut הִכּוֹנֵן pro הִתְכּוֹנֵן, ita quoque Samaritani hoc interdum imitati sunt, ut ܫܓܝܐ (= ܢܐܣܦ Hebr. נֶאֱסַף) *congregatus est* a ܫܓܝ *congregavit;* cui praeterea adiunxerunt literas ܦ et ܫ, rarissime ܓ, ut ܩܒܪܐ (=נִקְבַּר) *sepultus est* a ܩܒܪ *sepelivit;* ܡܠܫܐ pro ܡܠܫܐܐ *repletus est* a ܡܠܐ *plenus fuit;* ܫܪܝܐ pro ܫܪܝܐܐ (=Ch. אִתְנַשַּׁם) *respiravit.*

Annot. 1. Licet autem Verbis ܫܓܝ et ܠܩܦ in Lexicis tribuatur significatio passiva, tamen ܠܩܦܐ, quo redditur Num. 25, 14. hebraicum הֻכָּה et passivae utriusque Verbi formae, quae Gen. 15, 15. ܫܓܝܬܐ *congregaberis* (=תִּקָּבֵר) et Exod. 10, 28. ܠܩܦܐ *morieris* (=תָּמוּת) deprehenduntur, evincunt, in his verbis cogitandum esse potius de assimilatione non ubivis observata, quam de primitiva eorum notione passiva. Similiter elisa deprehenditur ܐ prima radicalis post syllabam ܐܬ in verbo ܫܢܐ *mutavit, convertit;* Exod. 7, 20., ubi וַיַּהַפְכוּ vertitur a Samaritano ܘܫܢܝܘ, in qua elisione nemo offendet, qui debilem huius literae naturam noverit. Quodsi vero hoc neglectum videmus Num. 18, 23. 24., ubi ܢܢܚܠܘܢ=יִנְחֲלוּ *possidebunt, haereditabunt* legitur, pro quo ibidem quoque invenitur ܢܢܚܐܠܘܢ, sequitur, hanc proprietatem non convenire mediae radicali, licet transpositio occasionem huius elisionis suppeditare videatur.

Annot. 2. Cum autem literae ܐ et ܗ a Samaritanis frequenter inter se permutentur (§. 6. 1. E.), oriuntur quoque formae Hebraeorum Coniugationi Hithpael similes, ut Gen. 13, 17. ܗܬܗܠܟ = הִתְהַלֵּךְ *ambula;* (cf. ܗܬܚ *extendit*) 16, 9. ܡܬܥܢܝ = הִתְעַנִּי *afflige te;* etc. Quamvis vero hae formae in aliis, ut Num. 11, 18. ܐܬܩܕܫܘ = הִתְקַדְּשׁוּ *sanctificate vos* Coniugationi Ethpaal sint accensendae, in iis tamen, in quibus apud Samaritanos Pael aut inde ortum Ethpaal investigari non potest, aut ubi haec forma Hebraica non subest, statuendum erit ad Ethpeel potius pertinere, ut Gen. 25, 33. ubi ܕܝܬܐ *iura* respondet Hebr. הִשָּׁבְעָה. Difficilior quaestio haec est, num interpres Samaritanus Hebraeorum Niphal quoque imitatus fuerit; quod affirmare non dubitamus prolatis ante omnia exemplis hanc Hebraeorum formam mere reddentibus, quo pertinent Gen. 10, 25. ܐܬܦܠܓ = נִפְלְגָה *divisa est;* 17, 14. ܕܢܬܪܬܗ = וְנִכְרְתָה *exterminabitur* (vocalibus ex Hebraeorum Fut. Ni. repetitis); 41, 38. ܕܢܡܨܐ (= הֲנִמְצָא ?) *num reperietur* (cf. Gen. 19, 15. ܗܢܡܨܐܘܬ = הַנִּמְצָאוֹת). Idem iam valebit de ܕܢܦܨ, quo Exod. 12, 48. Hebraeorum הִמּוֹל exprimitur Lev. 6, 20. nec non de ܗܬܥܒܕ ad hebr. הִמָּשַׁח formatum; Deut. 32, 50. Quid quod de Futuri formis dubitemus, quae Lev. 26, 41. ܢܬܡܟܢܥ = יִכָּנַע *humiliabitur;* 27, 20. ܢܦܕܐ = יִגָּאֵל *redimetur;* v. 33. Num. 21, 27. ܗܬܒܢܐ = הִתְבַּנֶּה et alibi Deut. 13, 16. 15, 12. 25, 11. 28, 68. leguntur; ita ut confirmentur exempla, quibus Hebraeorum נֶאֱסַף exprimatur, ut Num. 20, 24. ܢܬܐܣܦ = יֵאָסֵף, 27, 13. 31, 2., nec opus sit Coniugationi Peal huius verbi passivam tribuere notionem, ut supra iam vidimus. Quo minus autem perperam aliquis credat, Samaritanum in his et similibus literas tantum hebraicas transcripsisse, qui in his locis explicandis laboraret, impediunt loci, in quibus pro Verbo Hebraico aliud e lingua sua substituit, nec flexionem Hebraeorum retinuit; ut Exod. 12, 15. ܢܦܪܬܗ = נִכְרְתָה; Lev. 25, 23. ܢܬܬܡܟܪ = תִּמָּכֵר et alia plura. — Neque hic desunt exempla, in quibus 2. et 3. Plur. m. Fut. ܢ abiicitur, ut Gen. 25, 23. ܢܦܪܕܘ = יִפָּרְדוּ *separabuntur.*

2. Propria est huic formae ut plurimum notio *reflexiva*, quatenus actio in agentem redit, ut ܐܬܛܡܪ (pro ܐܬܛܡܪܐ), *abscondidit se;* ܐܬܛܪܨ (φυλάττεσθαι) et ܐܬܢܛܪ *sibi cavit, se custodivit;* ܐܬܦܪܫ *se separavit;* adeo in *intransitivis*, ut ܐܬܡܠܝ (pro ܐܬܡܠܝܐ) *se implevit;* ubi autem haec actio *reflexiva* ad plures refertur, oritur inde significatio *reciproca*, ut ܐܬܪܝܒܘ *rixari invicem;* hinc quoque dicitur de actione, cuius plures participes esse solent, ut ܐܬܩܝܡ *se sistere certo tempore alicubi coram aliquo* s. *sich über Zeit und Ort der Zusammenkunft verabreden.* In nonnullis propria *reflexiva* significatio iterum transit in activam, ita tamen, ut in his obiectum admitti nequeat, ut ܐܬܫܒܥ (= Ch. אִשְׁתְּבַע) pr. *septem* (sc. vi-

ctimis) *sese obstrinxit* i. e. *iuravit;* ܐܬܢܒܐ pr. *vatem sese gessit* i. e. *vaticinatus est;* nisi hoc, licet pro utroque Hebraeus utatur forma Niphal, ob Chald. אִתְנַבִּי et Syr. ܐܶܬ̈ܢܰܒ̈ܶܐ pro Ethpaal sit habendum. Cum igitur in his Ethpeel parum differat a Peal, in aliis tamen hoc intercedit inter utrumque discrimen, ut illud ad animum magis spectet; sic ܢܚܡܐ (=נִחַם) *poenitentiam sensit.* Passivam denique notionem reflexivae cognatam, cum, ad quem redeat actio, perinde sit habendus ac qui patiatur aliquid, deprehendimus in iis potissimum, quae a transitivis formantur, ut ܫܡܝܥܐ *auditus est;* ܐܬܪܥܫܐ *conturbatus est.*

§. 21.

De Pael eiusque significatione.

1. Licet de hac Verbi forma, in priore syllaba cum vocali A, in altera cum E, aut ubi alterutra radicalis ultimae syllabae gutturalis est, itidem cum A enuntianda, ad quam praeterea literae praeformativae sine vocali, ut iam supra §. 18. dictum est, accedunt, a nonnullis dubitatum sit, tamen et significatio et signa externa nos inducunt contendere, hanc quoque Samaritanis probe innotuisse. Nec adeo credendum est, Pentateuchi interpretem, qui et ipse uteretur Codice Hebraeo vocalibus destituto, versioni suae tam male consuluisse, ut non, quoad eius fieri posset, textum Hebraeum quam accuratissime redderet, cum ceteroquin in Participiis optimum in Hebraeo haberet ducem. Praeterea autem et ipsi suam linguam subvenisse, docet Infinitivi forma, quae peculiari terminatione gaudeat, ita ut cum eadem in Peal forma vix confundi possit. Utrumque exemplis illustrabimus. Praeter praefixum enim ܠ Infinitivus cognoscitur terminatione literae ܬ (=Chald. א ־), ut Exod. 5, 2. ܠܫܕܪܬܐ=לְשַׁלֵּחַ *ad dimittendum;* 29, 1. ܠܟܗܢܬܐ=לְכַהֵן *ut sacerdotio fungeretur;* ibidem ܠܩܕܫܬܐ = לְקַדֵּשׁ *ad sanctificandum;* v. 30. ܠܫܡܫܬܐ=לְשָׁרֵת *ad ministrandum.* Plura invenies Exod. 29, 33. 30, 16. 36, 18. Lev. 1, 4. 16, 17. Num. 8, 19. 24, 1. quae omnia cum textu Hebraeo conspirant. Similiter Participium, quo minus pro Participio Pe. habeatur, impedit ܡ praefixum, ut Gen. 41, 32. ܡܡܗܪ=מְמַהֵר *properans;* 21, 9. ܡܨܚܩ=מְצַחֵק *subsannans* et fem. 27, 8. ܡܨܘܬ=מְצַוָּה *mandans.* In reliquis Temporibus atque Modis haud raro distinxit hanc formam a Peal litera ܐ inter utramque ultimam radica-

lem inserta, ut Exod. 36, 16. ܚܒܪܬ = וַיְחַבֵּר *coniunxit;* Lev. 14, 9. ܪܓܠܬ = וְגִלַּח *radet;* Num. 6, 9. 18. 17, 8. 32, 4. 41., quam interdum nec in personarum flexione, ut Deut. 2, 35. ܫܒܩܢܢ *subegimus* addere neglexit. In radicibus med. rad. ܐ accedente hoc signo litera radicalis cum ܡ permutatur, ut Num. 19, 13. ܛܡܐ *contaminavit* a ܛܐܐ; Deut. 2, 34. ܫܐܪܢܢ (= הִשְׁאַרְנוּ) *reliquimus.* Participiis insertum, ut Deut. 12, 10. ܡܢܚܠܢ (= מַנְחִיל) *possidens;* videtur significare, distinguendum esse illud a Participio Aphel, quod in textu Hebraeo reperiatur, sine ܐ scribendo. De Polel et Palpel vid. §. 29. 30.

Annot. In Pael Verborum med. ܐ haud immerito suspicamur eam flectendi rationem esse adhibendam, de qua §. 29. 3. in Verbis ܫܘ exposuimus, ut scilicet illud ܡ ubicunque sit mobile ab initio syllabae, in iis autem Verbi formis, in quibus syllaba afformativa a vocali incipiens ultima radicis litera opus habet, primae radicali adiunctum cum praecedente A in diphthongum Ai abeat. Eadem regula quoque valet de Ethpaal horum Verborum formando §. 22. 1.

2. Quae cum ita sint, notionem huius Coniugationis diligentius exponere aequum est. Exprimit autem prae ceteris *studium, facultatem,* aut *celeriter et saepius repetitam actionem,* ut ܫܫܩܫ *alacri studio ministravit;* ܫܒܥ *ardenter amavit.* Possunt autem haec et alia vel compositis, vel formis frequentativis aliarum linguarum comparari. Sic ܒܒܪ Pe. est *fregit;* Pa. ut Exod. 23, 24. *confregit;* ܫܕܪ Pe. *misit,* Pa. ut Exod. 5, 2. *dimisit;* ܙܙܙ *properavit* a Chald. זְרַז *accinxit.* *Intransitivorum* Pael autem licet in augenda propria sua notione acquiescere possit, longe frequentius tamen inclinat ad *actionem,* ita ut ab Aphel haud multum differat, ubi illud simul usitatum est; sic ܩܕܫ *sanctus fuit* in Pa. notat *consecravit,* in Aph. ܐܩܕܫ *sanctum reddidit* s. *declaravit;* ܫܠܡ *plenus, integer fuit* in Pa. valet *complevit,* in Aph. ܐܫܠܡ *perfecit;* in aliis nullum discrimen inter utrumque animadvertitur, ut ܩܫܐ (a קָשָׁה *durus fuit*) et ܐܩܫܐ *difficilem reddidit;* ܐܒܕ *periit,* Pa. ut Num. 33, 52. et Aph. ܐܒܕ *perdidit, destruxit.* *Denominativa* denique notant, *aliquem cum aliqua re esse occupatum, munere atque officio aliquo fungi,* ut ܟܗܢ *sacerdotis munere functus est;* et cum in universum haec forma *actionem* denotet, interdum linguae usui relinquitur, quomodo exigatur, ut Num. 4, 13. ܫܕܪ *cineres removit* a ܫܕܡܐ *cinis;* aut in *transitivam* nonnisi abeunt *notionem,* ut

ܬܠܬܐ *tripartitus est* = Chald. תְּלָת; ܥܫܪܐ *decimavit*; ܒܟܪ (=בְּכֹר) a ܒܟܘܪܬܐ *ius primogeniturae in aliquem contulit.*

§. 22.

De Ethpaal eiusque significatione.

1. *Ethpaal* differt ab Ethpeel nonnisi enuntiatione utriusque ultimae syllabae, quae duplici vocali A effertur. Pro *reflexiva* sua *notione* cognatum quoque est Hebraeorum Coniugationi Hithpael, et quominus Ethpaal et Ethpeel inter se confundantur, prohibet et significatio et interdum nominatim in Verbis med. ܐ inserta (post mediam rad. in ܬ mutatam) litera ܐ, de qua iam §. 21. dictum est. Pertinent igitur huc praeter ܐܬܬܪܙܩܐ *se accinxit, armavit;* quod Num. 32, 17. legitur, Syrorum ܙܘܢ et ܐܬܬܪܫܝܬܐ *remansit*, quod Exod. 14, 28. et alibi saepius invenitur, ea potissimum, quae notione cognoscuntur, ut Exod. 1, 10. ܐܬܚܟܡܐ (=הִתְחַכֵּם) *sapientem, callidum sese gessit* s. *praestitit*, et interdum Hebraeorum ܐܝ sibi vindicarunt, ut Num. 11, 18. ܐܬܩܕܫܘ (הִתְקַדְּשׁוּ) *sanctificate vos*, et alia plura, quae notionem suam *reflexivam* aut *passivam* a Pael repetierunt.

Annot. Infinitivus cum terminatione ܐܝ in regimine occurrit Gen. 45, 1. verbis ܕܠܐ ܡܬܓܠܝܬܐ *cum Iosephus sese manifestaret;* et eodem pertinet Exod. 40, 36. ܐܝܬܠܝܬܐ, *cum adscenderet* sc. nubes, pro quo Chald. habet in versione sua בְּאִסְתַּלָּקוּת. De flexione Ethpa. Verborum med. ܐ vid. §. 21. 1. Annot.

2. Quod ad significationem eius attinet, facile apparet, eam utpote e *Pael* repetitam, intentiorem reddi. Sic ܐܬܪܓܙܬܐ significat *vehementer iratus est* (coll. hebr. רָגַז et הִתְרַגֵּז); et quae leguntur Gen. 6, 6. ܐܬܒܠܬܐ *inflatus* s. *graviter iratus est* a ܒܠܒ *flavit*, aut ܐܬܨܥܬܐ (=הִתְעַצֵּב) pr. *arctavit se* i. e. *vehementer doluit* ab ܨܥܬ *coercuit* idem satis probant. Quae ab *intransitivis* ducuntur, haud raro actionem *alacri studio* susceptam, quae subiecto conducat, denotant, ut Gen. 43, 18. ܐܬܒܠܒ *subiecit sibi, principatum sibi arrogavit* (Deut. 9, 18. *se prostravit*); Deut. 3, 23. ܐܬܒܥܠ *favorem sibi conciliavit* aut *misericordiam alicuius imploravit precibus;* Gen. 44, 16. ܐܬܬܪܙܩ *purgavit se alicui* a ܙܟܝ *purus fuit*, Pa. ܙܟܝ *purum declaravit.* Interdum Ethpaal eorundem *intransitivorum* significat, *se talem gerere, simulare, reddere*, qualem Pe. exhibet, ut Exod. 1, 10. ܐܬܚܟܡܐ *sapientem se gessit;* Gen. 42, 7.

ܬܢܟܪܐ (= הִתְנַכֵּר) *peregrinum se simulavit;* et Num. 11, 18. ܩܕܝܫܐ *sanctum se reddidit.* Licet autem *reflexiva* notio in plerisque careat obiecto, interdum tamen eo opus habet, ubi actio sese extra subiectum exserit, ut Gen. 37, 18. ܚܢܟܪܐ *fraudulentum, dolosum se gessit* i. e. *defraudavit, insidiatus est;* 16, 2. ܡܬܝܕܥܐ *intelligentem se reddidit* i. e. *intellexit;* et adiunctis praepositionibus, ut Exod. 33, 6. ܥܡ · ܡܫܬܙܒܐ *se liberavit ab aliqua re.* Paullatim quoque Ethpaal in *passivam* transiit notionem, ut ܡܬܚܘܝܐ *indicatus est* a ܚܘܐ *indicavit.*

§. 23.

De Aphel eiusque significatione.

1. Formatur haec Coniugatio litera ܐ radici praefixa et cum vocali A efferenda, cuius alteri syllabae propria est vocalis E; quae in verbis gutturalibus fortassis cum A permutatur. Cum autem ܐ characteristicum nonnisi in Praeterito et Imperativo appareat, ut ܐܫܬܐ *induit;* ܐܬܬܐ *in memoriam revocavit;* ܐܩܝܡ *mane surge;* ܐܙܝܩܐ *viriliter agite;* in Futuro autem, Infinitivo et Participio relicta vocali sua et in literam praeformativam remissa excidat, Futuri forma haud differt literis, sed solis vocalibus a I. et II. Coniugatione activa; itemque valet de Infinitivo et Participiis, quorum ille, praeterquam quod saepius amet terminationem ܝܐ, prorsus consentit cum Inf. Pa., et ܥ suum haud raro abiicit, ubi pro Infinitivo Hebraeorum absoluto ponitur, ut Lev. 27, 19. ܝܦܕܐ (גָּאֹל) *redimendo;* Deut. 7, 26. ܝܦܚܐ *reiiciendo;* Participia autem, quorum ultima syllaba in passiva forma vocali A effertur, nonnisi significatione dignosci possunt a Participiis Pa., ut Gen. 39, 23. ܡܨܠܚ = מַצְלִיחַ *prospere faciens;* Exod. 9, 18. ܡܡܛܪ = מַמְטִיר *pluere faciens.* Nec tamen infrequens est ea huius Coniugationis forma, quae ad Hebraeorum consuetudinem literam ܡ inter 2. et 3. radicalem recipit, quo cavetur, ne cum Pael in Fut. et Part. confundi possit, ut Num. 14, 41. ܡܨܠܚ = *prospere succedet;* Gen. 18, 28. ܐܡܚܐ (= אַשְׁחִית) *perdam;* Num. 9, 12. Deut. 20, 12. 29, 23. Gen. 41, 9. ܡܡܬܟܪ *memorans;* Deut. 18, 10.

Annot. In nulla alia Coniugatione Samaritani propius ad Hebraeorum formas accesserunt, quam in hac, et primum quidem frequentissima sunt exempla, in quibus exprimitur Hebraeorum ה; nec tantum in verbis ab ܘ incipientibus, ubi debilis huius literae natura huius permutationis causa videri possit, ut Gen. 47, 21. ܬܒܘܝ

(= הֶעֱבִיר ubi forte legit הֶעֱבִיד) *subiecit;* Exod. 9, 20. ܐܬܪܝܫ = חֵרִיס *fugavit;* sed et in aliis, ut Exod. 13, 19. ܐܬܝܫܪ *adiuravit;* Lev. 10, 19. ܐܬܩܪܒ *obtulerunt;* 11, 6. Num. 3, 13. 22, 30. Deut. 4, 26. et alibi saepius. Nec desunt exempla, quae ad literam Hebraicas formas reddunt, ut Gen. 2, 5. ܐܡܛܝܪ = הִמְטִיר; Exod. 14, 10. ܐܡܩܪܒ = הִקְרִיב; 2. Plur. m. Fut. abiecto in fine ן Deut. 29, 9. ܬܫܟܝܠܘܢ = תַּשְׂכִּילוּ; Infinitivorum formae Exod. 33, 7. ܪܚܩܐ = הַרְחֵק adverb. *longe;* Deut. 3, 6. ܐܚܪܡܐ = הַחֲרֵם, 9, 8. aut cum terminatione Samaritana ܐ Num. 22, 30. ܐܣܟܢܐ = הַסְכֵּן; ܐܬ in regimine et servato ܐ Coniugationis charactere sine ܝ, Deut. 20, 9. ܐܬܬܝܠܐ *finem facere* (loquendi). De Part. ܡܐܬܝܠܐ quod Deut. 12, 10. legitur, vid. §. 21, 1.

2. Si accuratius significationem huius Coniugationis perquisiverimus, in universum valet, cerni eam potissimum in eo, ut simplex radicis notio, sive sit *intransitiva*, quae abeat in *activam* et *transitivam*, sive sit *transitiva*, quae novo obiecto augeatur et vel subiectum habeat actionis ab altero exigendae auctorem, vel vindicet sibi alterum, in quem cadat actio, quam quis in Peal in semet ipsum exercuerit, non ut in Pael repetita aut continuata appareat, sed ad certum tempus, certamque actionem referatur. Sic ܩܫܐ *durus fuit* significat in Aph. ܐܩܫܐ *obduravit;* ܐܬܝܠ *multus fuit* in Aph. ܐܬܝܠܐ *auxit;* ܩܪܒ *propinquus fuit* in Aph. ܐܩܪܒܐ *adduxit, aditum permisit alicui;* praeterea ܐܩܛܠܐ valet *interficiendum curavit;* ܐܠܒܫܐ *vestivit aliquem aliqua re* a Pe. ܠܒܫ *induit sibi* sc. vestem; ܐܫܩܐ *potavit* a Pe. ܫܬܐ *bibit.* Alia *Verba intransitiva*, quae in Pe. conditionem sive statum exprimunt, in Aphel notant exercitationem huius conditionis, ut ܒܝܫ *malus fuit*, Aph. Gen. 44, 5. ܐܒܝܫܐ (ܐܒܝܫܐ) *male fecit;* Gen. 31, 28. ܐܣܟܠܐ *stulte egit* coll. Syr. ܣܟܠ *stultus fuit;* 44, 4. ܪܚܩܐ *longe abiit* a Pe. ܪܚܩ *longe abfuit. Denominativa* huius formae obiecto, quod in nomine, a quo ducuntur, contineatur, carere possunt, ut ܐܢܗܪ (a ܢܗܪ *lux*) *lucem praebuit* i. e. *luxit;* aut illud interdum sibi vindicant, ut Exod. 9, 18. ܐܡܛܪ *pluit* sc. grandinem; aut idem repetunt nomen obiecti loco, ut Lev. 26, 31. ܐܬܪܝܚ *odoratus est* sq. ܪܝܚܐ *odorem;* aut denique *intransitive* verti possunt, licet obiectum includere videantur, ut ܩܕܡ (coll. קֶדֶם) *mane aliquid fecit* i. e. *surrexit.* Rarius in iis, quae a transitivis ducuntur, obiectum illaeso sensu abesse potest, ut ܐܨܬܐ (coll. Ch. אֲצִית a צוּת *audivit*) *advertit*, sc. aurem; et paucissima tantum intransitivam induunt significationem vel addito, vel sine obiecto, ut Deut. 4, 40. ܐܪܟܐ sq. ܐܪܟܝܬ *prolongavit dies* i. e. *diu vixit.*

§. 24.

De Ettaphal eiusque significatione.

1. Huius Coniugationis proprietas et formandi ratio haec est, ut inter syllabam reflexivam ܐܬ et radicem inseratur vocalis A; nec tamen ܬ in ܐܬ Syrorum more (ܐܶܬܰܬܰܪܰ) duplicatur, sed, quod Castellus iam vidit, per syncopen absorbetur. Quanquam vero difficile est in verbo regulari hanc formam a reliquis reflexivis discernere, quae, nisi ubi notio id postulet, cognoscatur, tamen non desunt exempla, quae rariorem eius usum defendant. Huc pertinent radices a sibilantibus incipientes, in quibus transpositio harum literarum cum ܬ syllabae ܐܬ locum non habet, ut ܡܨܐܬ *invenit* (pro ܡܨܐܬܬ) ab Aph. ܐܡܨܐ (Syr. ܐܶܡܰܨ); Num. 12, 15. ܐܬܬܣܝܬ *conclusus est* ab ܐܬܣܝ *clausit;* Gen. 24, 19. ܐܬܬܫܠܡ *finivit.* Plura suppeditabunt exempla Verba ܐܬܝ et ܡܬܝ (§. 27. 28.), in quibus ܬ et ܡ transit in ܡ et ܝ, et Verba ܢܢ, quorum ܢ in Aph. et Ettaph. excidere solet. Ceteroquin Temporum et Modorum formatio nec non Personarum flexio consentit cum reliquis Coniugationibus reflexivis, nisi quod ܬ per syncopen abiecta audiatur et cum inserta vocali A syllabam faciat; et Infinitivus terminationem ܐܬ amet cum praefixo ܡܬ, quo Infinitivi Ethpe. et Ethpa. carent.

Annot. Semel incidimus Gen. 33, 8. in Infin. ܐܬܡܨܐܬܬ, nisi potius emendanda sit haec lectio et restituendum sit ܐܬܡܨܐܬ.

2. Significatio, quae arcte cum Aphel cohaeret, est duplex, vel *reflexiva* aut *passiva*, quando illud obtinet significationem activam, ut Gen. 3, 8. ܐܬܡܟܬ *se abscondidit* ab Aph. ܐܡܟ *occultavit;* Lev. 6, 30. ܐܬܚܪܬ *combustus est* ab Aph. Exod. 29, 14. ܐܡܚܪ *combussit;* Num. 36, 3. ܐܬܬܘܣܦܬ *additus est* ab ܐܬܬܘܣܦ *addidit;* vel *causativam* Coniugationis Aphel notionem convertit iterum in *intransitivam*, ut Num. 9, 14. ܐܬܬܪܚܩ *peregrinatus est* ab Aph. ܐܬܪܚܩ *sedes adsignavit* sc. peregrino (Pe. ܐܬܝܡ *sedit*, *habitavit*,); Exod. 29, 34. ܐܬܬܪܚܬ *residuus fuit*, ab Aph. ܐܬܪܚܬ *reliquum fecit.*

De Verbis gutturalibus ideo seorsim exponere noluimus, quod tam levia sint, in quibus a Verbo regulari discedant, ut copiosiore explicatione vix opus habere videantur. Nec tamen ea omnino reticere, immo suo loco adscribere placuit, in quibus enuntiandi leges mutari solent, ita ut vituperandi non simus, quos brevitatis amantes linguae leges absque necessitate augere taederet.

II. De Verbo irregulari s. imperfecto.

§. 25

Verbum irregulare s. imperfectum per se consideratum.

Displicuit, nec immerito, recentissimis grammaticis hoc nomen meliore et literarum naturae magis conveniente ratione illas proprietates explicantibus, ita ut, cum non tam re differant eiusmodi Verba a *Verbo regulari* paradigmatis loco praemisso, quam legibus, quas ipsa literarum natura scribat, et quae cernantur vel in abiectis debilioribus radicalibus, ubi *defectivi Verbi* nomen haud ineptum videri possit, vel in contrahendis formis, quae animadvertuntur in Verbis vulgo *quiescentia* dictis, quae ob id ipsum *contracta* nuncupare haud pigeat, nec ipsi emendatis his linguae legibus suffragari dubitaverimus. Quae ceteroquin de radicibus e duabus tantum literis compositis prolata sunt, tantum abest, ut hic probemus, ut leges contractae radicis in aliis quoque linguis obvias commendemus, praesertim cum in Samaritana lingua literae auxiliares locum abiectarum radicalium suffecturae nos doceant, de eiusmodi radicibus non esse cogitandum, et verba, in quibus media radicalis leniori enuntiationi impedimento esse solet, idem fere pati, quod ea, quae ob eandem causam in certis quibusdam formis primae radicalis, quae vix audiatur, iacturam faciunt. Hunc autem placet eorum ordinem constituere, ut primum pertractentur ea, quae *Verbo regulari* maxime similia et in consonantem exeuntia brevi, enuntiantur vocali, nec nisi ratione primae radicalis habita mutationi obnoxia sunt; quo pertinent Verba]]ⲛ, ⲁϯ et ⲙⲛ (§. 26—28.). Altera classis comprehendet ea, quae, cum debilem habeant mediam radicalem ϯ et ⲙ (§. 29.), ut plurimum contracta longa enuntiantur vocali, quae Verbi regularis formae conveniat, ita ut adeo radicales ϯ et ⲙ in quibusdam formis retineri, at vocalibus O et I efferri possint. Cognata quodammodo his sunt Verba (▽▽ §. 30.), in quibus media et tertia radicali in unam coalescente vocalis mediae propria in primam recedit. Tertium denique locum occupabunt verba, quae vel in Vocalem literis ϯ et ⲙ expressam desinunt, vel tertiam radicalem ⲁϯ et ⲉϯ habent, quae utraque in enuntiando haud comparet et vel prorsus abiicitur, vel ut plurimum cum ⲙ permutari solet. Comprehenduntur autem haec §. 31. sub paradigmate verborum ⲉϯⲗ aut ⲁϯⲗ.

Brevis Verborum imperfectorum conspectus

* De asteriscis radicalium loco adhibitis iam supra §. 18. dictum est. lud radicalem significat excisam, hoc, vel ut in Verbis]J, radicalem ▽▽, 2. et 3. radicalem

IV. Verba ⲝ▽, ⲙ▽. §. 29.

Part. Pe.	Inf. Pe.	Imp. Pe.	Fut. Pe.	Praet. Pe.	
▽ * ○ * ⲧ ⲙ * ⸱	* ⲝ * ⲙ ▽ * ⲧ	ⲝ * ○ *	ⲙ * ⲝ * ⲙ ⲛ	▽ * ○ * ⲧ ⲛ	1.
(Praet. Etta.)	Praet. Etta.	Inf. Aph.	Praet. Aph.	Praet. Ethpe.	
* ○ * ⲧ ⲛⲛ	ⲙ * ○ * ⸱ ⲛⲛ ⸱⸱	ⲉⲓ * ○ * ⲧ ⲧ ⲙ	ⲙ * ○ * ⸱ ⲛ ⲧ	ⲙ * ○ * ⸱ ⲛⲛ ⸱⸱	2.
Praet. Ethpol.	Praet. Polel.	Praet. Ethpa.	3. f. S. Pr. Pa.	Praet. Pa.	
ⲝ * * ⸱⸱ ○ * ⲛⲛ	ⲝ * * ⸱⸱ ○ *	ⲙ * ○ * ⸱ ⸱ ⲛⲛ ⸱⸱	ⲙ ⲛ * ○ * ⸱ ⸱	ⲙ * ○ * ⸱⸱ ⸱	3.

V. Verba ▽▽. §. 30.

Praet. Aph.	Inf. Pe.	Imp. Pe.	Fut. Pe.	Praet. Pe.	
* * * ⸱⸱ ⸱ ⲛ	* * * ⲙ ⸱	* * (ⲝ) ⸱	* * * ⸱ ⲙⲙ ⸱	* * * ⲛ	1.
Praet. Pilpel.	Praet. Ethpa.	Praet. Pa.	Part. Pss. Pe.	Part. act. Pe.	
(ⲉⲓⲗⲉⲓⲗ) ⸱⸱ ⸱	* * * ⸱ ⸱ ⲛⲛ ⸱⸱	* * * ⸱⸱ ⸱	* ⲙ * ⸱ *	* * * ⸱⸱ ⸱ ⲧ	2.

VI. Verba ⲉⲓ2, ⲛ2. §. 31.

Part. act. Pe.	Inf. Pe.	Fut. Pe.	Praet. Ethpe.	Praet. Pe.	
ⲙ ○ * ⸱⸱ * ⸱	ⲙ ○ * ⸱⸱ * * ⲙ ⸱	ⲙ ○ * ⸱⸱ * ⲙ ⸱	ⲙ ○ * ⸱ * ⲛⲛ ⸱⸱	* * ⸱ *	1.
3. Pl. m. Fut. Ethp.	2. Pl. m. F. Pe.	2. f. S. Imp. Pe.	3. Pl. m. Pr. Pe.	3. f. S. Pr. Pe.	
]ⲝ ○ * * ⲙⲛ ⸱	]ⲝ ○ * * ⲛ ⸱	ⲙ ○ * *	ⲝ ○ * *	ⲛ ○ * ⸱ *	2.
2. S. m. Praet. Pe.	1. Pl. Pr. Pe.	1. S. Praet. Pe.	2. f. Pl. F. Pe.	3. f. S. Pr. Ethpe.	
ⲙ ⲛ ○ * ⸱ *	ⲙ]] ○ * ⸱ ⸱ ⲧ	ⲙ ⲛ ○ * ⸱⸱ *	ⲙ]ⲛ ○ * ⸱ ⸱ ⲧ ⲛ	ⲙ ⲛ ○ * ⸱ ⸱ ⸱⸱ ⲛⲛ	3.

secundum regulas in singulis §§. propositas.
Superest, ut explicentur, quae hic accedunt signa ○ et ⁂, quorum il- praecedentem proxime sequenti literae assimilatam, vel ut in Verbis uno signo comprehensam.

I. Verba]ל. §. 26				
Praet. Pa.	Part. act. Pe.	Praet. Ethpe.	Praet. Pe.	
⁂ ⁂ ⁂	⁂ ⁂ ⁂	⁂ ⁂ ⁂ אא	⁂ ⁂ ⁂	1.
		Inf. Pe.	Imper. Pe.	
		⁂ ⁂ ○ ש	⁂ ⁂ ○	2.
Inf. Aph.	Fut. Aph.	Praet. Aph.	Fut. Pe.	
אא ⁂ ⁂ ○ ש	(⁂) ⁂ ⁂ ○ מ	(⁂) ⁂ ⁂ ○ א	(⁂) ⁂ ⁂ ○ מ	3.

II. Verba אל. §. 27.				
Praet. Pa.	Part. Pe.	Praet. Ethpe.	Praet. Pe.	
⁂ ⁂ ⁂	⁂ ⁂ ⁂	⁂ ⁂ ⁂ אא ⁂ ⁂ ○	⁂ ⁂ ⁂ (∵) (–:)	1.
Praet. Etta.	Praet. Aph.	Inf. Pe.	Fut. Pe.	
מ ⁂ ⁂ ○ אא ל	מ ⁂ ⁂ ○ א ל	מ ⁂ ⁂ ○ ש (∵)	מ ⁂ ⁂ ○ מ (∵)	2.

III. Verba מל (לל). §. 28. A.				
3. f. S. Pr. Ethp.	Part. act. Pe.	Inf. Pe.	Praet. Pe.	
א ⁂ ⁂ ⁂ אא	⁂ ⁂ ⁂	⁂ ⁂ ⁂ ש (∵)	⁂ ⁂ ⁂ (:)	1.
		Imp. Pe.	Fut. Pe.	
		⁂ ⁂ ○	⁂ ⁂ ○ מ מ (∵)	2.
Part. Etta.	Praet. Etta.	Fut. Aph.	Praet. Aph.	
ל ⁂ ⁂ ○ אש (∵)	ל ⁂ ⁂ ○ אא (∵)	ל ⁂ ⁂ ○ מ	ל ⁂ ⁂ ○ א	3.

Verba מל. §. 28. B.				
	Praet. Etta.	Praet. Aph.	Fut. Pe.	
	⁂ ⁂ ⁂ אא (∵)	⁂ ⁂ ⁂ א	⁂ ⁂ ⁂ מ	B.

I. Verba cum debili prima radicali.

A. *Verba primae radicalis* ܢ (נון).

§. 26.

1. Prima radicalis ܢ sine vocali leviter tantum radici agglutinata servatur in Praet. Pe., ubi quieta fluit oratio, ut ܢܣܒ *accepit;* 3. f. S. Gen. 16, 3. ܐܢܣܒ; 3. Pl. m. Gen. 43, 15. (14.) ܢܣܒ; in Part. Pe. Pass., ut Exod. 13, 4. ܢܦܩܝܢ *egredientes;* 14, 8. et in tota Coniugatione Ethpeel; ut Gen. 3, 23. ܢܬܢܣܒ (=Syr. ܢܬܢܣ) *sumtus est;* aut ubi vocali non caret, ut in Part. Pe. act. Num. 1, 20. ܢܦܩ *egrediens;* fem. Gen. 15, 12. ܢܦܠ *cadens;* in toto Pael, ut in Inf. Gen. 31, 28. ܢܫܩ (= נַשֵּׁק) *osculari*, et Ethpa., ut Gen. 49, 10. ܢܬܟܢܫܘ *congregabuntur*, *ducentur;* 43, 18. (17.) ܢܬܢܦܠ (=לְהִתְנַפֵּל); Exod. 9, 24.

Annot. Nec tamen desunt exempla, ubi ܢ adeo abiicitur in Praet. Pe., quo comprobatur, quod supra diximus, leviter tantum radici adhaerere, ut Gen. 19, 15. ܣܠ *ascendit;* v. 28. 21, 14. ܣܒ *accepit;* 24, 50. ܦܩ *exiit;* v. 63. 25, 25.; 14, 10. ܢܦܠ *ceciderunt.* Cf. §. 8. 2. — Forma 3. f. Sing. Praet. hebraica legitur Exod. 21, 3. ܢܦܩ *exiit; egressa est.*

2. Abiicitur autem ob rapidiorem enuntiationem in Imperativo Pe. ut plurimum cum A (rarius cum O) efferendo, ut Gen. 6, 21. ܣܒ *sume;* 8, 16. ܦܩ *egredere;* 19, 22. 27, 25. 43, 11. ܣܒܘ *sumite;* 44, 17. Cum autem praeter duo Imperativi plene cum ܘ scripti exempla, quae Gen. 19, 12. ܦܩܝ (=הוֹצֵא) *educ;* et v. 14. ܦܩܘ *exite* leguntur, haud plura investigare nobis contigerit, noluimus cum Castello hanc formandi rationem paradigmatis loco dare, sed tantum vulgari flexioni adscribere et uncinis includere placuit, ne quis eam pro vulgari haberet. Similiter abiicitur ܢ in Infinitivo Peal Imperativo quoad formam cognato et in omnibus fere, quae vidimus exemplis cum praefixo ܫ instructo, ut Gen. 4, 11. ܣܒܫ *suscipere;* 28, 6. 43, 18. (17.); 11, 2. ܠܡܫ *proficisci;* Exod. 12, 23. 16, 28. 19, 23. (cf. tamen Annot.).

Annot. In Imperativis tamen haud raro ܢ retinetur; ut Gen. 43, 16. (15.) ܢܛܠ *macta;* Exod. 7, 19. ܡܐ *extende;* 8, 5. 16. 9, 22. 10, 21. Quemadmodum autem in Imperativo verbi ܐܡ *descen-*

dit, ut Gen. 45, 9. 42, 2. Deut. 9, 12. sequenti literae ∇ erit tribuendum, quod ן servetur, ita et in reliquis similis causa, forte adspirata litera, subesse videtur. Infinitivus cum ל ante 3. rad. saepius occurrit, quo non solum absoluta Hebraeorum forma, ut Gen. 27, 30. ᑭצנש = יָצוֹא Num. 13, 31. ᑭצלש = עָלֹה 21, 2. ᑕצאש = נָתוֹן 27, 6. Deut. 15, 10., sed etiam constructa exprimitur, ut Gen. 24, 11. ᑭצנש = צֵאת; 35, 18.; et ן abiicere neglectum vidimus Gen. 8, 7. ᑭצנן = יָצוֹא 12, 10. ∇צמן = גּוּר; 44, 5. מצלן = נַחֵשׁ *augurando*. Singularis praeterea Inf. forma invenitur Exod. 21, 7., ubi hebr. צֵאת redditur per ᗅמᑭצנש, nec minus raro legitur Gen. 43, 20. (19.) מᗅצמ∇ש = יָרֹד; quo et pertinent Exod. 34, 29. ᗅצᗅמ∇ = יֶרֶת in regimine et ibid. ᗅᗅצᗅמ∇ = יִרְדוֹ cum Suff. a ᗅ∇ן *descendit*. Hebraicae redduntur literae Deut. 26, 19. in ᗅᗅגᗅ = לְתִתְךָ.

3. In iis denique Verbi formis, in quibus ן cum Praefixis ita iungitur, ut syllabam claudat, assimilatur sequenti radicali; quo pertinent praeter Futurum Pe., ut Gen. 44, 33. ᑭצלמ *ascendet*; Exod. 16, 29. ᑭצנמ *exibit*; Num. 13, 31. ᑭצלן *ascendemus*, totum Aphel et Ettaphal. Sic Praet. Aph. legitur Gen. 15, 5. ᑭצנᗅ *eduxit*; 37, 28. Exod. 12, 17. ᗅᑭצנᗅ *eduxi*; Futurum Num. 27, 17. ᑭצנמ *educet*, Num. 1, 51.; Imperativus Exod. 3, 10. ᑭצנᗅ *educ*; 8, 5.; Infinit. Exod. 6, 13. ᗅᑭצנש et Part. Gen. 49, 17. ᑕצנש *abiiciens*. Ettaphal Gen. 38, 25. ᑭצᗅᗅנᑭ *eductus est*.

Annot. Plura tamen et hic reperiuntur, quae luculenter ostendunt, Samaritanos huius proprietatis non omnino fuisse tenaces. Nam in Futuro haud rara sunt exempla, in quibus ן servatum videmus, ut Lev. 16, 11. ᑭצלנמ *mactabit* v. 15. 14, 50.; Num. 19, 3.; Lev. 19, 18. ᑭ∇נᗅ *servabis* (v. 19. ᑭצᑭ∇ᗅן); 20, 17. ᑭᑭלנמ (qui) *acceperit*; Deut. 29, 28. 32, 11. et alibi saepius. Idem valet de verbo ᗅ∇ן, ut Exod. 9, 19. ᗅ∇נמ (Exod. 19, 18. tamen ᗅ∇מ); Deut. 28, 24. Num. 24, 19. ob causam iam prius allatam. Neque tamen haec, nisi has formas cum Cellario p. 104. ad Aphel eiusdem radicis referri malueris, confundenda sunt cum aliis, quae velut a radice eiusdem significationis ᗅ∇ᗅ descendunt, quae legitur Exod. 34, 5. pro וַיֵּרֶד, ad quam pertinent Num. 16, 30. ᑕצᗅ∇ממ (= וְיָרְדוּ) 34, 11. 12., Infin. Exod. 32, 1. ᗅ∇מש Gen. 46, 3. Interdum quoque ᗅ retinetur, ut Exod. 19, 11. ᗅ∇ᗅמ = יֵרֵד, quod non cum Castello in ᗅ∇ᗅמ mutandum et ad Ettaph. referendum esse existimem. Abiicitur quoque ן terminationis ᑕן Gen. 14, 24. ᑕᑭלמ *accipient*; et 2. fem. Sing. cum ן paragog. legitur Gen. 30, 15. ᑕמᑭלᗅ = וְלָקַחַת. Porro in Aphel ᗅ characteristicum permutatur cum ᗅ, ut Gen. 11, 31., ubi Samaritanus verba hebraica וַיֹּצִאוּ אִתָּם, qui legendum putaret אִתָּם, ad sensum emendaret vertens ᑕᗅᗅמ · ᑭᗅᗅ *eduxit eos*; Gen. 14, 18. 19, 6.; 31, 32. ᑭᗅᗅ = הֹכִיר; 37, 32. 38, 25. 42, 8. Exod. 13, 3. legitur adeo ᑭᗅᗅᗅ = הוֹצִיא alterutra litera initiali redundante; similiterque 35, 5. ᗅ∇ᗅᗅ = הוֹרֵד

et Imperat. Gen. 8, 17. ܦܘܩܢܐ = הוֹצֵא plene scriptus. Haud minor exemplorum numerus reperitur, in quibus in Aph. ܢ radicale servatur, ut Gen. 8, 13. ܐܝܒܫܘܢ *exsiccarunt;* 27, 14. ܐܢܣܒ *sumsit;* 18, 8. 21, 21. 50, 21. ܐܬܢܚܡ *consolatus est;* 18, 15. Exod. 31, 17. 14, 27. Num. 10, 12., Infin. Gen. 1, 14. ܠܡܢܗܪ = לְהָאִיר *ad illustrandum* Exod. 13, 21.; quod inprimis observatur in verbis, quae simul sunt ܠ, ne forte saepius una tantum litera radicalis in quibusdam formis superesset, ut Gen. 4, 4. ܐܝܬܝܢ *adduxit;* 31, 39. Exod. 19, 4. Deut. 26, 10.; 33, 7., Fut. ܬܝܬܝܢ *introducas* Lev. 7, 30. Deut. 12, 6. 11. Cum hebraicis ferè literis transcripta forma occurrit Exod. 7, 5. ܬܘܨܐܬܝ = הוֹצֵאתִי.

B *Verba primae radicalis* ܐ (ܐܢ).

§. 27.

1. Cum ܐ inclinet ad vocalem E, in radice horum verborum ut apud Syros (ܐܙܠ, ܐܙܝܠ) haud dubie per E erit efferendum, idque tenendum erit non modo in Praet. et Imperat. Pe., ut ܐܙܠ *abiit;* et Imp. Gen. 12, 19. ܐܙܠ = לֵךְ; sed etiam in Ethpe. reiecta vocali E ut apud Syros sub ܐ syllabae reflexivae, ut Gen. 10, 9. ܐܬܐܡܪ *dictus est;* Exod. 21, 28. ܢܬܐܟܠ (=יֵאָכֵל) *comedetur;* ubi tamen ܐ haud raro quoque excidit, ut Gen. 15, 13. ܐܬܐܡܪ; Fut. 22, 14. ܢܬܐܡܪ 48, 1. 2. Exod. 18, 6.; Gen. 6, 21. ܢܬܐܟܠ = יֵאָכֵל; in Participio Pe. autem activo, in Pa. et Ethpa. enuntiatur cum vocali A. Sic Part. Pe. Exod. 12, 15. ܐܟܠ (אָכֵל) *comedens;* Pa. Deut. 12, 2. ܬܐܒܕܘܢ = תְּאַבְּדוּן 17, 20.; Ethpa. Exod. 33, 4. ܐܬܐܒܠܘ (=וַיִּתְאַבְּלוּ) *luxerunt.*

Annot. Quemadmodum Syri in Imper. verbi ܐܙܠ primam radicalem abiiciunt, ita quoque in textu Samaritano Gen. 22, 2. legitur ܠܟ = לֵךְ Syr. ܙܠ, licet alibi ܐ retineatur (cf. Gen. 27, 13. 45, 17. Exod. 2, 8. 19, 10. etc.). Prima Sing. Praet. Pe. cum ܐ ante ܐ inserto legitur Gen. 30, 16. ܐܐܝܬܝ *emi.* Forma 3. Plur. Praet. cum ܢ parag. occurrit Gen. 19, 2. ܐܡܪܢ *dicunt;* cum ܐ ante ܝ Exod. 24, 11. ܝܐܬܚܘ *adhaeserunt;* et 3. f. Sing. hebraica Num. 21, 28. ܐܟܠܬ = אָכְלָה *comedit.* Participiorum formae cum ܝ ante 3. rad. leguntur Deut. 33, 9. ܐܡܝܪ = הָאֹמֵר Exod. 10, 8. et alibi; Futurum Hebraeorum Ni. Samaritanis literis transcriptum invenitur Lev. 11, 34. ܢܬܐܟܠ = יֵאָכֵל; et interdum in Pa. in iis formis quae praeformantibus augentur ܐ rad. eliditur, ut Deut. 11, 19. ܠܡܠܦ (cf. Ch. אִלֵּף *docuit*) = וְלִמַּדְתֶּם 4, 1. 10.

2. Post literas praeformativas ܐ radicale transit in ܡ in Futuro et Infinitivo Peal, ut Gen. 3, 22. ܢܬܡܢ *comedet;* v. 14. Exod. 9, 15. ܬܒܡܐ *peribis;* Gen. 45, 28. ܢܙܡܐ *ibo;*

Exod. 3, 13. ܐܡܪܬܘܢ *dicetis;* Inf. Gen. 24, 5. ܠܡܐܡܪ v. 33. ܠܡܡܪ, 1, 23. ܐܡܪܬܠ = לֵאמֹר. Idem observatur in Aph. et Ettaph., ubi rarius mutatur cum ܝ. Exempla haec sunt: Praet. Aph. Gen. 45, 26. ܗܝܡܢ (Syr. ܗܡܝܢ) *credidit;* Exod. 16, 32. ܐܟܝܡܐ *cibavi;* Fut. Num. 11, 18. ܠܝܡܢ = וַיַּאֲכִיל; Exod. 4, 1. Imper. ܠܝܡܐ *ciba;* etc. Ettaph. Praet. ܡܬܩܝܡܐ *aggravatus est;* Fut. Exod. 5, 9. ܢܬܩܝܡܐ = תִּכְבַּד; Part. Gen. 3, 8. ܡܬܗܠܟܢܐ = מִתְהַלֵּךְ *ambulans.* Formae, in quibus ܐ cum ܝ permutatum est, leguntur Deut. 4, 40. ܢܐܪܟ (תַּאֲרִיךְ) *prolongabis;* 22, 7.; 30, 18. Num. 9, 19. Ettaph. Gen. 26, 8. ܢܬܪܟܝܢ *prolongati sunt.*

Annot. Reperiuntur tamen, quae ab hac regula prorsus recedant; utque a Futuro Pe. ordiamur, prae ceteris notandae sunt formae 3. aut 2 Plur. m. abiecto ܢ, ut Gen. 3, 1. ܬܟܝܠܘܢ *comedetis;* 12, 12. Exod. 23, 11. et alibi. Ad Hebraeorum flectendi rationem retento radicali ܘ deprehenduntur exempla Gen. 38, 11. ܬܝܒܘܢ; 43, 11. (10.) Deut. 18, 17.; Exod. 29, 32. ܠܝܒܘܢ v. 33.; 20, 12. ܢܬܪܘܢ (ut) *prolongentur;* Num. 24, 20. ܬܒܘܢ · ܬܘ *donec perdatur* (v. 24. ܬܒܢܢ); 1. Sing. abiecto ut apud Hebraeos rad. ܘ occurrit, Deut. 12, 20. ܠܝܟ (= אָכְלָה) *edam;* et 3. f. Plur. cum terminatione ܢܢ (Syr. ܢ) Lev. 26, 26. ܢܢܐܢܢ *coquent* sc. mulieres panem. — Quod Infinitivum Pe. attinet, inveniuntur praeter vulgarem formam aliae, quae vel ܘ cum ܐ permutarunt, ut Gen. 12, 9. ܗܠܟ = הָלוֹךְ; vel inserto ante 3. rad. ܘ, ut 11, 31. ܠܘܟܬ = לֶכֶת; vel addito in fine ܢ, ut Gen. 31, 30. ܢܗܠܟܢ = הָלוֹךְ; aut simpliciter Num. 22, 14. ܗܠܟ = הָלֹךְ. Aliae sibi vindicant ܐ in fine, ut Lev. 25, 7. ܐܠܡܢܠ = לֶאֱכֹל et sine ܢ adeo cum hac terminatione exstant exempla Deut. 4, 26. ܐܒܕ = אָבוֹד 8, 19. 30, 18. Infinitivus לֵאמֹר praeter formam supra allatam exprimitur Gen. 22, 20. per ܐܡܪܢ, 24, 7.; aut transcriptis nonnisi literis Hebraicis reperitur, ut Gen. 26, 7. ܐܡܪܠ, 31, 1.; aut circumscribitur Participio, ut Gen. 23, 5. ܡܢܐܡܪ; 18, 12. ܐܡܪ sc. Sara. Pro ܐܢܡܢܡܠ autem, quod legitur Num. 27, 2. haud dubie restituendum erit ܐܡܢܡܠ, cum alibi nec reperiatur, nec idonea ratione defendi possit. — Exemplorum, in quibus Aphel cum ܐ scribitur, plura deprehenduntur, ut Deut. 26, 18. ܐܡܪܐ v. 17.; ad Syriacam formandi rationem accedit Gen. 15, 6. ܗܝܢܐ, 39, 5. (vid. supra); et Part. hebr. legitur Deut. 8, 16. ܡܐܟܝܠ = מַאֲכִיל. Quas autem invenies formas Deut. 8, 3. ܡܐܟ (cum Suff. ܡܐܟܘ) = וַיַּאֲכִלְךָ et Num. 11, 25. ܡܗܐܨ = וַיַּאֲצֵל, alteram ex ܠܡܐܟ transpositis vitiose literis depravatam puta, in altera hebraici Hiphil notas prae se ferente radicalem literam excidisse existimes.

C. *Verba primae radicalis* ܢ (ܢܘ).

§. 28.

Duplex est horum verborum ordo, ut apud Hebraeos, cum sci-

licet in aliis ܡ ex litera ܝ ortum, in aliis autem proprie ܡܢ dicendis vera sit radicalis.

A.) Illorum proprietates hae sunt:

1.) Litera ܡ pro ܝ, quae ab initio radicis inprimis, ubi vocali careret, vix se tenere posset, posita in Praet., Infin., Partt. Pe. et in toto Ethpeel servatur, et ita quidem, ut, si Syrorum, ut par est, sequimur enuntiandi rationem, in iis formis, in quibus prima radicalis vocali destituta esse solet aut cum litera praeformativa in unam syllabam coalescit, pro natura sua vocalem I, in qua quiescat, sibi vindicet, ut Praet. Pe. ܬܠܡ (Syr. ܝܠܕ) *peperit;* Part. Pass. Gen. 14, 12. ܝܬܒܡ *sedens*, Inf. Gen. 4, 2. ܬܠܡܝܬ, 16, 16. 29, 35. Ethpe. (remissa vocali I in praecedentem literam ܐ syllabae reflexivae) Praet. Gen. 6, 1. ܬܠܡܐܐ (=ܐܬܝܠܕ), Part. Exod. 1, 22. ܬܠܡܐܝܬ 5, 13.; mobilis autem fiat, ubicunque aut vocali auxiliari opus est assumta media radicali ad primam syllabam formandam, quae vel E esse solet in 3. f. et 1. Sing. Praet., ut Gen. 16, 1. ܐܬܠܡ=ܝܠܕ, vel A in iisdem et reliquis Coniugationis Ethpeel formis, in quibus afformativa syllaba a vocali incipiens postulat, ut adiungatur ei tertia radicalis, ut Gen. 8, 7. ܐܫܬܒܡܐܐ (=ܐܬܝܒܫ) *siccata est* sc. aqua; et duae priores radicales vocali destitutae hac vocali iungendae sunt; aut ubi prima radicalis sua gaudet vocali, ut in Part. Pe. Gen. 9, 12. ܬܗܡ (יָהֵב) *dans;* quo et pertinerent Pael et Ethpaal, si ulla eius deprehenderentur vestigia. Ceteroquin, ut apud Syros, radices vocalem Verborum intransitivorum E videntur assumere, quae in Fut. et Imperat. cum A permutanda est.

Annot. Quam debilis haec litera fuerit, apparet exinde, quod aliquoties adeo in Praet. Pe. (ut ל Verborum לנ §. 26. 1. Annot.) abscindatur, ut Gen. 19, 30. ܬܐ pro ܬܐܡ *habitavit;* 21, 16. ܐܬܐ = וַתֵּשֶׁב. Idem valet de Verbo ܐܙܠ *ivit*, quod ut apud Hebraeos flexionem horum Verborum sequitur, ut Gen. 9, 23. ܙܐܙ pro ܙܐܙܠ et 21, 16. ܐܐܙ=וַתֵּלֶךְ. Infinitivi hae praeterea occurrunt formae; sine ܡ Gen. 4, 12. ܬܗܐܙ=לָתֵת; sine ܐ Deut. 2, 31. ܬܗܡ=תֵּת Num. 20, 21.; pro absoluta Hebraeorum forma יָכֹל legitur Num. 22, 38. ܠܐܙܡ; 13, 31. ܠܙܐܐ; et hebraicae tantum literae transcriptae reperiuntur Deut. 9, 28. ܐܠܐܡ=יָכֹלֶת, 23, 13. ܐܬܫ=שֶׁבֶת et cum Suff. ܐܐܬܫ =שִׁבְתְּךָ. — Ubi vero Num. 18, 6. pro Part. Pass. נְתוּנִים occurrit ܢܡܬܡ *dati*, cuius plena forma ܢܡܬܡܗ deprehenditur ibid. c. 3, 9., lectio haud dubie est defectiva Syrorum more enuntianda, qui in

verbo [illegible] itidem [illegible] occultant, ita ut ex hoc saltem exemplo colligi possit, et hanc efferendi rationem Samaritanis non prorsus fuisse incognitam.

2. Abiicitur autem [illegible] in Futuro et Imperat. Pe., in quorum altero hoc facile rapidiore eloquendi ratione excusatur. Utriusque cum vocali A efferendae formae hae sunt: Imp. Gen. 20, 15. [illegible] *sede;* Plur. 22, 5. [illegible] Exod. 16, 29.; Gen. 47, 16. [illegible] *date;* Fut. Gen. 23, 9. [illegible] *dabit;* 12, 7. [illegible] *dabo;* 15, 2. 44, 1. [illegible] *poterunt;* Deut. 21, 15. Num. 13, 31. [illegible] *poterimus.*

Annot. Servatum tamen videmus in Imperat. [illegible] Gen. 14, 21. [illegible] *da,* forte ob debilem mediam literam [illegible]. Huius Verbi Imperativi praeterea hae usitatae sunt formae, mutato [illegible] in cognatam [illegible], ut Gen. 30, 14. [illegible] pro [illegible], aut [illegible] in [illegible], ut v. 26. [illegible] = תְּנָה; 34, 8. [illegible] = תְּנוּ v. 12. Exod. 7, 9. Similiter in Fut. passim retinetur, ut Gen. 3, 16. [illegible] *paries;* 16, 11.; et 13, 6. [illegible] *poterunt.* Licet autem Futurum huius verbi alibi ad regulam 2. formetur, Samaritanus tamen interdum quoque Hebraeum imitatus est, ut Num. 22, 11. [illegible] = אוּכַל, Gen. 13, 16. [illegible] = יוּכַל.

3. Permutatur denique rursus cum radicali [illegible] in Aphel et Ettaphal, quod in fine syllabae facile cum praecedente vocali A in diphthongum Au coalescere atque ita propria radix restitui possit. Exempla reperiuntur Praet. Aph. Gen. 11, 15. [illegible] *genuit;* 18, 29. [illegible] *addidit;* Fut. Exod. 16, 19. [illegible] *relinquet;* 12, 10.; Imper. Exod. 20, 12. [illegible] *honora;* Infin. Num. 16, 40. [illegible] *incendere;* Part. Exod. 22, 6. [illegible] *accendens;* Ettaph. Praet. Gen. 32, 24. [illegible] *remansit;* Exod. 10, 15.; Fut. Gen. 38, 24. [illegible] *comburetur;* (Inf. Gen. 47, 4. [illegible] *ad peregrinandum;*) Part. Exod. 29, 34. [illegible], *relictus, reliquus;* Num. 36, 3. 4.

Annot. Formae magis Hebraicae inserto [illegible] inter 2. et 3. rad. reperiuntur Gen. 11, 10. [illegible] 5, 18., permutato [illegible] cum [illegible] Gen. 25, 19. [illegible] (pro [illegible] = יוֹלֵד Gen. 17, 17. forte legendum [illegible] *gignam;* aut, ut Exod. 4, 12. in [illegible] = וְהוֹרִיתִיךָ *docebo te,* [illegible] positum est pro praeform. [illegible]); 22, 23 48, 6. Exod. 36, 7., Inf. Lev. 19, 17. [illegible] = הוֹכֵחַ et ibid. Fut. [illegible]; Ettaph. 16, 21. [illegible] = וְהִתְוַדָּה *confitebitur.* Participium נוֹרָא *timendus* expressit Samaritanus Exod. 15, 11. iisdem literis [illegible]; Hebraeorum Pyal יָלַד reddidit Gen. 10, 25. [illegible] *geniti sunt* forma Part. Pass. Pe. cognata, et ita quoque Gen. 21, 3. Hebr. נוֹלָד vertitur per [illegible] et alia plura.

B. In altera autem classe horum Verborum litera [illegible] mere radicalis ubivis retinetur. Pertinent huc [illegible] *bonus fuit;* [illegible]

suxit; ܐܚܡ *possedit;* ܠܘܡ *mutuo accepit;* ܚܘܡ s. ܚܝܡ *pepercit;* ܡܘܡ *redundavit;* ܐܙܡ *ivit;* (ܚܝܡ *pretiosus fuit*). Exempla haec sunt: Fut. Pe. Gen. 21, 10. ܐܚܡܡ *haereditabit;* 22, 17., Inf. Lev. 20, 24. ܐܚܡܝܐ *ad possidendum;* Aph. Praet. Exod. 1, 20. ܛܘܡܐ *benefecit;* 2, 9. ܐܐܝܠܡܐ *lactavit* (inserto ܐ ante ܐ); 14, 21. ܐܙܡܐ *abire fecit;* Fut. Gen. 32, 9. ܛܘܡܐ *benefaciam;* Infin. Lev. 5, 4. ܠܛܘܡܝܐ *ad benefaciendum;* Ettaph. Praet. Gen. 34, 18. ܨܛܘܡܐܐ *placuerunt;* 18, 20. ܐܚܝܡܐܐ (=כָּבְדָה) *grave fuit;* Fut. Gen. 12, 13. ܛܘܡܐܡ (ut) *bene sit.*

Annot. In his quoque inseritur in Aph. ܡ, ut Exod. 2, 7. ܝܡܠܡܐ = תֵּינִיק *lactabit;* aut ܐ permutatur cum ܗ, ut Deut. 5, 28. ܨܛܘܡܗ *bene se habuerunt* 18, 17.; Inf. Gen. 32, 12. ܨܛܘܡܗ = הֵיטֵב.

II. Verba contracta.

Verba mediae radicalis ܝ *et* ܡ (ܝܘ — ܡܘ).

§. 29.

Quam debiles sint literae ܝ et ܡ ab initio radicis et secundum quas leges aut abiiciantur et permutentur, aut retineri ac restitui possint, supra vidimus. Similia patiuntur in media radice, dum vel prorsus cedunt earumque loco aliae substituuntur literae vocali formarum magis consentaneae, vel retinentur et cum vocali coalescunt, quo utroque modo radix ita contrahitur, ut ex duabus tantum radicalibus composita videri possit. Sunt autem in his radicibus haec tria potissimum accuratius consideranda, quando scilicet media radicalis aut prorsus dispareat suffecta eius loco litera (ܐ et ܘ) longam vocalem indicante, vel retineatur et cum vocalibus O et U coalescat; aut mollescat in ܡ vocali E et I enuntianda, aut denique quando eadem litera ܡ mobilis fiat. De his deinceps agetur.

1. Ubi vocalis formae propria retinenda est, at parum consentit cum ܝ et ܡ media radicali, tum utraque pro debili sua natura cedit eiusque loco substituitur litera vocali significandae magis idonea. Quam cum Hebraei in Praet. Pe. transitivorum Verborum ܐ = ā esse vellent, Samaritani in eo ab iis discedunt, quod pro eo saepius ܘ (cf. §. 6.) admittant, quod non alia de causa factum fuisse arbitramur, quam quia in intransitivis ܐ pro natura sua etiam ad vocalem E inclinans cum ܡ quoque variaret. Illustrantur haec his exemplis: Gen. 4, 8. ܩܘܡ *surrexit;* 18, 7.

ܪܘܩ *cucurrit;* 36, 8. ܥܘܬ et 19, 30. ܥܐܬ *habitavit;* 30, 6. ܕܘܬ *iudicavit;* 21, 11. ܫܡܥ (licet quoque ܫܘܥ) *malus fuit;* 25, 8. ܐܡܝܬ (44, 22. ܐܐܝܬ) *mortuus est.* Adscita haec litera retinetur quoque in reliquis Praet. flexionibus, ut Gen. 29, 12. ܐܪܘܥ *cucurrit;* 24, 20. Lev. 13, 28.; Exod. 20, 18. ܝܬܘܥ et fem. Num. 27, 2. ܡܬܘܥ; Exod. 7, 21. ܐܐܡܝܬ; 20, 19. ܕܕܐܡܝܬ. Aeque frequenter tamen quoque defective scribuntur, ut Gen. 25, 34. ܝܬ; 29, 14. ܥܬ; Gen. 7, 17. ܐܝܬܥ *elevata est* sc. arca.; 14, 7. ܝܥܫ *redierunt;* Num. 32, 14. ܕܝܐܝܬ; et alia multa. Bis adeo deprehendimus Praet. cum ܝ in verbo ܕܝܥ *aptavit* Gen. 1, 27. et 24, 44. (cf. hebr. בוֹשׁ). In Coniugationis Peal tempore futuro autem reliquisque modis formandis non satis sibi constant. In Futuro enim, ubi pro vocali huic Tempori propria exspectaveris radicalem ܝ in transitivis, aut ܡ in intransitivis, quae hanc literam mediam radicalem obtinent, utraque hac litera cum vocali coalescente, ut Gen. 27, 31. ܝܥܝܡ; 16, 5. ܕܡܬܡ; 26, 4. ܝܡܫܐ *ponam;* tamen quoque reperies ubique Fut. verbi ܐܝܝ, cuius Praet. erat ܐܡܝ, scriptum cum ܝ, ut Gen. 26, 9. ܐܝܝܐ *moriar;* 33, 13.; in aliis intransitivis adhibetur ܐ, ut Gen. 21, 12. ܫܐܥܡ *malus erit;* aut ܘ = a fortassis ob gutturalem ܥ Deut. 28, 30. ܥܘܬܐ 11, 31. ܕܥܘܬܐ, licet et alibi, ut 12, 10. ܕܥܥܬܐ legatur, nec non in transitivis, ut Lev. 17, 13. ܬܘܡܡ *venabitur.* Idem observavimus in Verbo ܝܥܝ, ubi eo redditur Hebraeorum עָמַד, ut Exod. 21, 21. ܝܘܝܡ = וְעָמַד Num. 27, 21. Lev. 18, 23. 19, 16. Gen. 45, 9. Num. 1, 5. Deut. 19, 17. 27, 12. 13. Nullibi Futurum defective scribitur. — Imperativus autem, qui plerumque retinet ܝ, ut Gen. 13, 17. ܝܥܝ, 19, 14. ܝܥܝܥ, 21, 18. ܡܝܥܝ; aut ܡ, ubi Verbum est ܡܘ, ut Gen. 19, 2. ܕܐܡܥ (cum ܕ parag.) *pernoctate;* saepius defective legitur, ut Gen. 19, 15. ܝܝ (Exod. 20, 22. et Deut. 5, 31. ܝܘ = עֲמֹד); 27, 3. ܬܡ *venare;* 29, 19. ܥܬ 35, 1. et alibi. — Infinitivus porro licet in plerisque exemplis obtineat ܝ, ut Gen. 13, 6. ܥܝܬܝ, 31, 35. ܝܥܝܝ; 47, 29. ܐܝܝܝ (Gen. 25, 32. tamen ܐܡܝܝ et Deut. 31, 14. ܐܐܝܐ) 19, 20. 42, 3. 43, 20. et alibi saepius, admittit tamen quoque saepius ܘ, ut Gen. 27, 5. ܬܘܡܝ; Lev. 26, 35. ܥܘܬܝ; Exod. 9, 11. (Num. 16, 9. et Deut. 10, 8. ܝܘܝܐ = לַעֲמֹד) et defective, quanquam rarius, occurrit, ut Num. 21, 15. ܥܬܝ; aut inserit, ubi pro Infinitivo Hebraeorum absoluto ponitur vel

cum Suff. iungitur, ante ܝ literam ܡ, ut Gen. 20, 7 ܡܙܡܢ *pereundo;* 19, 35. ܐܬܩܡܬ *cum surgeret illa.* Nec denique una est Participiorum formandi ratio; dum enim alibi ut apud Hebraeos magis accedit ad Praeteriti formam, ut Gen. 24, 3. ܝܬܒ aut Gen. 14, 7. ܝܫܒ = יוֹשֵׁב; 24, 13. ܢܨܒ = נִצָּב; Exod. 12, 30. ܡܝܬ = מֵת, Pl. v. 33. (pro quo Deut. 4, 22. ܡܝܬܝܢ et Gen. 30, 1. fem. ܐܡܝܬܝܢ); aliis in locis in mediam radicem recipit ܐ vel simpliciter, ut Gen 50, 5. ܡܐܬ; Deut. 3, 5. ܢܐܬ (cf. §. 6. 1. E.); vel sequente adhuc ܡ, ut Num. 13, 20. ܝܡܐܬ, et Plur. Deut. 2, 23. ܢܡܝܡܐܬ; aut ܡ loco literae ܐ, ut Gen. 15, 14. ܝܡܬ 18, 25.; Lev. 25, 10. ܐܡܝܡܬ = יִשְׁבֶּיהָ, aut denique cognoscitur litera ܝ, quam ܡ aut ܒ antecedit, ut Gen. 18, 8. ܢܨܒ = עָמַד; Lev. 18, 26. ܝܨܡܝ *peregrinans.*

Annot. Licet autem in his, quae iam exposita sunt, reperiantur plura, quae a propria ac vulgari horum Verborum formandi ratione discedere videantur, tamen ea separare noluimus, quia non omnino impropria dici queant; ita ut paucissima supersint, quae seorsim commemorentur. Pertinent huc praeter formas Futuri ܢ in 3. et 2. Plur. m. abiicientes, ut Deut. 32, 38. ܢܨܝܡ; Gen. 18, 3. 5. rarior Futuri forma, quae cum inserto ܡ post Praeform. legitur Deut. 13, 8. ܢܚܡܐ a ܢܨܚ = חוּס *pepercit* (quam Castellus a ܢܚܡ ducit), et Imperativus ܫܡܒ = שְׁכֹן, qui legitur Gen. 26, 2. Hebraici Verbi בוֹא exempla leguntur Deut. 23, 11. ܐܬܐ = בוֹא et Lev. 9, 23. ܐܬܐ = וַיָּבֹא.

2. Altera proprietas haec est, ut media radicalis vocali E, cui ܝ nunquam accommodari potest, in Coniugationibus Ethpeel et Aphel, quibus accedit quoque Ettaphal cum ultima syllaba (Chald. אִתְּקִים), id postulante convertatur in ܡ huic vocali maxime cognatum, ita ut et hic radix contracta appareat; et cum vocali I efferatur. Probantur haec his exemplis: Ethpe. Praet. Gen. 28, 16. ܐܡܒܐ (= אִתְּעַר) *evigilavit;* Aph. Praet. Gen. 47, 2. ܢܡܩܐ *collocavit;* 8, 21. ܚܡܐ *odoratus est;* 18, 27. ܐܡܬܐ *respondit;* 19, 28. Fut. Num. 6, 25. ܐܡܢܡ *lucere faciat;* Exod. 20, 17. ܢܡܩܐ *eriges;* Gen. 17, 7. ܢܡܩܐ *stabiliam* i. e. *faciam;* Imperat. Deut. 26, 15. ܩܡܬܐ *respice;* Part. Gen. 9, 9. ܢܡܩܢ; Exod. 34, 35. ܐܡܢܢ. Ettaphal autem, quod non literis ab Ethpe. et Ethpa. differt, sed modo significatione dignoscitur, ut Gen. 4, 5. ܚܡܐܐ *odoratus est, olfecit* ab Aph. ܚܡܐ; interdum, ut ne confundatur cum his, scribitur sine ܡ, ut ܚܢܐ, quod ab Aphel ܚܢ *quietem de-*

dit reflexivam sibi vindicat notionem *quietem sibi concessit* i. e. *quievit;* Gen. 8, 4. 18, 4. et eodem referendum esse arbitror Num. 9, 15. ܩܝܡܐ *erectum est.*

Annot. Ad eas formas, quae a vulgari flexione discedunt, pertinet Gen. 23, 8. (3. f. Sing.) ܐܡܗܡܬܐ · ܐܢ *si placuerit* sc. animae vestrae, nisi ܡ ante ܐ vitiose insertum. In Aph. saepius ܐ praef. transit in ܗ, ut Gen. 24, 54. ܗܐܡܬܗ *pernoctarunt;* Num. 30, 15. Deut. 29, 13. Gen. 47, 6.; aut defectiva exstat scriptio, ut Exod. 20, 11. ܒܢܐ *requievit;* Num. 20, 11. ܩܬܐ *elevavit;* Lev. 8, 27. ܢܢܐ *agitavit, ventilavit* et saepius, adeo cum ܗ, ut Lev. 9, 21. ܢܢܗ; Exod. 14, 16. ܩܬܗ; Exod. 5, 22. ܐܫܬܗ *malefecisti;* etc.; aut pro ܡ invenitur ܐ, ut Exod. 5, 23. ܫܐܬܗ; Num. 16, 15. (1. Sing. Praet.) ܐܫܐܬܗ; Gen. 43, 6. ܐܝܐܫܐܬܗ, 44, 5. Deut. 28, 52. Fut. ܦܐܘܡ (et ibid. ܦܘܡ) *obsidebit;* v. 55. ܐܝܦܐܘܡ; aut ܘ, ut Num. 20, 15. ܝܫܘܬܐ *male fecerunt;* Deut. 26, 6. Lev. 5, 4. Inf. ܗܫܘܬܩ Gen. 31, 7. Deut. 28, 56. ܗܩܘܦܗ. Nec desunt formae Futuri abiecto ܢ scriptae, ut Exod. 23, 33. ܝܬܡܒܡ = יַחֲטִיאוּ et 1. Fut. Aph. cum litera praef. ܗ pro ܐ, ut Gen. 17, 19. ܩܡܦܗ (v. 7. ܩܡܦܐ) = וַהֲקִמוֹתִי.

3. Ne autem in Pael et Ethpaal formandis id potissimum negligeretur, quod notioni eorum significandae inserviat, curavit quidem lingua, ut ܝ ob vocalem alterius syllabae in congruam huic transiret literam ܡ, neque tamen cum hac vocali ut in prioribus (Ethpe. Aph. et Ettaph.) coalesceret, sed mobilis fieret, quo idem impetraretur, quod in aliis radicibus media radicali duplicata. Hinc Pael ܩܡܦ = קִיֵּם s. קַיֵּם eodem modo erit efferendum. Ubi autem tertia radicalis syllabae afformativae a vocali incipienti sese adiungit, tum ܡ cum praecedente A in diphthongum Ai abit. Necesse hoc est in 3. f. Sing. (ܐܩܡܦ = קִיְּמָה), 1. Sing. Praet. nec non in 2. f. Sing. et in 2. et 3. Plur. utriusque generis Futuri, ut Lev. 16, 29. 31. ܐܝܩܡܡܐ *ieiunio affligetis;* denique in Participiorum formis praeter Singularem masc. absolutum et constructum. Idem valet de iisdem Coniugationis Ethpaal formis cf. §. 21. 1. et §. 22. 1. Interdum vocalis A prioris syllabae exprimitur litera ܘ, ut Exod. 34, 12. ܩܡܘܦܐ *feries* sc. foedus et v. 10. Part. ܩܡܘܦܩ. In diiudicanda autem passiva forma Ethpaal lectorem oportet respicere ad cognatas dialectos, cum nulla ei sit, qua cognoscatur nota, adeoque illud ܐ desideretur, quo interdum uterentur Samaritani ad Pa. significandum. Hinc v. c. ܒܡܒܐܐ Gen. 25, 23. ideo certe pro Ethpaal declarari quisque maluerit, cum in lingua Chald. et Syr. hoc verbum nonnisi in Pa. et Ethpa. (Ch. חִיל Syr. ܚܝܠ et ܐܬܚܝܠ) reperiatur.

Idem comprobatur verbo [illegible] *reus factus est* i. e. *peccavit* coll. Syr. [illegible]. Praeterea Samaritani imitati sunt Hebraeorum Polel eiusque Passivum, quo vel evincitur, nec notionem verbi intendere neglexisse Samaritanos et procul dubio mediam radicis literam in Pael duplicem enuntiasse. Legitur enim Deut. 32, 6. [illegible] *formavit, paravit;* Exod. 15, 2. Fut. [illegible] *exaltabo;* Ethpolel Praet. Exod. 15, 8. [illegible] *steterunt;* Fut. Deut. 32, 29. [illegible] = יָבִינוּ (utinam) *intelligerent;* Imperat. Exod. 8, 20. [illegible]; Part. Gen. 28, 13. [illegible] 37, 7. 18, 2. (Gen. 16, 2. hebr. אִבָּנֶה *aedificabor* vertitur per [illegible] = אָבִין s. אָבִינָה).

Annot. Interdum haec passiva forma defective scribitur, ut Exod. 2, 4. [illegible]; aut altera litera ultimae syllabae eiecta, ut Gen. 45, 1. [illegible] = נִצָּבִים; Deut. 32, 7. [illegible] = בִּינוּ, cum [illegible] iam satis indicet, quaenam forma sit intelligenda; aut [illegible] syllabae reflexivae permutatur cum [illegible], ut Num. 23, 3. [illegible] = הִתְיַצֵּב Exod. 14, 13.

B. *Verba mediae radicalis geminatae* (▽▽).

§. 30.

1. De contrahenda litera geminata in unam notandum, hoc tum fieri, cum utraque in una syllaba iuncta esse debeat, ita ut media radicalis incidat in tertiam vocali sua sub primam radicalem reiecta. Animadvertitur hoc in toto Peal, in cuius Praeterito vocalis A saepius significatur litera [illegible], excepto Part. Pass., in quo propter intercedentem literam [illegible] haec contractio locum habere non potest; at redit iterum in Aphel et Ettaphal, in quorum priore litera [illegible] inter primam radicalem et contractam geminatam interposita vocali E significandae interdum inservit. Quae quidem formandi ratio his comprobabitur exemplis: Peal Praet. Gen. 7, 7. [illegible] 25, 29. 28, 11. et Gen. 30, 4. [illegible] *venit;* Gen. 18, 11. [illegible] *desiit;* Deut. 9, 21. [illegible] *comminutus est.* Cum autem illud [illegible] = ā interdum quoque in iis servetur personis, quae augentur syllaba, in aliis desideretur, videtur in illis enuntiatio literae geminatae audita non fuisse, in his comprobanda, ut apud Chaldaeos; ita ut 3. f. Exod. 3, 9. [illegible] respondeat Chaldaeorum עַלַת (Gen. 46, 26. contra [illegible] et 1. Praet. Sing. Deut. 26, 3.) 3. Plur. Num. 8, 22. [illegible] sit עַלוּ enuntianda (Gen. 41, 57. [illegible]). Futurum post literas praeformativas assumit [illegible] vocalem I significans, ut Gen. 12, 14. [illegible]; Deut. 20, 19. [illegible] *obsi-*

debis; Gen. 29, 21. ܥܒܕܐ; Lev. 23, 39. ܬܥܒܕܘܢ *celebrabitis festum.* Imperativi formae cum vocali U efferendae leguntur Gen. 30, 3. ܥܒܘ = Ch. עבוד; Exod. 32, 34. ܡܠܠ *duc;* 6, 9. ܫܪܐ *desiste;* Deut. 1, 7. 8. ܥܒܘ = Chald. עבדו. Infinitivi formae hae occurrunt: Gen. 41, 54. ܥܒܕܝܬ; 10, 30. ܥܒܘܝܬ; 12, 11. ܥܒܘ, et quae magis ad Hebraeorum flectendi rationem adspirant; quo pertinent Gen. 38, 13. ܓܙܝܬ = גזוז *tondere;* Num. 14, 7. et Infinitivi absoluti formam reddens inserto ut in Praet. ܐ, Lev. 14, 48. ܥܐܘ = בוא. Cum autem Part act., quod duabus constet syllabis ob duplicem eamque diversam vocalem contractionem literae geminatae non admittat, ideoque ad eam pertineat regulam, in qua exponetur, quando geminata sit retinenda, tamen, cum Samaritani licet rarius hanc legem in eo negligant, hic reticere noluimus contractam quoque occurrere eius formam, ut Deut. 4, 5. ܒܐܝܢ = בָּאִים. Quam vero attulit Castellus formam contractam inserta litera ܐ, ut ܪܐܬ, quae rursus in fem. abiiciatur (ܐܪܬ), investigare non potuimus. In Aphel Gen. 35, 6. ܥܒܐ autem interdum ܐ inter primam et contractam geminatam deprehenditur, ut Gen. 29, 13. ܥܐܒܐ *introduxit;* Fut. Deut. 7, 26. ܥܐܒܐ; Inf. Num. 20, 5. ܐܥܐܒܝܬ; Part. Lev. 18, 3. ܥܐܒܝ. Ettaphal denique formatur secundum Paradigma ܪܬܐܐ *comminutus est.*

Annot. Prae ceteris hic notandum est, frequenter in his, quae adhuc recensuimis formis, occurrere flexionem Verbi regularis h. e. omitti in iis geminatae literae contractionem. Exempla Coniug. Pe. obvia sunt. Praet. Gen. 6, 13. ܥܥܒ; 19, 33. ܐܥܥܒ; 12, 5. ܬܥܥܒ; 27, 2. ܐܝܝܕ *scio;* 37, 29. ܩܪܥ *scidit;* Num. 31, 9. ܬܒܒܘ *depraedati sunt;* Fut. Gen. 29, 3. ܢܬܥܥܘܢ (ut) *revolverent;* Exod. 23, 22. ܒܒܬܝ = וְאָיַבְתִּי *inimicus ero* pro ܒܒܬܐ (similiter Num. 14, 24. ܥܐܒܝ = אביא pro ܥܐܒܐ); Imper. Gen. 16, 2. ܥܥܒ; 19, 34. ܡܥܥܒ; Num. 21, 27.; Aphel Praet. Gen. 27, 33. ܐܐܒܐ *expavit;* 42, 28. ܬܐܐܒܐ; 32, 24. ܫܫܝܐ *luctatus est.* His et aliis confirmatur, quod suspicati sumus, geminatam contractam in iis audiri formis, quae syllaba a vocali incipiente auctae ultima radicali opus habent; in iis autem, quae inserta ܐ pro longa vocali utuntur, alteram literam geminatam reticeri. Formae Coniugationis Aphel cum ܐ praef. in ܐ mutato leguntur Num. 16, 14. ܐܥܐܒܐ; 20, 4. Imper. Gen. 43, 16. (15.) ܥܐܒܐ, 46, 6. et saepius; Exod. 9, 19. ܟܒܐ *congrega.* Singularem Coniug. Aph. formam abiecto ܐ characteristico reperies Gen. 20, 9. ܐܡܥܒ *introduxisti.* In Futuro Pe. ceteroquin omisso post praeform. ܡ plura occurrunt exempla, ut Exod. 23, 14. ܬܒܐ *celebrabis festum;* Deut. 16, 15.; 1, 21. ܐܒܐ (ne) *paveas;* 25, 12. ܡܪܐ *abscindes* 25, 9. Lev. 15, 8.; Exod. 33, 14. ܡܠܐ *ducam.*

2. Ad ea, quae iam supra dicta sunt de geminata litera divisim scribenda, si longa vocalis inter utramque intercedit, quae, quo minus in unam confluere possint literam, impedit, accedit, idem esse observandum, ubi radice in duas syllabas extensa singulae radicales ita vocalibus interpositis distinentur, ut contractio, quae nonnisi abiecta vocali prioris syllabae at formae cognoscendae maxime necessaria efficeretur, locum habere non possit. Hac regula comprehenduntur Participium utrumque Pe. et Coniugatio Pael cum Passivo ipsius Ethpaal, de quibus deinceps exempla afferentur. Part. Pass. Pe. Exod. 29, 40. ܡܫܡܫܢ *conspersus* et ibid. ܡܫܚܝܬ *contusus;* Part. act. simplici forma Gen. 42, 5. ܐܬܝܐܬܐ *venientes*, inserto ܝ inter utramque geminatam Gen. 24, 1. ܐܝܐܬܐ; 38, 12. ܓܙܙܝܢ *tondentes.* Pael Praet. Gen. 8, 15. ܐܡܪ *locutus est;* 29, 13. ܚܒܩ *amplexus est;* 48, 17. ܡܫܟܚ *apprehendit;* Fut. Exod. 20, 19. ܢܡܪܘܢ; Imper. Exod. 16, 12. ܢܡܪ; Inf. Exod. 20, 22. ܠܡܡܪ; 5, 11. ܠܩܛܘܡ *colligere;* Part. Gen. 27, 6. ܡܡܪ; Deut. 28, 29. ܡܡܫܘܫ; Ethpa. Praet. Gen. 20, 17. ܐܬܚܛܝ *precatus est;* 49, 4. ܐܬܚܠܠܬ *profanasti;* Fut. Exod. 39, 23. ܬܬܪܘܢ (ne) *disrumperetur* pro ܬܬܪܚܘܢ. Cf. §. 20. 1.

Annot. Infinitivus Hebraeorum דַּבֵּר redditur diversis formis Gen. 37, 4. legitur ܡܠܡܪ; Exod. 4, 14. ܡܡܪ; inserto ܘ, Deut. 20, 8. ܠܡܡܪܘܢ (et statim v. 9. ܠܡܡܪ). Prima Praet. Sing. Pa. hebraica deprehenditur Gen. 24, 33. ܘܡܡܪܬ = דִּבַּרְתִּי. Praeterea in his verbis haud inusitatae sunt formae Coniugationis Hebraeorum Pilpel eiusque Passivi, ut Deut. 33, 2. ܐܬܐܬ *resplenduit;* Exod. 39, 3. ܡܪܩܪܩ *extenderunt;* Fut. 23, 8. ܡܦܡܦܘܢ *pervertet;* Deut. 33, 12. ܚܦܚܦܘܢ *alas motitabit;* Inf. abs. Exod. 23, 24. ܡܬܪܥܪ *destruendo;* Part. Exod. 16, 14. ܘܢܘܢܝܐ *splendens;* Num. 24, 7. ܢܛܢܛܝܐ *stillans;* et passivae formae Praet. Num. 16, 13. ܐܬܪܥܪܥܬ *principatum tibi vindicas;* ibid. Inf. ܬܪܥܪܥܬ; et abiecto ܬ syllabae reflexivae ܬܬ ob seq. ܛ Exod. 20, 18. ܡܠܛܠܛܬ = וַיָּנֻעוּ. Dubitaverim vero cum Cellario ܠܛܘܡܬܬ pro Ethpaal declarare, tum quod haec formandi ratio in aliis desideretur verbis, cum quia eo Hebraeorum Hoph. הוּבָא exprimatur, quod potius Samaritanorum Ettaphal respondet; ut Gen. 43, 18. (17.) ܡܠܛܘܡܬܬ = הוּבָאוּ et ibid. Part. ܡܘܡܠܛܘܡܬܬ = מוּבָאִים.

III. Verba quiescentia tertiae radicalis ܬ *aut* ܐ (ܬܠ *et* ܐܠ).

§. 31.

Tertia horum Verborum classis haec est, quae a regulari paradigmate in formanda extrema radicis parte discedit. Quae ver-

ba cum in lingua Hebraea in verba לא et לה separentur, apud Samaritanos, ut in lingua Syriaca et Chaldaica, uno paradigmate comprehenduntur. Hic quoque valet, quod iam supra de mediis radicalibus ܝ et ܡ (§. 29.) exposuimus, ut ܐ debilis ille spiritus vel prorsus dispareat, ut in 3. fem. Praet. Pe. et in iis huius Coniugationis formis, quae in ܝ et ܡ exeunt, nec non in Imperativo Plur. masc. et in 2. fem. Sing. Futuri reliquarum Coniugationum, quo devitetur hiatus Orientalibus haud ferendus, vel cedat literae ܡ eius loco suffectae, quo commodius vocales E et I singulis formis ut plurimum propriae exprimantur, et in iis quoque adhibeantur formis, in quibus paradigma regulare alia utitur vocali. In his autem iterum duplex enuntiandi ratio est respicienda, dum scilicet ܡ aut in utraque vocali quiescat, aut mobile fiat, quorum illud litera ܡ radicem terminante aut simplici afformativa litera vel syllaba, quae a consonante incipit, accedente, hoc tum fieri solet, cum syllaba radici addita propter vocalem a qua inchoatur, ultima radicali ubivis cum ܡ permutata opus habet. De his deinceps agetur. Quod igitur prae ceteris ad eas horum Verborum formas attinet, quae 1.) tertia radicali terminantur, tenendum, tertiam radicalem ܐ aut ܝ nonnisi servari in 3. Sing. m. Praet. Pe., in reliquis omnium Coniugationum Temporibus et Modis, in Infinitivo Pe. (nam reliqui praeter hunc Infinitivi desinunt in ܐܝ = Chald. ־ָאה) et Participiis transit in ܡ, et effertur in Praeteritis et Imperativis in I, in Futuris, Infinitivo Pe. et Participiis activis in E, a quibus Participia Coniugationum activarum passiva in eo nonnisi differunt, quod praecedens eorum vocalis A cum sequente ܡ terminali in diphthongum Ai abit. Exempla haec sunt: Praeteritum Pe. Gen. 6, 12. ܐܬܪܝ *vidit;* 14, 13. ܐܬܐ *venit;* et utroque modo Exod. 32, 5. ܐܒܢܐ 24, 4. ܐܒܢܐ *aedificavit*; Ethpe. Gen. 7, 21. ܐܬܝܠܐ *exspiravit;* 18, 1. ܐܬܪܝܐ; Pael Gen. 9, 22. ܐܬܝ *nuntiavit;* Ethpa. Gen. 22, 20. ܐܬܝܐ (48, 2. ܐܬܚܐ); Aph. Gen. 9, 21. ܐܪܓܐ *proiecit;* 17, 14. ܐܫܟܚ *oblivisci fecit;* Ettaph. Exod. 10, 27. ܐܬܨܐ *voluit;* Futurum Pe. Gen. 22, 14. ܐܬܪܝ; Ethpe. Gen. 9, 14. ܐܬܝܠ *apparebit;* 48, 16. ܐܬܪܐ *vocabitur;* Pa. Gen. 29, 34. ܐܬܒ (= יִלָּוֶה) *adhaerebit;* Ethpa. Exod. 21, 30. ܐܬܐܫܝ *impositum erit;* Aph. Lev. 4, 4. ܐܬܝ *adducet;* Ettaph. Lev. 13, 2. ܐܬܝܐ; Imperativus Pe. Gen. 13, 14. ܐܬܝ; 11, 3. ܐܐ *age;* Ethpe. Gen. 19, 17. ܐܬܚܐ *respice;* Pa. Gen. 44, 1. ܐܒܫ (= מַלֵּא) *imple;* Aph. Exod. 7, 9. ܐܫܕܐ *proiice;*

Infinitivus Pe. Gen. 11, 5. [illegible], 15, 5. [illegible] *numerare;* Ethpe. Num. 25, 1. [illegible] *fornicari* (interdum sine [illegible], ut Lev. 18, 23. [illegible] *pollui,*); Pa. Exod. 28, 42. [illegible] (=כַּסּוֹת) *operiri;* Ethpa. Exod. 29, 29. [illegible] *multiplicari* (Syr. [illegible]); Aphel Num. 20, 13. [illegible] et Deut. 3, 24. =הַרְאוֹת *ostendere;* Participium Pe. Gen. 4, 2. [illegible] *pascens;* 31, 5. [illegible] *videns;* fem. Gen. 18, 21. [illegible] *veniens;* Ethpe. Gen. 42, 22. [illegible] *requisitus;* Exod. 3, 18. [illegible] (=נִקְרָא vitiose ex נִקְרָה) *invocatus;* Pa. Exod. 29, 13. [illegible] (=מְכַסֶּה); Aph. Deut. 28, 29. [illegible] (=מוֹשִׁיעַ) *liberans.*

Annot. Eodem ordine iam recensebimus, quae ab his plus minusve deflectunt, aut magis ad indolem linguae Hebraicae inclinant. Prae ceteris autem monendum, haud exiguum esse exemplorum numerum, in quibus iuxta alterutram radicem in [illegible] aut [illegible] terminantem usurpatur tertia rad. [illegible], quod haud difficile est explicatu, cum nonnulla horum verborum videantur quoque Verba [illegible] fuisse. Pertinent huc Gen. 43, 31. (30.) [illegible] *quaesivit;* v. 31. (30.) [illegible] *lavit;* Exod. 7, 20. [illegible] *percussit;* 32, 1. [illegible] *tardavit;* 9, 25. Lev. 8, 6. 10, 16. Num. 20, 11. 22, 27. et alibi saepius. Eadem de causa reperiuntur quoque radices cum 3. rad. [illegible], ut Num. 24, 25. [illegible] =הָלַךְ ab ipso interprete utpote insolentiores cum linea signatae. Pael cum litera [illegible] inserta legitur Deut. 1, 10. [illegible] *multiplicavit;* et Aphel more Hebraeorum formatum et vicissim cum [illegible] aut [illegible] in fine scriptum occurrit Gen. 19, 24. [illegible] *pluit;* 20, 13. [illegible] *errare fecit;* 31, 20. 41, 25. 28. 48, 11. Deut. 34, 1. et saepius. Cum [illegible] tertia radicali legitur quoque Ethpe. Exod. 7, 23. [illegible] *respexit,* 10, 7. 32, 15. Neque *Futuri* desunt exempla, in quibus [illegible] rad. retinetur (haud dubie ad vocalem E exprimendam), ut Gen. 11, 4. [illegible] *aedificabimus;* 22, 14. [illegible] *videbit;* 37, 26. [illegible] (cum) *absconderimus;* 38, 11. Lev. 13, 35. 22, 11. Num. 6, 3. Deut. 11, 11. 8, 12. 22, 8. 25, 19. etc. Quaedam, quae proprie sunt [illegible], servant [illegible] in Futuro, ut Lev. 4, 2. [illegible] =תֶּחֱטָא; Lev. 5, 5. [illegible]; Num. 5, 14. [illegible] *aemulabitur;* interdum repetitur terminatio in [illegible], ut Lev. 15, 13. [illegible] *mundus erit* (et ibid. [illegible]); Deut. 16, 4. Observatur quoque *Imperativi* forma cum [illegible] rad. scripta, ut Gen. 31, 12., ubi iunguntur verba [illegible] · [illegible] =שָׂא וּרְאֵה pro quorum altero 30, 36. in eadem formula legitur [illegible] et 37, 14. [illegible] =לֵךְ occurrit iuxta [illegible]; Num. 24, 14. eidem Imperat. adscribitur linea ([illegible]) et Num. 23, 13. adeo deprehenditur [illegible]. — Infinitivorum et hic, ut antea saepius animadvertimus, non una est formandorum ratio. Neque enim solum imitantur Samaritani Hebraeorum absolutam formam, ut Gen. 26, 28. [illegible] =רָאוֹ Exod. 19, 13.; Gen. 3, 16. et 22, 17. [illegible] =הַרְבָּה; Exod. 32, 6. [illegible] =שָׁתוֹ, sed utuntur quoque eadem forma, ubi in textu Hebr. reperitur Inf. constr., ut Num. 22, 26. [illegible] et Exod. 23, 2. =לִנְטוֹת Praeterea Inf. Hebraeo-

rum abs. in Pe. sine ܫ scribitur Deut. 17, 15. ܣܝܡ = שׂוֹם; 23, 21. ܡܪܫ = דָּרַשׁ; Exod. 22, 17. Lev. 13, 22. 27. 35. (cum ܐ Lev. 13, 7. ܦܫܚ = פָּשַׂח), adeo in Aph. Exod. 22, 34. ܡܫܕܐ *proiiciendo;* aut inseritur ܐ, ut ܡܐܕܠ = דָּלָה; non raro ܝ, ut Gen. 16, 10. ܡܝܪܒ *multiplicando;* 31, 30. Exod. 32, 13. Primam inter et 2. rad. interdum ܡ aut ܝ insertum legitur, ut Lev. 10, 16. ܡܪܡܫ = דָּרַשׁ et pro Inf. constr. Exod. 30, 18. ܠܡܪܚܨܬ = לְרָחְצָה reperitur. Aliae formae hae sunt; addito ܐ, Gen. 24, 30. ܪܡܐܬ = רְאֹת; aut in regimine terminantur in ܐܝ, ut Gen. 33, 10. ܪܐܝܬ *ac si viderem* sc. faciem; aut recipiunt ante hanc terminationem literam ܐ, ut Exod. 20, 20. ܢܣܝܢ = נִסּוֹת; aut permutant in iisdem ܐ cum ܡ, ut Num. 8, 7. ܐܝܡܛܗܪ (Pa. = טַהֵר) *purum reddere;* similiterque ante terminationem vulgarem ܐܐ inserunt ܝ, ut Gen. 24, 19. ܠܫܬܐܝܬ = לִשְׁתּוֹת, aut exeunt in ܐܐ, ut Deut. 28, 63. ܠܗܪܒܘܬ = לְהַרְבּוֹת. — *Participii* Pe. forma ut in regulari verbo cum ܝ inter utramque ultimam rad. occurrit, Gen. 16, 13. ܐܝܬܝ et ad Hebraeorum magis formationem accedens reperitur, Gen. 4, 17. ܒܢܐ = בֹּנֶה. Part. Pass. cum ܐ ante ܡ, Deut. 28, 31. ܡܐܡܪ *raptus.* — Alia, in quibus vel literae tantum videntur esse transcriptae, aut quae ex imitandi studio orta existimanda sunt, haec observavimus. Prima Praet. Pe. שָׁתִיתִי vertitur Deut. 9, 9. ܡܐܡܐܫ licet ibid. quoque legatur ܐܟܐܠ *comedi* cf. v. 18. Hebraeorum Niph. imitatus est Samaritanus interpres Gen. 30, 3., ubi ܐܒܢܐ respondet Hebraico אִבָּנֶה; Lev. 13, 7. ܐܝܬܝܐ ex הֵרָאוֹת et Deut. 31, 11. ܐܝܐܪܐ ex לֵרָאוֹת (pro לְהֵרָאוֹת) fluxit. Imperativus Aph. Num. 8, 7. ܡܬܐ est mere hebraicus ex הַזֵּה *sparge*, itemque ܕܬܐ *desiste* Deut. 9, 14. ex הֶרֶף prodiit. Eodem redeunt Infinitivi Aph. Num. 22, 25. ܐܝܐܐ = לְהַכּוֹת; Exod. 35, 34. ܐܐܪܐܐ = לְהוֹרוֹת et Deut. 17, 16. ܐܝܪܒܘܬ = הַרְבּוֹת qui propius ad Hebraismum accedunt. In iis autem Verbis, quae sunt Hebraeis ה mapp., forte et apud Samarit. ܐ non mutatur.

2. Litera radicalis tertia ܐ aut ܐ abiicitur praeter 3. f. Sing. Praet. Pe., ut Gen. 8, 11. ܐܐܐ *venit;* 16, 4. ܐܝܬ; Lev. 13, 13. (cum Vocali A sub media rad.), in omnibus formis, quae literis ܝ et ܡ augentur, aut ante syllabas, quae ab iisdem incipiunt literis. Pertinet huc 3. Pl. m. et f. Praet. Pe., ut Gen. 11, 5. ܒܢܝ *aedificarunt;* v. 31. ܝܐܐ et fem. Exod. 2, 16. ܡܐܐ *venerunt;* ibid. ܡܐܛ *hauserunt*, Deut. 29, 5. similiterque in reliquis Coniugationibus, ut Pa. Exod. 1, 11. ܝܝܫ *posuerunt* (cf. Hebr. שִׂוָּה) et fem. cum ܐ signo Coniug. Pa. Exod. 2, 16. ܡܐܡܠܐ *impleverunt* (= תְּמַלֵּאנָה); Ethpe. Gen. 18, 22. ܝܢܐܐ *recesserunt;* Exod. 17, 3. ܝܘܡܐ *sitiverunt* (sq. ܠܝܘ collect.); Aph. Lev. 24, 10. ܝܡܢܐ *rixati sunt;* v. 11. ܝܛܢܐ *adduxerunt.* Idem valet de 2. f. Sing. Imperativi Peal, Pa. et Aph. et de 2. Plur. m. Imperativorum omnium Coniugationum,

ut Gen. 24, 60. ܡܨܝܐ = הָיִי; Pa. v. 23. ܡܨܝܐ = הַגִּירִי *nuntia.* Cum autem forma fem. haud differat a masc., dubitatur, quomodo sit enuntianda, utrum, quod formae magis conveniat Syrorum more (Pe. ܓܠܝ, Pa. ܓܠܝ), an vocalem repetat e forma Chaldaeorum, qui fem. גְּלָא efferunt. Denique abiicitur ܐ in 3. et 2. Plur. m. Fut., ut Gen. 43, 3. ܬܚܙܘܢ *videbitis;* 45, 13. ܬܚܘܝܘܢ *narrabitis;* 50, 3. ܡܫܠܡܘܢ *complebunt;* Exod. 10, 6.; 30, 20. ܡܬܚܝܪܘܢ *lavabunt;* 34, 15. Ethpe. Exod. 23, 15. ܡܬܚܙܘܢ *conspicientur;* 33, 23. Num. 10, 9. Pa. Exod. 17, 2. ܬܢܣܘܢ *tentabitis.*

Annot. Ex his, quae ad 3. Plur. Praet. attulimus exemplis, apparet, non recte fecisse Castellum, et, qui eum secutus est, Cellarium, qui tertiam radicalem nonnisi in 3. Pl. m. et fem. Pe. abiiciendam esse existimarent et Chaldaeorum formas in sua paradigmata recipientes ܐܬܓܠܝܘ m. et ܐܬܓܠܝܐ f. = אִתְגְּלִיו et אִתְגְּלִיָא etc. scriberent. Quodsi vero Samaritanis in 3. f. Pl. Pe. et Pa. Syrorum forma ܓܠܝ, nec Chaldaeorum גְּלָאָה probatur, vix dubitaverim, quin et in reliquis Coniugg. eosdem Syros praeivisse nemo facile negaverit, ita ut incertae quoque sint, quae ibidem receptae leguntur formae 2. f. Sing. Imperativorum passivorum in ܐ terminantes (Ethp. ܐܬܓܠܝ = Chald. אִתְגְּלָא), cum nulla earum ullibi appareant vestigia. Hinc et in his Syrorum formandi rationem praeferendam et in Ethpe. ܡܬܓܠܝ = ܓܠܝ in Pa. ܡܓܠܝ = ܓܠܝ etc. scribendum esse existimem. Quae autem ab exemplis supra laudatis recedunt, sunt fere haec: In 2. m. Plur. Futuri abiecto ܢ finali retinetur 3. rad. ܐ in ܝ mutata Gen. 24, 56. ܬܝܡܝܢ (ne) *retardetis;* aut servatur 3. rad. ܝ, ut 42, 22. ܬܝܚܛܝܢ *peccabitis;* aut in Imp. Aph. Pl. m. ܡ pro 3. rad. ܐ cum ה praeform. Hebr., ut Gen. 24, 49. ܬܡܨܝܐ = הַגִּירוּ. Aliae formae magis hebraicae reperiuntur Gen. 35, 2. ܬܛܗܪܐ = הִטַּהֲרוּ 34, 12. 37, 16.

3. Restat, ut enumerentur eae formae, in quibus 3. rad. in ܡ mutata literis et syllabis radici accedentibus aut mobilis fit, aut cum praecedente vocali coalescit. Syro - Chaldaicam secuti pronuntiandi rationem haec valebunt. a) Litera ܡ mobilis est in 3. f. Sing. Praeteriti omnium Coniugatt. (excepta eadem persona Pe. de qua vid. 2.) et sequente vocali A effertur, ut Ethpe. Gen. 32, 30. ܐܡܡܛܐ *servata est;* Pa. Exod. 2, 3. ܐܡܛܝ *posuit;* Aph. 2, 10. ܐܡܛܠܐ *adduxit;* et in 3. atque 2. Plur. f. Fut., ubi interdum vocalis litera ܐ exprimitur, ut Exod. 1, 16. ܬܐܡܚܙܘܢ *videbitis.* Idem valet de Participiis praeter absolutam et constructam formam Sing. et Plur. masc., ut fem. Sing. Gen. 18, 21. ܐܡܐ *veniens;* fem. Pl. abs. 41, 29. ܬܐܡܐ; emph. Deut. 3, 21. ܐܐܡܚܙܐ = הָרֹאֹת. Cum autem nulla

2. Pl. fem. Imperat. reperiantur exempla, incertum est, utrum Syrorum more ad formam ܦܠܓܘܬܐ scribendum sit ܠܡܡܠܝ, an cum Chaldaeis ܐܠܠܝ s. ܐܠܠܐܠܝ = גְּלָאנָה. b) Coalescit autem cum praecedente vocali I aut E in 1. et 2. masc. et fem. utriusque numeri omnium Praeteritorum et ita quidem, ut in 1. Sing. semper enuntietur in E. Exempla haec sunt: 1. Sing. Praet. Pe. Gen. 46, 30. ܐܡܚܙܝ *vidi;* Ethpe. Exod. 6, 3. ܐܡܚܙܝܐܢܐ; Aph. Lev. 26, 13. ܐܡܝܠܢܐ *adduxi;* 1. Plur. Pe. Gen. 26, 28. ܠܡܚܙܝ Num. 14, 40. Ethpe. Deut. 2, 1. ܠܡܢܚܙܢܐ *reversi sumus;* 2. Sing. m. Pe. Gen. 20, 10. ܐܡܚܙܝ; fem. 16, 8. ܡܐܡܐܢܐ *venisti;* 2. Plur. m. Pe. Exod. 14, 13. ܠܡܐܡܚܙܝ; Aph. Num. 27, 14. ܠܡܐܡܪܬܘܢ *rebellastis;* Deut. 1, 26.; at 2. Pl. f. nullum investigare potuimus exemplum.

Annot. Vocalis A post ܡ mobile in 3. f. Sing. Praet. interdum significatur litera ܐ, ut Exod. 8, 14. ܐܐܡܪܝܐ *foetuit* sc. terra; Gen. 38, 14. 29, 12. aut litera ܐ, ut Exod. 8, 6. ܐܐܡܝܙ *operuit* sc. rana; aut defective scribitur in Aph. (cf. Pe.) ut Deut. 28, 56. ܐܝܢ *tentavit.* Forma 3. f. Sing. hebraica legitur Deut. 31, 29. ܐܐܐܪ = קָרָאת (ubi praeterea quoque verba אֶתְכֶם הָרָעָה literis Samaritanis transcribuntur ܐܒܐ · ܙܥܐܐ). — Quod ad alteram praecedentis regulae partem attinet, in qua agitur de ܡ in praecedente vocali quiescente, notandum est, in his quoque interdum 3. radicalem inprimis ܐ retineri, ut Exod. 31, 2. ܐܐܪ *vocavi;* aut defective scribi, ut Gen. 16, 13. ܐܚܙ *vidi.* Forma 1. Sing. Praet. hebraica mutato praeterquam ܐ rad. in ܐ reperitur Gen. 32, 30. ܡܐܐܚܙ = רָאִיתִי.

III. De Verbis duplici ratione a regulari paradigmate discedentibus deque anomalis quibusdam.

§. 32.

Verba dupliciter a regulari paradigmate discedentia.

Sub his verbis intelliguntur ea, in quibus duae radicales eiusmodi sunt, quae vel abiiciantur et mutentur, vel quiescant et contrahantur, ita ut duplicem patiantur mutationem, qua a Verbo regulari deflectunt. Sunt autem eorum non pauca, quae, licet duplici anomalia laborare videri possint, tamen nonnisi alterutram admittant; de quibus deinceps exempla proponentur.

Pertinent autem huc potissimum

1.) Verba ܢܢ et ܐܠ, quorum alia ܢ rad. in Aph. et Et-

taph. retinent, ut ܡܬܢܐ et ܐܬܢܐ *induxit*, *adduxit* a ܐܬܢ, Deut. 26, 10. ܐܡܬܢܐ; Lev. 24, 11. ܝܬܢܐ; Fut. Deut. 12, 6. ܢܝܬܢܐ; Lev. 7, 30. Ettaph. Fut. Lev. 13, 2. ܡܬܢܐܡ v. 9. 14, 2. Idem valet de ܐܡܢ Lev. 24, 10. ܝܡܢܐ *rixati sunt;* Fut. Exod. 21, 22. ܢܝܡܢܡ et de ܢܫܐ *oblitus est;* Aph. Praet. Gen. 17, 14. ܡܫܢܐ *oblivioni tradidit.* In aliis ܢ abiicitur ut in eadem radice ܐܬܢ notione *adspergendi*, ut Lev. 8, 11. ܡܬܐ v. 30. Fut. Lev. 5, 9. ܡܬܡ et inserto ܐ c. 4, 6. ܡܐܬܡ v. 17. Infinitivus Hebraeorum more formatus utrorumque verborum proprietates retinet Num. 22, 25. ܐܝܫܐ = חַכּוֹת. In Coniugg. Pa. et Ethpa. nonnisi flexio Verborum ܐܒ respici potest, ut Gen. 44, 15. ܡܐܢܡ *divinabit;* Inf. abs. ܡܝܐܢ; Ethpe. Gen. 31, 40. ܐܕܢܐ *recessit* sc. somnus meus (a ܐܕܢ).

2.) Verba ܐܙ et ܐܒ, ut ܐܐܐ *venit;* Fut. ܡܐܡܡ; Gen. 6, 20. ܝܐܡܡ; Deut. 12, 5. ܢܝܐܡܐ; Inf. Gen. 42. 15. ܡܐܡܫ; Aph. Praet. Gen. 30, 14. ܡܐܡܐ; Fut. Lev. 26, 25. ܡܐܡܐ *adducam;* Imp. Gen. 42, 34. ܝܐܡܐ; Part. Exod. 10, 4. ܡܐܡܫ et inserto ܐ Deut. 8, 15. ܡܐܡܐܫ = מוֹלִיךְ.

3.) Verba ܡܙ et ܐܒ. Sic a radice ܐܒܡ fit Aph. ܡܒܝܐ *docuit;* 1. Fut. Exod. 4, 12. 15. ܡܒܝܐ pro ܡܒܝܐ; Inf. Lev. 14, 57. ܐܐܒܝܫ; a ܐܬܡ Aph. ܡܬܝܐ *confessus est;* Praet. Gen. 29, 35. ܐܡܬܝܐ; Fut. Num. 5, 7. ܢܝܬܝܡ; Ettaph. Fut. Lev. 5, 5. ܡܐܬܝܐܡ. De Verbo ܐܡܝ *vixit* vid. §. 33. B. 3.

§. 33.

B. *Verba anomala.*

Quae iam sequuntur Verba cum propria gaudeant flectendi ratione et in Temporibus Modisque formandis recedant passim a regulari Verbo, passim ab iis, quae vulgo irregularia vocantur, ita disponere placuit, ut principem obtineat locum ܐܝܐ *fuit* tum ob frequentiorem usum, cum quod in singulis formis non satis sibi constet et aliunde alias nominatim e lingua Hebraea repetat; in quibus enumerandis praemittamus ea, quae hoc Verbum adiungunt Verbis ܐܒ, quibus tum, quae ipsi sunt peculiaria, succedant. In altera autem §. parte ea sequentur Verba, quae Tempora sua aut Modos e duplici radice mutuari solent.

A.) Ut igitur ordiamur a Verbo ܐܝܐ, prae ceteris tenendum est, formationem Verborum ܐܒ sequi in Praeterito et Imperativo, a qua discedat in Futuro et Infinitivo.

a) Praeteritum ܗܘܝܬ, 3. f. Sing. Gen. 1, 2. ܐܘܝܬ; 2. m. Gen. 40, 13. ܐܡܘܝܬ; 1. Sing. Exod. 18, 3. ܐܡܘܝܬ; Plur. 3. m. Gen. 2, 25. ܗܘܝܢ; fem. ܡܘܝܢ et cum ܢ parag. Num. 36, 11. ܢܡܘܝܢ etc.

Annot. Occurrit quoque Praet. mediae ܡ Exod. 9, 18. ܗܡܗ 12, 26. 18, 22. 28, 37. et saepius; 1. Sing. Gen. 27, 12. ܐܡܡܗ.

b) Imperativus Gen. 12, 2. fem. ܡܘܝܢ; Plur. Exod. 19, 15. ܗܘܝܢ.

c) Vulgaris Futuri formatio haec est: 3. Sing. m. Gen. 9, 15. ܡܗܡ; fem. c. 21, 30. ܡܗܐ; 1. Sing. Exod. 3, 12. ܡܗܐ; (Exod. 29, 45. ܐܡܗ pro וְהָיִיתִי et 6, 7. ܡܗܝ pro אֶהְיֶה haud dubie emendandum in ܡܗܐ) Plur. 3. m. ܢܗܝܢ; fem. Exod. 28, 21. ܢܗ etc.

Annot. Ceteroquin 3. Pl. m. cum ܝ parag. reperitur Gen. 1, 15. ܝܢܗܡ; 6, 20. 17, 16. et saepius; eliso ܗ Gen. 1, 14. ܝܢܡ. Plena Hebraeorum forma ܗܡܗ legitur Gen. 9, 3. Exod. 12, 13. 16, 26. etc. et ita quoque ܗܡܗ Exod. 3, 14. Alia eaque rarior Futuri forma est Gen. 27, 33. ܡܗ = יִהְיֶה et fem. c. 9, 2. ܡܗ. Haud infrequens denique est ea Futuri forma, quae in 3. Sing. aut Praeform. ܡ abiicit, ut Gen. 35, 10. ܡ = יִהְיֶה v. 11. 28, 20. 30, 34. et saepius; 3. Pl. f. Gen. 41, 36. ܢܡ = אֲשֶׁר תִּהְיֶיךָ; aut ܗ rad. elidit, ut Exod. 7, 1. ܡ = יִהְיֶה Gen. 12, 14. 9, 14. et alibi; eodemque redit Gen. 17, 8. ܡ = וְהָיִיתִי et Deut. 31, 23., ubi ܡ perinde pro ܡ positum est, ac Lev. 26, 12. ܡ = וְהָיִיתִי.

d) Infinitivi forma plerisque in locis est ܡܗܝ, Gen. 2, 18. 17, 7. Exod. 23, 1. et alibi; absoluta autem Hebraeorum forma exprimitur per ܗܘܝܬ Gen. 18, 18. Num. 30, 7.

Annot. Praeterea desinit Inf. in ܝ Lev. 26, 13. ܝ = מִהְיוֹת et in ܝ in regimine aut cum Suff., ut Exod. 19, 16. ܐܝ; Exod. 10, 6. ܢ = הֱיוֹתָם. Singularis Infinitivi forma cum Suff. legitur Gen. 4, 8. ܢ et mere hebraica Exod. 5, 13. ܐ. Niphal hebraicum invenitur Deut. 27, 9. ܐ = נִהְיֵיתָ.

B. Alia quaedam reperiuntur Verba, quae a duplici radice *Tempora* et *Modos* mutuantur et sic se invicem supplent; interdum tamen quoque promiscue adhibentur. Ad illa pertinent.

1. Verba ܢܬܠ et ܢܬܠ *dedit;* quorum hoc in Praet. inusitatum est. At Futurum eius legitur Gen. 43, 14. (13.) ܢܬܠ; 38, 16. ܢܬ; 29, 27. ܢܬ cum ܗ parag. c. 30, 28. ܗ; et cum Suff. ܗ = אֶתְּנָה etc.; Inf. Gen. 29, 26. ܢ; 34, 14. et ܢ Num. 21, 2. 27, 7. Deut. 15, 10. et alibi pro absol. Hebraeorum forma נָתוֹן. Nec tamen Inf. abs. verbi ܢ

unquam legere meminimus. At Futurum eius deprehenditur Gen. 17, 2. [illegible] *dabo* et cum Suff. Deut. 34, 4. — Imp. et Inf. iam supra §. 28, A. mentio facta est et de Ethp. [illegible] in optandi formula מִי יִתֵּן vid. in Synt. §. 70.

Simile quid observatur

2.) in Verbis [illegible] et [illegible] *ire*, quorum alterum alteri utrum inserviat supplemento, an utriusque usus sit promiscuus, enumeratis, quae utrique propriae sunt formis diiudicari poterit. Hoc certe nemo infitiabitur, [illegible] eiecta liquida litera [illegible] ortum esse ex [illegible]; quod passim comprobatur verbo Chald. הֲלַךְ pro quo similiter vicissim הָךְ invenitur. De utroque autem hoc valet: a) Verbi [illegible] hae occurrunt formae: Praet. 3. f. Sing. Exod. 9, 23. [illegible]; 3. Pl. m. Gen. 14, 24. [illegible]; 2. m. Num. 13, 34. [illegible]; 1. Pl. Deut. 1, 19. [illegible]; Fut. Exod. 21, 19. [illegible]; Gen. 19, 2. [illegible]; Gen. 22, 5. [illegible]; Imp. Gen. 12, 1. [illegible]; parag. 19, 32. [illegible]; Inf. Exod. 13, 21. [illegible] cum Suff. Deut. 2, 7. [illegible] = לֶכְתְּךָ; Part. Gen. 15, 2. [illegible]; 13, 5. [illegible]; Aph. sine notionis discrimine a Samaritanis fuisse adhibitum, docent Gen. 22, 3. ubi וַיֵּלֶךְ vertitur [illegible]; 12, 5. [illegible] = לָלֶכֶת et Lev. 11, 20., ubi Part. [illegible] = הֹלֵךְ invenitur.

Annot. Abiecto [illegible] deprehenditur Praet. Gen. 25, 34. [illegible] = וַיֵּלֶךְ, 12, 4.; 3. Sing. f. Gen. 21, 16. [illegible] = וַתֵּלֶךְ; Plur. Gen. 9, 23. [illegible] = וַיֵּלְכוּ; Fut. Exod. 14, 19. [illegible] et Gen. 13, 3. [illegible]. Imperativus [illegible] autem, qui legitur Exod. 10, 1. pertinet ad [illegible] mutato [illegible] in [illegible] (LXX εἴσελθε) cf. §. 6. 1. E. *β*.

b) Verbi autem [illegible], cuius Praet. desideratur, hae reperiuntur formae; Fut. Exod. 23, 23. [illegible], 32, 34. 17, 5. [illegible]; Deut. 2, 27. [illegible] Plur. Exod. 18, 20. [illegible] et abiecto [illegible] c. 32, 1. 23.; 3, 21. [illegible] Deut. 1, 33. 5, 33. et saepius; Exod. 3, 18. [illegible]; Inf. Exod. 8, 28. [illegible] Deut. 11, 22. 28. 19, 9. cum Suff. Exod. 33, 16. [illegible] Deut. 11, 19. Perspicitur inde de utroque idem fere valere quod de Verbis [illegible] et [illegible], quorum illud quoque suppeditaret Praeteriti formas, quae huic deessent.

Annot. Prima rad. cum [illegible] mutata occurrit Exod. 16, 4. [illegible] = הֲלֵךְ praecedente Nomine collectivo [illegible]. Quae autem reperiuntur formae Gen. 24, 56. [illegible] = אֵלְכָה et v. 65. [illegible] = הָהוֹלֵךְ pertinent ad [illegible] *declinavit*, *divertit*, quam Verbi permutationem praepositionibus לְ et לִקְרַאת tribuendam esse arbitror.

Huc denique pertinet

3.) Verbum ܚܝܐ *vixit*, cuius vestigia adhuc apparent in Futuro et Imperativo Pa., quorum illud legitur Gen. 12, 12. ܢܚܝܘܢ = יְחַיּוּ hoc Num. 31, 18. ܢܛܪܘ *servate;* in Pe., Aph. et Ettaph. autem Tempora sua mutuat a ܚܝܐ, quam radicem iam Cellarius p. 104. recte ex metathesi prioris explicat. Inde facile apparet ad hanc pertinere abiecta 1. rad. (cf. §. 28. 1. Annot.) Praet. Pe. Gen. 11, 11. ܚܝܐ *vixit* v. 12. 14. et Fut. ܚܝܐ, quo Gen. 12, 13. וְחִיתָה et 27, 40. תִּחְיֶה redditur. Aphel ܐܚܝܐ eadem qua Pa. significatione (Num. 31, 15. ܟܠܗܝܢ) reperitur in Fut. Deut. 20, 16. ܚܝܐ; Exod. 1, 17. ܚܝܐ; Gen. 19, 32. 34. Inf. c. 45, 5. ܠܡܚܝܝܘ. *Ettaphal* denique frequentissime notione *vivendi* adhibitum occurrit Gen. 9, 28. ܚܝܝܐ; 3. fem. c. 45, 27. ܐܚܝܝܐ; Fut. Gen. 20, 7. ܚܝܝܐ; 42, 2. ܚܝܝܐ, 43, 8. (7.)

Annot. Interdum in Aph. et Ettaph. excidit ܝ e ܚ ortum, ut Exod. 1, 22. ܟܝܚܐ; Ettaph. Num. 4, 19. ܝܚܐ = חָיוּ Fut. Deut. 4, 1. ܟܝܚܐ; Imp. Gen. 42, 18. ܝܚܐ = חָיוּ, quae formae magis ad ܚܝܐ iterum accedunt. Forma e Praet. et Fut. mixta reperitur Exod. 1, 18. ܟܚܐܚܝܐ (ut) *servaretis.* Ad formam Ettaph., quae cum med. ܝ legitur Gen. 19, 20. ܚܝܝܐ *vivet* sc. anima mea emendanda est forte lectio Gen. 47, 25. ܟܚܐܝܢ *servasti nos*, pro qua scribendum ܟܚܐܝܢ.

De reliquis, quae in hunc numerum Cellarius p. 104. sq. recepit verbis, suis locis iamiam egimus. De ܐܛܠ = ܐܚܠ §. 26., de ܐܝܢ §. 29., de proprietate Verbi ܐܬܐ in Imperativo formando expositum est §. 27, 1. Annot., de verbo ܐܡܪ denique §. 28. A. tractavimus. Quae autem ad ܐܝܬ *est* et ܐܝܠ *non est* spectant, a Verbo cum Suff. iuncto §. 36. seiungere noluimus.

IV. Verbum cum Suffixis.

1. *Verbum perfectum s. regulare et imperfectum cum Suffixis iunctum.*

§. 34.

Ordo verborum, qui, ut in Syntaxi docebitur, servatus est in collocando post Verbum suum Obiecto, quo facilius a Subiecto, quod ut plurimum antecedit, dignosceretur, effecit, ut *Pronomina* quoque *personalia* Obiecti loco posita hanc consuetudinem servarent et ob arctissimam, quae inter utrumque intercedat coniun-

ctionem ita paullatim annecterentur Verbo, ut cum ipso in unam vocem coalescerent. Quemadmodum vero *Intransitiva* et *Passiva* ab hac lege sunt excludenda, ita quoque in *Transitivis* nonnisi hac coniunctione uti licet, quando *Obiectum* in *Pronomine* additum a *Subiecto* Verbi persona expresso differt. Utrumque enim ubi in eandem incidit personam, tum vel reflexiva Verbi adhibetur forma (§. 20. 22. 24. et Synt. §. 61. C. 1.), vel adduntur Pronominum loco Nomina, quae in Synt. §. 61. C. 3. recensentur. Ne autem diutius immoremur in Suffixis explicandis, aut repetamus, quae iam §. 13. exposita sunt, rem ipsam paucis adhuc illustrabimus, quod eo facilius fieri potest, quo simplicior est in lingua Samaritana Suffixorum Verbo annectendorum ratio. Quae autem potissimum hic sunt consideranda, spectant vel ad vocalium mutationes, quibus Verbi formae obnoxiae sunt, vel ad certa quaedam Suffixorum genera singulis Temporibus, Modis atque personis propria. Quod autem 1.) ad illud attinet, tenendum est, abiiciendam esse vocalem mediae rad. assumta in Praeterito auxiliari A sub prima, neque tantum in iis Verbi formis, quae in Praeterito atque Futuro in 3. radicalem terminantur, sed etiam in iis Praet. personis, quae in ܝ et ܢ exeunt (3. m. et f. Pl.). Idem valet de vocalibus A et E, quae in 3. f., et 1. Sing. Praet. sub 3. rad. leguntur; qua utraque ante Suff. abiecta, media rad. itidem A recipit, ita ut hae formae a 2. m. Sing. haud differant. Reliquae autem Praeteriti Personae, quae vel consonante (2. m. Sing.), vel syllaba a consonante incipiente (2. et 1. Plur.) augentur, nec non eae, quae in Futuro in ܝ et ܐ (3. et 2. Pl. m. et f.) desinunt, sine ulla vocalium mutatione Suffixa sibi vindicant. Similiter Imperativus ut apud Syros et Chaldaeos vocalis suae tenax est, nec minus vocales prioris syllabae Coniugationum Pa. et Aph. servantur. De Infinitivis et Participiis, quae et Nominum instar usurpentur ideoque duplicem Pronominum sibi affigendorum sequantur rationem, praemonuisse sufficiat, in utrisque vocalem ultimae syllabae, nisi sit impura, amitti solere.

2.) De Suffixis autem ipsis recte adhibendis et efferendis addidisse iuvabit, literam ܐ, a qua Suffixa in Tabula p. 27. litera B signata incipiunt, non tam per *epenthesin* esse inductam, quam e Pronominibus ipsis, quibus in 1. et 2. Sing. et Plur. propria sit, natam, quemadmodum in iis Suffixis, quae ibidem litera A a reliquis separantur, et interdum intercedente ܐ annectuntur, haec litera rectius ex Accusativi nota ܐܢ mutuata videri possit. Licet

autem illa Futuro et Imperativo vulgo annectantur, tamen ܡܢ persaepe deprehenditur cum Praeteriti formis nexum, dum reliqua huius ordinis Suffixa nonnisi rarissime in iis adhibentur. Ceteroquin animadvertendum est, Suffixa 2. Pl. ܟܝܬܟ m. et ܟܡܝ aut ܟܝ f. Infinitivis tantum annecti et Participiis utpote Nominibus; frustra autem quaeri exempla cum reliquis Verbi formis, quibus potius succedant separatim a Verbo cum Accusativi nota iuncta; quemadmodum nec Syri Suffixa 3. Plur. affigere solent, sed pro iis ܐܢܘܢ et ܐܢܝܢ utuntur. Suffixum 1. Sing. ܡܢ praecedente A. effertur, idemque valet de 2. Sing. m. ܝ et 1. Plur. ܢܢ et ܢ. Vocalem E sibi vindicat 2. f. Sing. ܝ et 3. m. Sing. ܗ; unde haud raro ܐ pro hac vocali insertum legitur; Suffixum autem 3. Sing. f., quod a masculino haud differat, haud dubie cum A (nisi forte Syrorum more = ܘ cum O) efferendum est.

Probentur haec his exemplis

A) *Praeteritum cum Suffixis.*

3. Sing. m. abiecta vocali mediae rad. et assumta A auxiliari sub prima rad. (= Ch. קְטָל ܩܛܠ) legitur Num. 16, 28. ܡܫܠܚܢܝ *misit me;* Gen. 45, 5. Exod. 3, 13. Gen. 30, 20.; Deut. 4, 5. ܡܦܩܕܢܝ *praecepit mihi;* Gen. 24, 7. 27. 27, 36.; 4, 8. ܩܛܠܗ *interfecit eum;* 5, 1. 7, 5. 28, 1.; 38, 15. ܩܢܝܗ *habuit eam;* 24, 16. 67. 15, 6.; 31, 15. ܙܒܢܢ *vendidit nos;* 11, 9. ܦܙܪܢ *disperserat eos;* 14, 15. 32, 23. et alibi saepius. Exempla 3. f. Sing., quae abiecta A tertiae rad. eandem adsumit vocalem sub med. rad. (= קְטַלְתְּ — ܩܛܠܬ) haec reperiuntur: Exod. 2, 2. ܛܡܪܗ *abscondidit eum;* Gen. 16, 6. ܥܢܝܬܗ *afflixit eam*; Exod. 2, 5.; Gen. 31, 32. ܓܢܒܬܢ *furata erat eos.*

Secunda m. Sing., quae retinet vocalem suam (= קְטַלְתָּ — ܩܛܠܬ), haec suppeditat exempla Gen. 31, 28. ܡܫܠܡܬ *permisisti mihi;* 40, 14. ܡܙܟܪܬܢܝ = זְכַרְתַּנִי; 32, 26

2. Sing. f. nulla exstant exempla (= קְטַלְתִּי — ܩܛܠܬ).

Primae Sg. duplex adhibetur forma, vel ܥܢܝܬ (= קְטַלְתִּי — ܩܛܠܬ), vel magis hebraica Chaldaeis quoque usitata ܡܥܢܝܬ (= קְטַלְתִּי). Prioris Exempla inveniuntur Gen. 3, 11. ܦܩܕܬܝ *praecepi tibi;* Gen. 27, 37. ܣܡܟܬܗ *sustentavi eum;* 48, 7. ܩܒܪܬ *sepelivi eam;* 37, 17. ܫܡܥܢܢ *audivi eos;* huius Exod. 31, 11. ܡܦܩܕܬܝ *praecepi tibi;* Gen. 17, 20. Num. 22, 29.

3. Pl. m. cum auxiliari A sub prima rad. (=קִטְלוּ — ܩܛܠܘ) reperitur Num. 21, 18. ܚܦܪܘܗܝ (=חֲפָרוּהָ) *foderunt eum* sc. puteum (inserto ܐ ante Suff. ܗ Gen. 49, 23.); Exod. 2, 17. ܓܪܫܘܢ (=גֵּרְשׁוּם) *expulerunt eas;* cum ܐ Deut. 29, 26. ܝܕܥܘܢ *noverunt eos.*

2. Pl. m. non mutatur, ut Gen. 26, 27. ܫܕܪܬܘܢܝ *dimisistis me.*

Idem valet de 1. Plur. (=ܩܛܠܢ et ܩܛܠܝ), ut Deut. 29, 7. ܩܛܠܢܘܢ *interfecimus eos;* Gen. 26, 29. Deut. 3, 3. ܩܛܠܢܘܗ *percussimus eum.*

Annot. Addenda sunt exempla Coniugationum Pa. et Aph. nec non Verborum a regulari paradigmate discedentium; quorum illae vocali prioris syllabae servata abiiciunt ante Suff. vocales ultimae syllabae; inter haec autem noninatim ea, quae *contracta* vocavimus, nullam in Praet. vocalium patiuntur mutationem. Ut igitur a Pe. ordiamur, haec proponamus exempla; verbi ܝܕܥ, Gen. 30, 6. ܕܢܕܝܢܢܝ *iudicavit me;* 27, 22. ܦܫܦܫܗ *palpavit eum* (coll. Hebr. מוּשׁ, Syr. ܡܫ); Coniugationis Pa. exempla haec deprehendimus Gen. 30, 26. ܠܥܒܕܬܟ *servivi tibi;* 31, 41.; verbi ܕܕ c. 33, 4. ܚܒܩܗ *amplexus est eum;* Deut. 20, 5. 6. Quae de abiicienda vocali ultimae syllabae Coniug. Aphel contendimus, comprobantur ubivis, exceptis iis exemplis, quae ad Verba 3. gutt. aut ܝܕܥ pertinent, in quibus utriusque syllabae vocalis retinetur. Exempla Verbi regularis reperiuntur Gen. 21, 14. ܐܦܫܪܗ *dimisit eam;* 3, 21. ܠܒܫܢܘܢ *vestivit eos;* Exod. 4, 20.; tert. gutt. Gen. 24, 37. ܕܐܫܒܥܢܝ *iureiurando me obstrinxit;* 50, 6. 16, 7. 37, 17; verbi ܐܬܐ Exod. 20, 2. ܐܡܐܦܩܟ *eduxi te;* Gen. 15, 7. 19, 16. Exod. 4, 6. ܐܦܩܗ *eduxit eam;* v. 7.; verbi ܡܬ Gen. 3, 23. ܐܬܪܫܗ *expulit eum;* verbi ܝܕܥ Gen. 38, 7. ܐܡܡܝܬܗ *interfecit eum;* 41, 14. 47, 7. etc., verbi ܕܕ Gen. 29, 13. ܐܠܒܫܗ *induxit eum;* inserto ante Suff. ܐ Deut. 26, 9. — Prima Sing. Praet. cum ܐ ante literam afform. ܐ occurrit Gen. 30, 16. ܐܐܓܪܬܟ *conduxi te;* cum ܐ ante Suff. Num. 35, 22. ܐܐܬܕܦ *impulit eum;* Exod. 32, 25. ܐܐܒܪܬ *nudaverat eum;* Gen. 49, 23. — Pro Suff. 3. S. m. ܗ semel legitur ܝܗ Deut. 34, 10. ܝܗܕܥܡ = יְדָעוֹ et Suff. 3. f. S. ܗ reperitur Gen. 17, 16. ܗܒܪܟܬܗ *benedixi ei;* et simplex ܗ pro ܗܢ Suff. 1. Pl. occurrit Exod. 2, 19. ܠܐܡܬܗ *liberavit nos* (cf. §. 35.).

B) *Futurum cum Suffixis.*

Futuris abiecta Vocali mediae rad. in iis, quae in 3. rad. exeunt formis, accedunt Suffixa, quae in Tabula sub litera B exhibentur; iis autem Plur. personis, quae in ܢ et ܝ desinunt, Suffixa literae A annectuntur, nisi et hic illa, quae a ܝ incipiunt Suffixa retinere et cum Chaldaeis duplicem ܝ enuntiare malueris (cf.

Chald. יִקְטְלוּנָךְ aut יִקְטְלוּנַהּ). Cum autem nihil discriminis sit inter 3. m. et f., 2. m. Sing. et 1. Sing. et Plur. unum alterumve exemplum hic attulisse sufficiet.

3. Sing. m. (= יִקְטֹל et נִקְטֹל) cum Suff. occurrit Gen. 4, 14. מקטלני *occidet me;* 32, 11. 30, 20.; Num. 35, 19. יקטלנו *interficiet eum;* Gen. 32, 8. Exod. 21, 6.; 29, 30. ילבשנה *induet eas* sc. vestes. Gen. 50, 5. תקברני *sepelies me;* Exod. 7, 2. אצוך *praecipiam tibi;* 18, 19. 23, 29.; Gen. 37, 27. נמכרנו *vendemus eum;* Exod. 23, 11. אשביתנו *requiem concedes ei;* Gen. 49, 7. אחלקם *dividam eos*, 33, 13.

3. et 2. Pl. m. et f. suas retinent vocales, ut Gen. 12, 12. מקטלוני *interficient me;* 20, 11. Exod. 17, 4. Deut. 28, 22. ירדפוך *persequentur te;* Exod. 32, 13. יירשו אותה *possidebunt eam;* 8, 26. יסקלונו *lapidabunt nos;* Lev. 20, 27. תסקלום *obruetis eos* sc. lapidibus.

Annot. Vocalis ultimae syllabae A autem retinenda est in Verbis 2. et 3. gutt. cum Suff. iunctis, ut Gen. 29, 32. יאהבני *diliget me;* 49, 25. יעזרך *adiuvabit te;* 32, 17.; Exod. 5, 3. יפגענו (ne) *occurrat nobis;* quod non tantum in Pe. sed etiam in Pa. et Aph. horum Verborum observatur, ut deinceps infra videbimus. Dum autem pleraque Verborum imperfectorum legem abiiciendae vocalis ultimae syllabae sequuntur, ut verba אכל Deut. 12, 18. תאכלנה *comedes ea*, Gen. 3, 17.; aut quae plura praebent exempla Verba מלא Num. 14, 24. תירשנה *possidebit eam;* Gen. 15, 8.; et sine מ, at retenta vocali I. Gen. 13, 15. אתנה *dabo ei;* (cum Suff. 3. f. אה Deut. 1, 39. תירשנה *haereditabunt eam*); לן Gen. 28, 20. תשמרני *custodiet me;* v. 15. 48, 4. אתנה *dabo tibi;* 28, 13. Deut. 20, 7.: retinent eam Verba עו, ut Gen. 27, 12. תמששני *palpabit me* v. 21. אמששה; Verba עו, ut Exod. 12, 14. תחגוה *celebrabitis eam.* Coniugationis Pa. vocalis prioris syllabae non modo in regulari, sed et in imperfecto Verbo servatur, ut Gen. 27, 19. תברכה *benedices mihi;* Exod. 7, 16. תעבדנו *serviet mihi;* Gen. 12, 2. אברכה 22, 17. Exod. 6, 1. יגרשם *dimittet eos;* et inserto א ob seq. ה Num. 6, 9. תגלחנה *radet illud* sc. caput. Verborum עו, exempla reperiuntur Deut. 20, 5. תחנכנו *dedicabit eam* v. 6. 28, 30. תבצרנה *vindemiabis eam* sc. vineam. — In Aphel utriusque syllabae vocales retinentur in Verbis 3. gutt. עו et עו, ut Gen. 24, 3. אשביעך *iureiurando te obstringam;* 38, 22. תמצא *invenies eam;* עו Gen. 49, 9. תקימנו *suscitabit eum;* Exod. 21, 9. תיעדנה *desponsabit eam*, Deut. 1, 13.; 6, 15. אשמידך *exterminabit te;* עו, Deut. 6, 10. אביאך *introducet te;* Exod. 23, 23. — Coniugationis Pavel exemplum deprehenditur Gen. 5, 29. ינחמנו

consolabitur nos. — Suff. 2. m. Sing. sine ן legitur Gen. 32, 26. שלחך *dimittam te* (haud dubie ob literam rad. ח); Suff. אן antecedente א Deut. 1, 38. אנחלנה *distribuet eam;* Suff. 3. Pl. praecedente ז Exod. 19, 10. נזקדשם *sanctificabis eos;* Deut. 17, 5. et Suff. ן inserto א inter utrumque ן reperitur Exod. 34, 9. נחלתנו *possidebis nos.*

C. *Imperativus cum Suffixis.*

Cum rariora sint *Imperativorum* cum Suffixis coniunctorum exempla, tamen ex iis, quae investigare nobis contigit, perspicitur, qua ratione id fieri soleat; inprimis cum et cognatae dialecti, Syriacam dico et Chaldaicam, vocalem huic Modo propriam retinere nos iubeant. Exempla haec sunt:

2. Sing. m. (=קְטוֹל — ܩܛܘܠ), Gen. 23, 15. שמעני *audi me;* 37, 14. Exod. 32, 32. מחני *dele me;* Num. 11, 12. שאנה *porta eum;* Gen. 23, 6. שמענו *audi nos.*

2. Pl. m. (=קְטָלוּ) Gen. 23, 8. שמעוני; 24, 56. שלחוני *dimittite me;* 34, 10. שבתוה *circuite eam.*

2. f. Sing. et Plur. nulla deprehenduntur exempla.

Annot. Imperativus שאנה qui legitur Gen. 12, 19. videtur non paragogica esse forma, sed adiunctum habere suff. 3. f. et vertendum: *sume eam.* Licet enim in textu hebr. inveniatur nonnisi קח, tamen quo minus pro forma parag. habeatur, impedit, et qui ei iungitur לכי *et abi*, et sensus loci. — Imperativi Pa. rariora exempla praebent Gen. 30, 25. שלחני *dimitte me;* 32, 26. Deut. 3, 28. et cum Suff. מן Gen. 27, 34. מנני *benedic mihi;* v. 38. E Coniug. Aph. haec afferantur: Exod. 33, 13. מנני *ostende mihi;* Gen. 19, 5. נוצאם *educ eos;* inserto א ante Suff. 3. Sing. m. et f. Gen. 44, 21. אנחנוהו *deducite eum* et 38, 24. אנוצאה *educite eam.*

D. *Infinitivus cum Suffixis.*

Infinitivus et Nominis et Verbi Suffixa sibi vindicat, et illis quidem iam per se nominis fere speciem induens opus habet, ubi Subiectum innuunt, his contra utitur, quando Obiecti loco accedunt. Exempla haec illustrabunt. Sic Exod. 12, 13. מכותי vertendum est: *cum percutiam;* Gen. 35, 1. בברחי *cum fugeres;* 24, 30. בשמעו *cum audiret;* Exod. 20, 17. בעברכם *cum transieritis;* at contra Gen. 27, 42. לאחיך *ad te interficiendum;* Exod. 23, 20. לשמרך *ad te custodiendum;* Gen. 37, 18. לאחיו *ad eum occidendum.* Praeter vulgare autem discrimen, quod iam e Suffixo-

rum genere elucet, cognocitur Suffixum obiectivum praefixo ܠ quo actionis in aliquo exigendae consilium indicatur, dum Infinitivi quibus ܒ praefigitur spectant potius ad actionem, quacum quis occupatus est. Simile quid observatur quoque in aliis Praepositionibus cum Infin. iunctis.

Annot. Praeter simplicem illam Infinitivi cum praefixo ܡ instructi formam Samaritanis prae ceteris in Suffixis adnectendis peculiarem nec non in Verbis imperfectis usitatam, ut in Verbb. ܢܬ Gen. 25, 20. ܐܒܗܡܬܒ *cum acciperet;* Exod. 12, 27. Lev. 20, 4.; ܐܬ Exod. 16, 3. ܢܢܐܡܡܬܒ *cum comederemus;* Num. 15, 19. ܢܬܐܐܡܡܬܒ; ܡܬ Deut. 3, 18. ܐܢܐܒܡܡܐ *ad eam possidendam;* 4, 5. 6, 7.; ܬܘ Gen. 41, 46. ܐܡܘܡܡܬܒ *cum staret;* Exod. 4, 21. Deut. 6, 7.; ܘܘ Gen. 44, 30. ܡܐܘܡܡܐ *quomodo veniam;* 25, 18. Exod. 28, 35. Num. 15, 18. ܢܬܐܐܘܡܡܬܒ et alibi saepius; occurrit quoque alia Infinitivum Hebraeorum constructum referens et quidem sine praef. ܡ vel defective vel plene scripta cum Suffixis coniuncta. Illam invenies Gen. 19, 33. ܐܒܐܫܒ *cum accumberet* (illa); Lev. 19, 6. ܢܬܐܒܒܬ (die) quo *sacrificaveritis;* ܬܘ Deut. 6, 7. ܐܡܘܡܡܒ *cum surges* (Gen. 19, 35. inserto ܡ ante ܬ pro eadem forma hebr. ܐܡܐܬܡܡܒ); adeoque in Pa. Exod. 20, 8. ܐܫܬܡܡܐ *ad eum sanctificandum;* et in Aph. verbi ܡܬ Gen. 5, 4. ܐܬܐܬܐ (=הוֹלִידוֹ) praecedente ܒܐܒ *postquam genuit;* hanc (plene cum ܬ scriptam) deprehendes Exod. 29, 36. ܐܒܬܐܡ̈ܒ *cum expiabis;* Gen. 18, 7. ܐܬܬܒܘܐ *ad faciendum, parandum eum;* Exod. 30, 20. 28, 43. 21. 8. (ubi hebr. בְּכִנְרוֹ perperam vertit ܐܫܬܒܐܒ) Lev. 7, 36. Deut. 16, 13; aut cum praefixo ܡ Gen. 34, 7. ܢܬܘܬܡܫܡܐ *cum audirent;* et inserto praeterea ܡ ante Suff. Num. 1, 1. ܢܬܡܡܬܬܡܐ *postquam egressi sunt;* Exod. 16, 1. ܢܬܐܡܡܬܬܡܐ; verbi ܘܘ Gen. 19, 22. ܐܐܬܘܡܒ *donec perveneris.* Licet autem Infinitivus ܐܬܐ cum Suff. Gen. 37, 4. ܐܐܬܐ; 50, 17. ܢܬܐܬܐ; Deut. 5. 28. ܢܬܐܐܬܐ, quo, ut iam §. 30, 2. Annot. observatum est, hebr. דַּבֵּר (coll. Chald. מַלֵּל) a Samaritano redditur ad Pa. pertinere videri possit, tamen et forma ipsa obstat, et alia docent exempla, ut Gen. 32, 25. ܐܫܬܫܬܒ *dum luctaretur* (coll. Syr. ܓܫܫ et Chald. גְּשַׁשׁ i. q. Pa. גַּשֵּׁשׁ) huius Infinitivi formam Coniugationi Pe. in his verbis fuisse peculiarem. — Interdum occurrit Inf. mere hebr. remisso vocali ܬ = O ad priorem syllabam, ut Deut. 4, 14. ܢܬܐܬܒܬܘܐ *ut faceretis;* Lev. 7, 38. ܬܬܡܬܬ (die) *quo praecepit* (cum Suff. hebr. ܬ pro ܐ). In *Infinitivis* Pa. et Aph. terminatio ܐ et ܐܐ transit in ܐ et ܐܐ, aut Syrorum more deflectit in ܐܬ. Prioris terminationis exempla suppeditantur e Pa. Num. 20, 12. ܡܐܫܬܡܡܐ; Exod. 28, 3. ܐܐܐܫܬܡܡܐ et cum ܐ pro ܐ c. 29, 36. ܐܐܐܫܬܡܡܐ; 13, 15. ܢܢܐܒܐܫܫܐ *ad nos dimittendos;* 9, 17. 10, 27. Exod. 1, 11. ܢܬܐܒ̈ܒܐܐ (ut) *affligerent eos;* et Deut. 8, 2. ܐܐܐ̈ܒܐܐ v. 16. 10, 8. 23, 21.; Inf. Aph. Gen. 37, 22. ܐܐܒܒ̈ܘܐ *ad eum reddendum;* Deut. 8, 3. ܐܐܐܐܒܐ (ut) *notum tibi faceret;* 4, 25.; verbi ܢܬ Exod. 3, 8. ܐܐܡܡ̈ܐ *ad adducendum eum;* 14, 11. ܢܢܐܡܬܐ *ad*

nos educendos; et more Hebraeorum cum ܐ Gen. 19, 17. ܠܐܢܦܩܘܢܐ; verbi ܡܩ Num. 22, 37. ܒܐܢܐܦܩܝܟ = בְּבָרֶךָ; verbi ܦܦ Exod. 23, 20. ܒܐܢܐܠܦܝܠ = *ad te introducendum.* Formae cum terminatione Syriaca ܐܝ inveniuntur quoque in Coniug. Pe. Gen. 3, 19. ܒܐܝܬܘܢܦ (donec) *revertaris;* 14, 17. ܐܐܝܬܐܦܦ (postquam) *rediit;* et ibidem ܐܐܝܠܦܪܝ; 29, 20.; verbi ܐܢ Deut. 28, 20. 22. ܒܐܝܬܬܐܐ (donec) *te perdiderint;* verbi ܢܢ Exod. 7, 5. ܡܐܝܦܐܢܐ *si extendam;* Aphel. Lev. 7, 16. ܐܐܝܐܦܪܐ (die) *quo offerret;* Num. 16, 31. ܐܐܝܒܒܐܐ *cum desiisset;* verbi ܢܢ Exod. 13, 8. ܡܐܝܪܢܐ = בְּצֵאתִי et Lev. 23, 43. = בְּהוֹצִיאִי; Exod. 34, 24. 28, 35. Deut. 23, 4. 4, 45.; Deut. 9, 9. ܡܐܝܪܐ *cum ascenderem;* Exod. 34, 24. Reflexivarum Coniugatt. Infinitivi cum Suff. leguntur Num. 9, 22. ܐܐܝܪܠܐ *cum ascenderet;* verbi ܦܦ Gen. 42, 21. ܐܐܝܢܢܐ *cum deprecaretur.* Singulares quaedam formae exstant verbi ܡܩ Exod. 1, 16. ܢܒܝܬܠܡܐ *quando obstetricum officio fungemini;* verbi ܝܦ Num. 35, 12. ܐܒܐܡܪ (donec) *steterit;* et inserto ante Suff. ܡ Gen. 32, 19. ܠܝܒܡܐܝܦܪܒܐ *cum inveneritis.* His comprobatur id, quod supra de Suff. 2. Plur. verbi formis haud annectendo contendimus, cum et Infinitivis ut plurimum (cf. §. 35. D. Annot.) nonnisi notione subiecti accedat.

E. *Participium cum Suffixis.*

Participia cum Suffixis iuncta huc pertinent, quatenus Verbi partes obiectum personale sibi vindicant. In his quoque valet, quod iam supra exposuimus, vocalem ultimae syllabae esse abiiciendam, ubi ultima radicalis novae syllabae formandae necessaria a radice abscinditur, cui sese media rad. utpote ab hac neutiquam separanda adiungit. Excipitur autem ab hac regula Part. Pass., in quo haec utraque litera inserto ܡ vocali I efferendo disiungatur. Vix autem monitu opus est ideo passim Suffixa Verbi non Nominis esse adhibita. Pertinent huc Exod. 2, 14. ܡܩܠܦܪ *occidens me;* Gen. 4, 14. ܡܩܒܪܝܢܝ *inveniens me;* 12, 1. 4, 15. nec non ea exempla, in quibus, cum Suffixa Nominis atque Verbi inter se haud sint diversa, significatio dirimit, utri orationis parti Participia magis sint accensenda, ut Gen. 6, 13. ܡܒܠܦܐ *perdens eos;* Exod. 31, 13. ܡܩܕܫܝܟ *sanctos vos reddens;* verbi ܢܢ Deut. 8, 14. ܡܦܩܝܟ *qui te eduxit;* ܐܢ Lev. 17, 14. ܟܠܐܟܠ *qui comederit illum;* ܦܦ Exod. 31, 14. ܟܠܒܐ *qui profanaverit illud* sc. sabbatum; Deut. 8, 7. Idem valet de Plurali Participiorum cum Suff. iunctorum, licet in eo nonnisi de Suffixis Nomini peculiaribus cogitari possit, ut Gen. 12, 3. ܡܒܪܟܝܟ *benedicentes tibi* et ibidem ܡܒܪܝܦܝܠ (c. 27, 29. ܡܒܪܦܠ) *maledicentes tibi.*

Annot. Forma mere hebraica reperitur Deut. 8, 16. ܕܙܡܢܟܘܢܝܐ *qui comedendum tibi dedit.*

2. *Verba* ܐܙ *cum Suffixis.*

§. 35.

Haec Verba cum in haud paucis a vulgari, quam supra §. 34. exposuimus Suffixa affigendi ratione discedant, seorsim de iis tractare visum est, quo melius perspiciantur proprietates, quae potissimum huc redeunt. In iis personis, quae in 3. rad. exeunt, vel retinetur illa, vel eiicitur, vel denique cum ܐ permutatur, quod nonnunquam adeo 3. radicali servatae accedit ante Suffixum; in quibus omnibus tamen Suffixa simplicia, quae in Tabula p. 27. sub litera A exhibentur vel inserta litera ܐ, quam facile aliquis hic potius euphonicam quam ex Accusativi nota receptam putaverit, annectuntur. Valent autem haec inprimis de Praeterito, quod nihil ceterum praebet difficultatis et regulare sequitur Verbum in Suffixis iis personis annectendis, quae in ܐ et ܝ terminantur. Futuro accedunt Suffixa a ܕ incipientia, e quibus Imperativus, qui in reliquis cum Praeterito consentit, Suffixum 1. Sing. saltem recipit; quibus autem Infinitivus luxuriet formis, ubi Suffixa ei adduntur, paullo infra videbimus.

A. *Praeteritum cum Suffixis.*

In 3. m. Sing. a) retinetur 3. rad. et quidem ܐ in iis, quae proprie sunt ܐܙ, aut ܡ in Pa. et Aph. ex ܐ ortum, ut Gen. 5, 1. ܒܪܝܗܘܢ *creavit eos;* Pa. Exod. 24, 16. ܐܡܟܣܗ *operuit eum;* Aph. Deut. 8, 2. ܐܡܟܡܟ *adduxit te;* Lev. 17, 4. Rariora sunt exempla, in quibus ܐ transit in ܝ, ut Gen. 14, 15. ܒܝܬܝܗܘܢ *percussit eos;* aut ܡ in Pa. et Aph. in ܐ, ut Exod. 18, 4. ܡܐܡܢܝ *eripuit me;* Gen. 24, 18. ܐܫܩܝܗܝ *potavit eum* (pro ܐܫܡܩܝܗܝ = וַתַּשְׁקֵהוּ); b) in pluribus eiicitur eiusque loco ܐ substituitur, ut Num. 35, 21. ܐܡܬܗ (si) *percusserit eum;* Gen. 38, 15. ܐܡܚܙܗ *vidit eam;* Pa. Exod. 18, 9. ܐܡܢܝ *liberavit eum;* v. 8. ܒܝܐܡܢܝ; 2, 17. ܒܡܐܡܢ *servavit eas;* Gen. 44, 6.; Aph. Exod. 4, 3. ܐܡܐܫܕܐ *proiecit illam;* 2, 19. Gen. 41, 52. Interdum antecedit ܐ, vel ubi est propria rad., ut Deut. 16, 22. ܐܡܐܒܝ *odit eam;* 22, 16.; vel ubi ex ܐ aut ܡ ortum est, ut Gen. 45, 8. ܡܐܐܕܝ *constituit me;* Exod. 2, 14.; aut insertum legitur inter 3. rad. et Suff., ut Deut. 10, 22. ܐܐܡܕܝ *posuit te;* Pa. Exod. 15,

25. אֶרְאֶנָּה *ostendit ei;* 20, 19. Deut. 5, 24. הֶרְאָנוּ *ostendit nobis;* unde sequi videtur, vocalem Praeteritis vel in radice vel in Pa. et Aphel alteri syllabae propriam et in iis retinendam esse formis, in quibus tertia radicalis exciderit. 3. Sing. f. iam ob terminationem suam Suffixa sine ulla mutatione assumit, ut Gen. 31, 34. הִטִּיחוּ *reposuit ea* sc. idola; idemque valet de 2. m. et 1. Sing., quae Suff. מ amant, ut Gen. 29, 25. רִמִּיתָנִי *decepisti me;* Num. 22, 28.; Exod. 2, 10. מִשִּׁיתִהוּ *extraxi eum;* Gen. 27, 37. 44, 28.

Ad 3. Pl. m. annectuntur Suff. sine ulla formae mutatione, ut Num. 14, 45. הִכּוּם *percusserunt eos;* interdum inseritur א, ut Num. 21, 18. חֲפָרוּהָ *foderunt eum* sc. puteum.

Annot. Ad rariores formas pertinent Gen. 24. 67. וַתְּבִיאֶהָ *introduxit eam;* et Num. 5, 27. וְהִשְׁקָהּ (וְהִשְׁקָהּ) *bibendas ei dabit* sc. aquas.

B. *Futurum cum Suffixis.*

Ad Futurum, quod Suffixa, quae a כ incipiunt, sibi adiungit, notandum est, tertiam radicalem מ interdum excidisse, in longe plerisque tamen exemplis retineri, et quae de 3. et 2. Plur. utriusque generis §. 34. B. dicta sunt, hic quoque valent. Excidit מ in 3. Sing. m. Exod. 33, 20. יִרְאַנִי *videbit me;* Lev. 6, 10. יַנִּיחֶנּוּ *ponet eum;* Gen. 13, 16. יִמְנוּם *numerabit eos;* Pa. Exod. 21, 33. יְכַסֶּנּוּ (=יְכַסֶּנּוּ) *operiet eam* sc. foveam; 16, 4. אֶתְּנֶנּוּ (ut) *tentem eum;* servatur autem Gen. 41, 33. יַעֲמִדֵהוּ *constituet eum;* Deut. 22, 13.; Gen. 50, 15. יִשְׂטְמֵנוּ *odio nos habebit;* Aph. Gen. 28, 3. יַרְבֶּךָ וְיַרְבֶּךָ *augebit et multiplicabit te;* Deut. 4, 31. 28, 22.; Lev. 2, 2. יַקְרִיבֶנָּה *adferet eam;* Gen. 42, 37. אֲבִיאֶנּוּ *adducam eum.* Ex his quoque exemplis, ut in Praet. iam vidimus, perspicitur, vocalem E, in qua מ rad. quiescat, servari, licet illa litera ante Suff. eiiciatur. Idem valet de 2. m. et 1. Sing. et Plur., ut Deut. 4, 29. תְּבַקְשֶׁנּוּ (cum) *quaesieris eum* Gen. 47, 6.; 45, 28. אֶרְאֶנּוּ *videbo eum;* 21, 13. Aph. c. 37, 20. נַשְׁלִיכֵהוּ *proiiciamus eum;* 19, 34.

Quae de 3. et 2. Pl. diximus, comprobantur Num. 14, 23. יִרְאוּם *videbunt eam;* Exod. 3, 22. תָּשִׂימוּן *ponetis eas* sc. vestes.

C. *Imperativus cum Suffixis.*

E paucis, quae collegimus *Imperativorum* exemplis intelligitur, non multum differre a Suffixorum Praeterito annectendorum

ratione, quippe praeterquam, quod Samaritani in iis utantur Suff. 1. Sing. [illegible], in reliquis ament [illegible] ante Suff. inserere. Exempla e Pa. et Aph. repetita leguntur (cum [illegible] post radicalem [illegible] inserto) Exod. 33, 18. [illegible] *ostende mihi;* Aph. Gen. 32, 29. [illegible] *indica mihi* (in textu hebr. הַגִּידָה); et inserti [illegible] Pentateuchus Samarit. haec suppeditat exempla: Pe. Num. 11, 28. [illegible] *prohibe eos;* Aph. Gen. 32, 11. [illegible] *eripe me;* Exod. 4, 3. [illegible] (=הַשְׁלִיכֵהוּ) *proiice eam* sc. virgam. Exempla 2. fem. Sing. Aph. cum Suff. 1. Sing. leguntur, Gen. 24, 17. [illegible] *bibendum praebe mihi* et v. 43.

D. *Infinitivus cum Suffixis.*

Cum Infinitivorum cum Suffixis coniunctorum duplex occurrat forma, quarum altera linguae Samaritanae propria est, altera ad Hebraeorum flectendi rationem magis inclinat, exemplis utriusque propositis in Annot. subiungemus, quae plus minusve ab hac utraque discedunt, nec tamen ea sunt, quae ad alterutram possint referri aut inde explicari. Cum autem Infinitivi horum Verborum (praeter Pe.) in [illegible] terminentur, non adeo mirabitur, qui [illegible] ante Suff. in [illegible] mutatum viderit, quod nec in Nomine fem. negligitur, cum [illegible] pro debili sua natura perperam ad arctiorem coniunctionem efficiendam adhiberetur. Coniugationum Pa. et Aph. exempla haec sunt: Pa. Exod. 3, 8. [illegible] *ad liberandum eum* (cf. Syr. [illegible]); Deut. 23, 14. Exod. 9, 16. [illegible] (ut) *ostenderem tibi;* verbi simul [illegible] Deut. 8, 2. [illegible] *ad te tentandum;* Aph. (verbi simul [illegible]) Exod. 24, 12. [illegible] *ad eos docendos.* Licet autem Infin. Pe. peculiari suae terminationi adiungat Suffixa, vel simpliciter, ut Gen. 48, 7. (in verbo simul [illegible]) [illegible] *cum venirem;* 35, 9. [illegible], vel inserto ante Suff. [illegible], ut Deut. 4, 36. [illegible] *ad te erudiendum* (cf. Chald. רְדָה Syr. [illegible]), tamen nec prorsus inusitata est forma in [illegible], quod probatur e Gen. 23, 2. [illegible] (=לְבַכֹּתָהּ) *ad eam deflendam.* Altera forma, quae Hebraicam formandi rationem sapit, terminatur in [illegible] et caret praefixo [illegible], ut Pe. Exod. 10, 28. [illegible] (die) *quo videbis;* Gen. 39, 13. 44, 31. Aph. Num. 18, 32. [illegible] *cum elevabitis;* et verbi simul [illegible] Num. 22, 25. [illegible] =לְחַכּוֹתָהּ.

Annot. Priori formae propius accedunt, quae vel [illegible] ante [illegible] abiiciunt, ut Num. 13, 34. [illegible] *ad vos illuminandos;* Deut.

6, 24. ܠܚܝܝܢܢ *ad vitam nobis servandam*; aut pro eo ܐ et ܡ substituunt, ut Deut. 8, 16. ܠܢܢܣܝܢܟ (*ad*) *te tentandum*; Gen. 34, 25. ܗܘܝܢܐ *cum essent;* ex altera prodierunt formae, quae ante terminationem literas ܝ, ܐ et ܡ inculcant, ut Num. 10, 21. ܒܐܝܡ = בָּאָם Exod. 10, 6. ܗܘܝܝܢ = הֱיוֹתָם; Lev. 23, 14. ܥܕܡܝܐܢ (usque dum) *obtuleritis;* v. 15. et 13. 7. ܠܡܕܟܝܗ *ut mundaret eum.* Forma cum inserto ܝ inter utramque syllabae ܝܐ literam legitur Gen. 18, 12. ܒܠܝܐܢ (postquam) *senui;* et affinis terminationis ܝܐ sine sequente ܝ exempla reperies Gen. 35, 17. ܠܝܐܫܬܐ *cum difficultatem pateretur*; Lev. 26, 44. ܗܘܝܐ *cum essent.* Absorbuisse licet perraro terminationem Infinitivi Pe. ܡ suffixum 1. Sing., evincitur exemplo ܠܫܟܢܝ = לְשָׁכְנִי *ut habitarem,* quod legitur Exod. 29, 46. et singularis forma reperitur Exod. 10, 1. ܡܝܬܝ (ut) *ponam.*

E. *Participium cum Suffixis.*

Participia in Suffixis sibi adiungendis sequuntur legem, quae §. 31. 3. exposita est, ut scilicet 3. eorum radicalis ܡ vel mobilis fiat ante Suffixa, quae a vocali incipiunt, vel integra Suffixi syllaba accedente quiescat et vocali I efferatur. Exempla haec sunt: Exod. 15, 26. ܐܡܝܢ *sanans te;* 1, 10. ܣܢܝܢܢ *odio nos persequentes;* Lev. 26, 17. Aph. Gen. 48, 4. ܡܦܪܝܟ = מַפְרְךָ.

Annot. Alibi 3. rad. ܝ retinetur, in iis potissimum, quae proprie sunt ܝܐ, ut Exod. 23, 5. ܫܢܝܟ = שֹׂנַאֲךָ; 20, 5. ܫܢܝ = שֹׂנְאַי; Deut. 5, 9. 7, 10.; Pa. Num. 10, 35. ܡܫܢܝܟ = מְשַׂנְאֶיךָ (§. 31. 1. Annot.). — Alia proprietas haec est, ut in Participiis Aphel radix interdum in fine litera ܝ augeatur, ut Gen. 48, 4. ܡܬܪܒܝ *multiplicans te;* Deut. 8, 5. — Singularis forma servato in Aph. post Praef. characteristico ܝ legitur Deut. 8, 15. ܡܡܝܡܝܐ = הַמּוֹלִיכְךָ *qui deduxit te* et Part. Pass. ܡܡܢܝ Verbi ܡܢܐ *numeravit,* quo Num. 1. Hebraeorum פְּקֻדֵּיהֶם saepius exprimitur.

§. 36.

De Nominibus ܐܝܬ *et* ܠܝܬ *Verbi Substantivi loco adhibitis.*

Cum *Nomina* ܐܝܬ *substantia* (= ܝܫ — יֵשׁ), et quod negative ei opponitur ܠܝܬ (= ܠܝܬ — אֵין), Syrorum et Hebraeorum more cum *Suffixis* iuncta haud raro pro Verbo Substantivo ܗܘܐ (§. 33.) eiusque negatione usurpari soleant, non adeo mirabitur, qui expositis legibus, secundum quas Suffixa Verbo accedunt, utriusque flexionem notione *esse* et *non esse* hic receptam Verboque, cui ita utrumque cognatum sit, adiunctam viderit Utriusque autem flexio haec est:

Singularis.

B) אמן		A) אמא		
Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	
אנא	(אנא)	אנמא	(אנמא)	3.
אמנמן	אנמן	אמנמא	אנמא	
אמנמן	אנמן	אמנמא	אנמא	2.
מנמן		מנמא		1.

Pluralis.

Fem.	Masc.	Fem.	Masc.	
מנמנן	מנמנן	אמנמנן	אמנמנן	3.
מנמנמן	מנמנמן	אמנמנמא	אמנמנמא	2.
מנמנן		אמנמנן		1.

Annot. Nec desunt exempla, in quibus *Pronomen separatum* אנא utrique per *crasin* adiungitur, ut Num. 14, 40. אנמן *ego non sum* (= אנא · אמן); Exod. 5, 10. Deut. 4, 22. Cum autem dubitari possit, utrum נ in נמא et נמן, quas flexiones in paradigma recepimus, e crasi Pronominis נא explicandum, an merum sit Suffixum, quod sub hac forma nec Samaritanis omnino improbatum fuisse infra §. 45. videbimus; tamen, quae Deut. 29, 15. deprehenduntur exempla נמאת et נמנת ex Hebraicis אֲשֶׁר־ יֶשְׁנוֹ et אֲשֶׁר־ אֵינֶנּוּ translata, quae et ipsa a Chaldaeo per דְּאִיתוֹהִי et דְּלֵיתוֹהִי reddunturur, vix in suspenso relinquunt, utri suffragemur sententiae, cum nec Syri nec Chaldaei hac crasi utantur, et Syrorum ܐܝܬܘܗܝ pro ܐܝܬܘܗܝ e compendio scriptionis explicandum sit. — Hebraeorum voces יֵשׁ et אֵין ab interprete servatas videmus Num. 9, 20. יש = יֵשׁ (v. 21. אא similiterque in Carm. Sam. III. 13. אאת pro אמאת *quae est* sc. habitatio et IV. 10. אאמ legitur *erat* = ܐܝܬܘܗ cf. Gesenius ibidem p. 79.) et Deut. 1, 42. מלמא = אֵינֶנִּי.

Caput tertium.

De Nomine.

§. 37.

De Nomine in universum.

Doctrina de *Nomine* nititur vel *derivandi*, vel *flectendi* eius ratione, de qua utraque deinceps exponetur. Quatenus enim Nomen cogitatae rei sive essentiam, sive imaginem et naturam ob oculos ponit, ad prima cogitandi suasque cogitationes verbis exprimendi initia reducit, ita ut cum Verbo simul ortum vel *primitivum* i. e. non aliunde repetitum dici possit, vel *derivatum* a Verbo, quo propius ad actionem accedit eique cognatum est. Quemadmodum autem Verbi significatio variat, et vel vocalium usu earumque mutatione, vel insertis praefixisque literis syllabisque adaugetur, ita quoque pariter in Nomine formando eadem notionis diversitas ut plurimum impetratur. Hinc duplicem hanc Nominis explicandi ingressi viam et ab origine ortaque inde eius significatione exorsi, ad flectendi rationem progrediamur, cuius potissimum hoc erit, ut doceatur, quomodo Nomina *Genere* inter se differant, quae *Numeri* atque *Statuum*, qui vulgo dicuntur, sint proprietates, in quot *Ordines*, quos improprie *Declinationes* nuncupare placuit Grammaticis, sint describenda et quae leges in *Suffixis* adiungendis observari iubeantur; ita ut eodem fere ordine, quem in Verbo explicando maxime probatum esse arbitrati sumus, doctrina de *Nomine* absolvatur.

§. 38.

De Nomine primitivo et derivato.

1. *Primitivis* accensentur ut plurimum animalium, plantarum, metallorum, numerorum membrorumque corporis nomina, ut ܟܠܒܐ *canis;* ܐܙܘܦܐ *hyssopus;* ܕܗܒܐ *aurum;* ܟܐܦܐ *lapis;* ܬܠܬܐ (fem.) *tres;* ܐܕܢܐ *auris* et alia plura.

2. *Nominum derivatorum* duplex est genus; cum alia ab ipsis *Nominibus primitivis* ducantur, ut ܟܗܢܘܬܐ *sacerdotium* a ܟܗܢܐ *sacerdos;* ܐܠܗܘܬܐ (s. ܐܠܗܘܬܐ Carm. Sam. III. 6, 12.) *divinitas* ab ܐܠܗܐ *Deus;* ܒܟܘܪܬܐ et ܒܟܘܡܪܬܐ *primogenitura* a ܒܟܘܪܬܐ s. ܒܟܘܡܪܬܐ *primogenitus;* ܪܓܠܝܐ (= Chald. רַגְלַי) *pedes* a ܪܓܠܐ *pes*, cuius terminationis Chaldaeorum י — respondentis in-

primisque *Gentilitiis* propriae, ut [illegible] *Hebraeus;* [illegible] *Aegyptius*, vestigia quoque in Adiectivis nonnullis deprehenduntur, ut [illegible] *dexter;* alia autem et vel longe plurima *Verborum radicibus* originem suam debeant. Horum variae classes dignoscuntur, quatenus scilicet a) simplicis radicis literas reddunt vocalium tantummodo vicissitudine, quibus passim significatio eorum definitur, inter se diversa, aut b) intensivis Verborum formis, quarum notionem in se transferant, sese adiungunt, aut c) cum vocalium vicissitudo notioni confirmandae haud sufficeret, literis augentur, quibus Verborum radices carent. Accedunt his alia *Nomina verbalia*, quae Participiorum et Infinitivorum et formam, et notionem sibi vindicant, quorum conspectum §. 39. dabimus. Quod igitur attinet

A) ad ea, quae prima classe comprehenduntur una passim syllaba efferenda, designant illa non modo res, ut [illegible] *sacrificium*, *victima;* [illegible] *ordo*, *series;* sed etiam personas, ut [illegible] *rex;* [illegible] *servus;* quorum hoc est, ut accedente syllaba vocalem sub media rad. abiiciant et A sub prima assumant. Nec vocalium vicissitudo est plane otiosa, quippe *Verborum intransitivorum* notae et in Nominibus passim retineant vim suam, aut activam notionem in passivam convertant, ut [illegible] (= Ch. טְעֵם) *gustus*, *cibus* i. e. quod gustatur, comeditur; quam alia sibi vindicant inserto post mediam, aut primam rad. [illegible], quorum haec sunt bisyllaba. Pertinent huc [illegible] (= לְבוּשׁ) *vestis;* [illegible] (= Ch. תְּחוּם) *terminus;* [illegible] (= עוֹבָד) *opus;* [illegible] *thesaurus.* Alia duabus enuntiantur syllabis cum vocali A sub prima rad., ut [illegible] (= Ch. אָשֵׁם) *delictum;* [illegible] *fames;* quae, ut e cognatis dialectis apparet, in flexione (אַשְׁמָא, כַּפְנָא — [illegible]) alterius syllabae vocalem abiiciunt.

B) Secundae classis licet difficilius sit certa investigare exempla, cum lingua Samaritana Dagesch forti huius gradationis indicio careat, quo passim significantur, *qui agendi rationem aut negotium quoddam sedulo ac cóntinuo facessere solent*, et pro quibus interdum quoque Participiorum Pe. formae, ut [illegible] *pistor;* [illegible] *iudex*, adhibentur, apponere tamen lubet, quae huc referri debeant ex vocali A sub prima rad. cognoscenda, ut [illegible] (= טַבָּח — [illegible]) *coquus;* [illegible] (= [illegible]) *mercator;* [illegible] *operarius* (§. 21. 1.). Nec videntur Samaritani hanc formandi rationem prorsus neglexisse in Adiectivis, quae *corporis animive*

facultates, aut *vitia utriusque* denotant, cum Exod. 4, 11. in ܐܒܡܐ (= ܐܒܡܐ) *mutus* lineola superposita duplicem literae ܐ enuntiationem indigitare videatur, et alibi in Lit. Sam. (cf. Castelli Lex. hept. p. 1845.) ܐܒܡܐ = אִלֵּם *mutus* et ܚܪܫܐ = חֵרֵשׁ *surdus* legantur; quam proprietatem forte et ܥܘܪܐ *coecus* et ܓܒܝܐ (coll. גִּבֵּן) *gibbosus* sibi vindicare poterunt, licet ܥܘܪܐ = עִוֵּר *coecus;* ܒܪܕܐ *bardus;* ܦܫܚܐ *claudus* Syriacam magis formandi rationem (cf. ܚܫܝ — ܚܫܝܐ fem.) sapiant, nec eos proprie designare videantur, quibus haec vitia innata sint, sed qui infortunio quodam in illa inciderint; ita ut passiva eorum forma cum notione conspiret. Idem fere animadvertitur in aliis, e quibus attulisse sufficiat ܪܓܙܐ, quod Deut. 28, 65. respondet Hebraico רַגָּז *trepidus*, *vehementer commotus.* Ceteroquin nonnunquam Samaritani Hebraeos imitati sunt, qui ad simplicis radicis notionem augendam mediam et tertiam radicalem, aut alterutram repetunt, ut Num. 11, 4. ܐܣܦܣܦܐ *promiscua multitudo* (ab ܐܣܦ) respondet Hebraico אֲסַפְסֻף; quamvis alibi id prorsus negligant, ut si Lev. 13, 49. verba וְרַקְרַק אוֹ אֲדַמְדָּם redduntur ܝܪܩ · ܐܘ · ܐܕܡ *virescens aut rubescens.* Occurrunt tamen alia his similia, ut Exod. 28, 19. ܒܪܩܬܐ *smaragdus;* v. 17. ܐܡܬܘܣܬܐ *amethystus;* Lev. 19, 19. ܟܠܐܒܐ *mixtum ex diversis rebus;* Deut. 22, 9. Exod. 29, 23. ܠܒܘܬܐ *laganum;* Gen. 1, 12. ܙܪܥܐ *germen;* Gen. 3, 7. ܥܪܛܐ *nudi* (cf. אָפֵס); Lev. 23, 40. ܥܦܐ *rami* (a ܥܦܐ); Gen. 25, 21. ܥܩܪܐ *sterilis.* *Diminutivorum* formam minus excultam deprehendimus in ܠܒܒܐ *corculum* a ܠܒ *cor.*

C) Inter literas, quae *Nominibus derivatis* augmenti loco praefiguntur eorumque notioni diligentius definiendae inserviunt, eminet ܡ; qua litera vel indicatur locus, in quo aliquid est aut peragitur, ut ܡܕܒܪܐ *desertum;* ܡܕܒܚܐ *locus sacrificandi*, *ara;* ܡܫܟܒܐ *cubile;* ܡܙܪܚܐ *oriens;* vel tempus, quo aliquid fit, ut ܡܫܟܢܐ *tempus habitandi;* vel notat instrumentum ad aliquam rem adhibitum, ut ܡܪܙܐ *emunctorium;* ܡܥܨܪܐ *torcular;* aut omnino rem, quae fit et existit, ut ܡܫܠܐ *praeda* (pr. *id quo capitur*); ܡܒܪܟܐ *res praeclara;* ܡܙܥܘܪܐ *res parva;* unde omnino eius usus in rebus designandis cernitur. Aliis, licet rariora sint exempla, Coniugationi Aphel et forma et notione cognatis, quae vel *Concreta*, vel *Abstracta* aut *res* designant, praefigitur ܐ. Pertinent huc ܐܬܘܒܐ (= תּוֹשָׁב) *inquilinus;* ܐܬܪܐ

(cf. Syr. ܥܡܠ *defatigavit*) *labor;* ܡܥܡܠܐ (cf. Syr. ܐܡܠ *aequalis factus est*) *similitudo;* ܡܠܒܘܫܐ (=ܠܒܘܫܐ) *pallium, vestis.* De Nominibus ܐ prosthetico auctis vid. §. 8. 1. Alia denique formandi ratio, quae respondet Hebraeorum terminationibus וֹן et ָן, a Samaritanis recepta, non tantum *Nominibus abstractis*, sed et *Concretis* et *Adiectivis* peculiaris esse coepit, et ita quidem, ut in aliis leve tantum inter hanc et simpliciorem formam intercedat discrimen, ut Exod. 17, 14. ܙܟܪܢܐ (=זִכָּרוֹן) *memoriale, monumentum* et ibidem ܙܟܪ (=זֵכֶר) *memoria;* ܣܡܩܢܐ *rubescens* (coll. ܣܡܩ *ruber*); quod in aliis, quae a simplice radice ducuntur, haud animadvertitur, ut ܩܢܝܢܐ (=קִנְיָן) *possessio:* ܩܪܒܢܐ *oblatio;* ܥܡܠܐ *dolor;* ܕܝܢܐ *iudicium;* ܩܠܝܣܐ *princeps,* ܪܚܡܢܐ *misericors.* (Carm. Sam. III. 20. et VI. 20. ܡܪܚܡܢܐ). In aliis ex utraque terminatione notionis diversitas videtur elucere, ut ܒܛܚܢܐ (=Ch. בִּטְחָנָן) *confidentia, fiducia* et ܒܛܚܢܐ *confugium;* nec denique desunt, in quibus intentionis notio inesse videtur, ut ܡܚܙܝܐ (coll. חֹזֶה et חֹזֵה) *vates;* ܡܣܥܪܢܐ (coll. Hebr. דָּבֵק, Ch. דָּבוּק) *adiutor;* quo tamen non pertinent, quorum derivatio iam ad Pa. reducit, ut ܟܢܫܢܐ *collectio* (coll. ܟܢܫܐ *congregatio*).

§. 39.

Nomina Verbalia Participiis et Infinitivis maxime cognata.

Nomina Verbalia vel *Participiorum* formis sese adiungunt et *Subiectum* aut *Obiectum* actionis denotant (*Concreta*), vel *Infinitivis* per se iam *abstracti Nominis* instar (cf. §. 68.) adhiberi solitis maxime familiaria *actionis ipsius* notionem obtinent et *virtutem aut facultatem actione comprehensam* amplectuntur (*Abstracta*). Nec desiderantur utrorumque exempla, quae a vulgari formatione paullulum discedunt et obsoletam linguae formam arguunt:

I. Nomina, quae Participiorum formas induerunt:

A. *Coniugationis Peal.*

Huc pertinent

a) ea, quae ad radicem proxime accedunt (cf. §. 38. 2. A.), et cum ipsius vocali enuntiantur, ut ܓܒܪܐ (=Ch. גֻּבַר) *vir;* ܚܒܪܐ (=ܚܒܪ) *socius;* ܪܚܡܐ (=Chald. רְחֵם) *amicus;* ܚܕܬܐ (=Ch. חֲדַת) *novus, recens.* Alia sunt

b) quae usitatam sibi vindicant Participii formam, et qui-

dem α) *activi*, quibus significantur vel qui arte quadam callent, ut ܪܩܡܐ (=רָקֵם) *acupictor;* ܩܣܡܐ (=קָסֵם) *divinator;* (Verbi ܐܠܦ §. 31.) ܐܣܝܐ (=אָסִי) *medicus;* aut actionem exercent, ut ܥܫܩܐ *oppressor;* ܣܗܕܐ s. ܣܗܕܘܬܐ (=שָׂהֵדוּת) *testis;* vel ab intransitivis ducta statum s. conditionem innuunt, ut ܣܒܐ (verbi ܣܒܐ. §. 6. et 29. = Ch. סָב) *senex;* ܓܝܪܐ (=גֵּר) *peregrinus;* (verbi ܐܠܦ) ܛܠܝܐ (= Ch. רְבִי) *puer* et fem. ܐܛܠܝܬܐ *puella.* Eiusdem formae exstant quoque Adiectiva, ut ܡܣܟܢܐ *pauper;* ܒܝܫܐ *malus;* interdum eadem notantur res, ut ܩܝܡܬܐ *statua* i. e. id quod stat. Latius fere patet β) usus eorum, quibus *Participii Passivi* nota impressa est, ut ܢܒܝܐ (=נָבִיא — נִבֵּא) *propheta, vates;* ܐܓܝܪܐ (= Ch. אָגִיר) *mercenarius;* ܫܝܫܐ *senex;* (verbi ܡܡ) ܡܓܠܐ (=מְגַלֶּה) *explorator;* et alia plura, e quibus partim notio passiva elucet. Neque tantum personis, sed etiam rebus ut plurimum passivae notionis inservit haec forma designandis, quo pertinent ܕܠܘܩܐ *fax* pr. quod incenditur; ܚܙܝܬܐ *cingulum* i. e. quod cingitur; ܚܡܝܡܐ *fermentum* ab ܚܡܡ *subiecit* pr. quod subiicitur; ܡܦܠܓܐ *pars, portio* i. e. quod divisum est; ܦܬܝܡܐ *operculum;* (verbi ܐܠܦ) ܒܪܝܬܐ (=בְּרִיאָה) *creatura.* In paucissimis, ut in ܚܠܝܬܐ *febris hectica* pr. morbus, qui vires comminuit, notio activa animadvertitur. Haec autem notionis diversitas valet inprimis in Adiectivis huius formae, ita ut, quae a *Verbis transitivis* ducantur, passivam quoque retineant notionem, ut ܒܚܝܪܐ (= Ch. בָּחִיר) *electus;* ܡܚܝܠܐ *vulneratus;* ܙܒܝܢܐ *emtus;* ܚܒܝܠܐ *membris mutilus* s. *mutilatus;* ܚܡܝܕܐ *desiderabilis;* (verbi ܐܠܦ inserto ܝ) ܐܝܟܡܐ *coctus;* in iis autem, quae ad *intransitiva* redeunt, in notione definienda nulla fere passivae formae ratio habeatur, ut ܐܒܠܐ *tristis, lugens;* ܚܡܝܡܐ *gravis;* (verbi ܡܡ) ܡܪܝܪܐ (= Ch. מְרִיר) *amarus;* ܪܟܝܟܐ (i. q. רַךְ) *mollis.* Alia denique Participii forma

c) inter utramque ultimam radicalem literam ܝ inserit et notione cum prioribus consentiens itidem adhibetur de iis, qui negotium quoddam facessunt, ut ܢܛܘܪܐ (= Ch. נָטוֹר) *custos;* ܦܫܝܩܐ *interpres;* ܒܪܝܬܐ (=בֹּרֵא) *creator, conditor;* ܦܪܝܩܐ (=פָּרוֹק) *redemtor;* (verbi ܐܠܦ) ܐܦܝܐ (אֹפֶה) *pistor;* nec desunt, in quibus conditionem innuit, ut ܡܚܝܠܬܐ *possessor;* (verbi ܚܡ) ܓܝܪܐ (=גִּיּוֹר) *peregrinus;* et inserto ܝ, ut ܕܝܝܪܐ (=דַּיָּר — דָּיוֹר) *habitator;* quibus et annumeranda ex-

empla, ut ܐܡܪܘܬܐ *fluenta* pr. quae descendunt; et (verbi ܡܪܪ) ܡܪܘܪܬܐ *fluctus* pr. quae volvuntur. In iis autem, in quibus notio passiva investigari potest, illud ܘ more Chaldaeorum haud dubie vocali U erit efferendum, ut in ܦܪܘܡܐ (= Ch. פְּרוּם) *mutilus*, *contractus;* ܪܘܫܘܡܐ (= רָשׁוּם) *maculosus*, *variegatus;* ܡܪܘܓܙܢܐ *furiosus*, pr. *irritatus;* quod nec in rebus, quae hanc formam induunt, erit negligendum, ut in ܥܡܘܕܐ (= Ch. עַמּוּד — ܥܡܘܕܐ) *columna*, nisi quis cum Chaldaeo mediam geminatam enuntiare maluerit.

B. *Nomina Participiis reliquarum Coniugationum cognata.*

a) Coniugationis *Pael* haec praebentur exempla: ܡܪܘܫܢܐ *incantator*, *praestigiator* (coll. Ch. חֲרַשׁ *incantavit*); ܡܪܝܢܐ *dux* (a Pa. ܡܪܝܢ *duxit*); ܡܢܝܢܐ *artifex* (coll. Ch. נַגָּר); nec non passivae formae ac notionis ܫܒܝܚܐ *laudatus*, *celeber;* et alia plura. E femininis huc pertinent Nomina formae activae (verbi ܝܠܕ) ܡܝܠܕܬܐ (i. q. מְיַלֶּדֶת) *obstetrix* et passivae ܡܚܘܬܐ *sponsa* pr. *desponsata;* ܡܫܕܪܬܐ *repudiata.* Interdum Participii nota ܐ abiicitur, ut in ܪܒܐ *magnus*, *maior.*

b) ad Aphel referenda sunt: ܡܪܝܐ *dominus*, *possessor* et fem. ܡܪܝܬܐ *domina* ab Aph. ܡܪܝܐ *aluit;* (verbi ܝܠܕ) ܡܝܠܕܬܐ (= ܡܝܠܕܬܐ) *nutrix;* (verbi ܥܒܪ) ܡܬܪܓܡܢܐ *interpres* ab ܡܬܪܓܡ *advertit;* ܡܗܝܡܢܐ et ܡܗܝܡܢܐ (= ܡܗܝܡܢ) *fidelis.*

II. *Nomina ab Infinitivis ducta.*

A. *Coniugationis Peal.*

Nomina, quae huc pertinent, in tres describi possunt classes, prout aut simplici at obsoletae Infinitivi formae accedunt, aut literam ܘ inter mediam et tertiam rad. insertam habent, aut denique terminatione ܘ vel ܐܘ gaudent. Accensenda sunt igitur

a) primae, quae Hebraeorum Nominibus segolatis respondent et una syllaba cum vocalibus A et E sub media rad. positis enuntiantur, pro quibus in reliqua flexione vocales A, E et I sub prima rad. suscipiunt, ut ܡܫܒܚ *ligatio* (incantationis species); ܡܪܕ *exsecratio* (coll. ܡܪܕ); ܚܠܡ (= Ch. חֶלְמָא — ܚܠܡ, ܚܠܡ) *somnium;* ܢܣܟ (= נֶסֶךְ — נִסְכָּא) *libatio;* ܦܬܚ (= פַּתַח) *increpatio*, *exitium.* Verborum ܥܠ mutata tertia rad. in ܡ reperiuntur plura, ut ܒܟܝܐ (= בְּכִיָּא et בַּכְיָא — ܒܟܝܐ) *fletus;* ܡܠܝ

(= ܓܠܝܐ) *revelatio;* ܡܥܫ *pertinacia;* ܡܠܐ *superbia;* nec non verborum ܥܒ, ut ܥܝܦ *labor;* ܥܝܒ *reatus, condemnatio;* ܥܝܒ *peccatum;* et verbi ܡܒ, ut ܒܡܥ *odor.* Alia, quae sunt *Feminina*, cum iisdem sub prima rad. vocalibus enuntiantur, ut ܐܥܒܝܦ *perfossio* (cf. Syr. ܒܝܫܐ); ܐܥܕܝܩ *iustitia;* ܐܥܫܒ (coll. Hebr. חֶשְׁבּוֹן) *opinio, cogitatio;* ܐܒܝܦ (= Ch. פִּדְעָא) *vulnus.* E verbis ܐܠ s. ܐܠ huc pertinent Nomina formae ܐܡܐ (= Ch. אַסְוָא) *sanatio;* e verbis ܥܒ et ܡܒ Nomina ܐܥܝܐ *mors* sc. quae sequitur abortum; ܐܥܡܐ (= Chald. סִיבָא) *senectus.* Interdum licet perraro ܫ praefixum legitur, ut in ܥܫܡܫ *verbum, sermo.* Haud exiguus porro est

b) eorum numerus, quae ܝ aut ܡ inter utramque ultimam rad. recipiunt, quorum α) illa aut cum iisdem Chaldaeorum et Syrorum formis apprime consentiunt, ut ܫܝܠܒ (= טְלוּמָא — ܛܠܡܐ) *oppressio;* ܒܝܠܥ (= ܥܠܝܐ) *afflictio;* ܣܝܓܐ (= סְגוּדָא cum ܐ prosth.) *adoratio;* aut iis respondent, quae apud eosdem ܝ inter primam et mediam rad. inserunt, ut ܦܝܥܣ (= ܦܘܥܣܐ) *consociatio;* ܥܝܒܥ (= רוּעָב) *viror;* ܐܝܫܡ (= צוּמָת) *collectio;* similiterque idem animadvertitur in Femininis, ut ܐܫܝܒܦ *collectio cinerum;* ܐܦܝܠܒ (= חוּלְקָא) *portio;* ܐܫܝܠܬ *latitudo;* ܐܦܝܫܒ *fortitudo;* ܐܥܝܡܒ *poena, damnum.* Verborum ܐܠ deprehenduntur formae ܡܝܠܐ *narratio;* ܡܝܐܠ *redemtio.* Ea autem, quae β) literam ܡ inserunt (cuius obsoleti fere Infinitivi formam comprobat exemplum §. 19. 1. Annot. D. allatum), notione haud differunt a prioribus, ut ܐܠܡܥ (= ܙܒܢܐ) *emtio;* ܐܫܡܐ *turpitudo;* ܐܠܡܠ *stultitia;* ܐܥܡܡ *sessio ad mensam;* ܐܒܡܫܦ (= קְשִׁיטוּת) *iustitia;* et e Verbis ܒܒ huc referenda sunt Nomina formae ܥܠܡ *murmuratio.*

c) Tertia classis ea comprehendit Nomina, quae augentur terminatione ܝ aut ܐܝ (cf. §. 10. 2. §. 19. 1. Annot. D. et §. 43. II. C.), quam α) in haud paucis simplici Infinitivi formae sub lit. a supra laudatae ita accedere arbitramur, ut cum vocali A sub prima rad. efferantur. Exempla haec sunt: ܝܠܥܦ s. ܝܠܠܦ *caligo;* (verbi med. ܐ) ܝܫܐܥ *languor, morbus;* (verbi ܒܒ) ܝܥܒ (cf. ܫܘܒܠܐ) *libertas.* In verbis ܐܠ absorbetur tertia rad. ܡ in hac Nominum formatione, ut ܝܠܝ *ignominia;* ܝܡܒ *contentio;* ܝܒܡ *sitis;* et in derivatis Verborum ܡܒ retinetur ܡ vocali E enuntiandum, ut in ܝܒܡܥ (= רֵיחַ) *suavitas, fragrantia.* Cum

autem haec terminatio ex aphaeresi literae ܐ orta sit, quae in reliqua horum Nominum flexione recipitur, nec ullibi terminatio ܐܝ in Nomine absoluto legatur, non dubitamus corrigere Lexica, quae adhuc scribunt ܐܝܪܬܐ *redemtio*; ܐܝܬܘܬܐ *gratia*; ܐܝܦܘܬ *adspectus* etc. priorem illam sine ܐ scribendi rationem commendantes. In aliis autem eiusdem terminationis Nominibus inseritur *β*) ܡ inter mediam et tertiam rad. (cf. lit. b. *β*.), ut in ܝܦܡܬܐ (= ܪܘܫܡܐ) *velocitas*; ܝܬܡܬܘܬ (= ܟܫܡܐ) *astutia*; (verbi ܕܕ) ܝܡܡܬܐ (= ܬܡܡܐ) *debilitas*; (verbi ܫܠ cum ܡ mobili) ܝܡܪܐ *laevitas*. In Derivatis Verborum med. ܫ illud ante ܡ eiicitur, ut ܝܠܡܐ (= Ch. בְּהִילוּ) *festinatio*.

B. *Reliquarum Coniugationum.*

Quae in praecedentibus enumeratae sunt Nominum ab Infinitivis ductorum formae nec in Pael et Aphel desiderantur. Proferantur haec exempla:

a) Coniugationis Pa. alia cognoscuntur e ܬ praefixo, ut ܬܪܦܬ *erectio* (coll. Syr. ܐܬܪܦ); alia insertum amant ܝ, ut ܫܝܚܡܐ *peccatum* (coll. Ch. סָאֵב *polluit*) a Verbo med. ܐ, quod in Pa. transit in ܡ cf. §. 21. 1.; ܫܝܚܝܬܐ *acuitio* (coll. Ch. חַדֵּד); aut augentur terminatione ܝ, ut ܝܬܝܬܝܬܐ *exaltatio*. Eadem formandi ratio observata est

b) in Nominibus ex Infinitivo Aphel ductis. Sic legitur ܩܝܪܒܬܐ *oblatio* (coll. Aph. ܐܩܪܒ *obtulit*); et formae in ܝ desinentes deprehenduntur haecce: ܝܚܝܠܐ *possessio*; ܝܚܝܬܐ *inclinatio*; (Verborum ܡܚ) ܫܐܝܬܝܩܝܐ *incendium*; ܫܐܝܬܝܩܝܐ *excellentia*; ܝܐܝܬܝܐ *confessio*; (Verbi ܝܕ) ܝܚܝܐ *agitatio*; (Verbi ܕܕ) ܝܛܝܐ *protectio*.

c) E. Quadriliteris (cf. §. 17. 4.) pertinet huc ܫܝܚܝܬ *cultura* et a Verbo ܬܚܦܟ derivatum legitur Nomen ܫܐܝܬܚܦܟ *eversio*.

§. 40.

De Nominibus compositis et peregrinis.

1. Quamvis rarissima sint, reperiuntur tamen exempla Nominum compositorum, quorum lingua Syriaca largiorem praebet copiam. Sic Gen. 9, 6. legitur ܫܡܝܬܬ (= ܨܘܡܐ) pro simplici הָאָדָם; 1, 25. vox Hebraica רֶמֶשׂ *reptile* redditur verbo ܡܪܝܚܕܬ i. e. *dominus foecunditatis* et Deut. 27, 4. 12. oc-

currit uno verbo scriptum [illegible] *mons Garizim*, quo Hebraeorum הַר עֵיבָל exprimitur, similiterque scribitur in Carm. Sam. XII. 18. [illegible] *mons Sufrae;* de quo vid. Gesenius ibid. p. 102. In versione Pentateuchi Samarit. Arab. pro nomine Dei [illegible] interdum adhiberi [illegible] i. e. *Deus aeternus* meminit Castellus in Lex. hept. p. 823.

2. Quod attinet ad Nomina inprimis e lingua Graeca recepta et civitate Samaritana donata, e pluribus afferantur Gen. 1, 11. 12. [illegible] et [illegible] = *γένος;* 9, 12. [illegible] = *σημεῖον;* 1, 6. [illegible] = *μέσον;* 24, 14. [illegible] *hydria* = *κάλαθος;* 14, 23. [illegible] = *σάνδαλον;* 15, 11. [illegible] *cadaver* = *κέλυφος;* Lev. 2, 7. 7, 9. [illegible] = *λέβης;* 21, 20. [illegible] = *νάνος pumilio;* 18, 3. 30. [illegible] (Ch. נִימוֹס) = *νόμος;* Num. 31, 22. 24. [illegible] et [illegible] = *κασσίτερος*, quorum originem Graecam nemo facile in dubium revocabit. Latinam stirpem subesse Nomini [illegible] = *ancilla*, vix est, quod multis demonstretur.

§. 41.

De Genere Nominum.

1. Lingua Samaritana, ut reliquae eius sorores Semiticae, duplici gaudet Nominum *Genere*, *masculino* et *feminino*, quorum hoc vel *significatione* vel *terminatione* peculiari ab illo distinguitur. *Neutro* caret, quippe tum demum suborto, cum populi ingenium e vivida rerum contemplatione ad abstractam cogitandi rationem abiit, ad quam Samaritani prae ceteris minime evecti sunt. Signa autem Generis interna cum suppeditet significatio, *Masculinis* accensenda sunt nomina virorum aut officiorum et munerum, quibus illi funguntur, populorum, montium, mensium et fluviorum; *Feminina* autem esse solent Nomina muliebrem sexum tam hominum, quam animalium designantia, regionum porro, urbium et duplicium corporis membrorum, etiamsi in Plurali Masculinorum terminationem retineant. Ceteroquin *Feminina* praeter significationem suam Generis notam obtinent *terminatione*, quae in longe plerisque [illegible] (= Hebr. ה־ ; Ch. א־), ut [illegible] *virgo;* [illegible] s. [illegible] *femina;* [illegible] *urbs;* inprimis in iis, quae a Masculinis ducuntur, ut [illegible] *regina* a [illegible] *rex;* in haud paucis [illegible] et [illegible] esse solet, ut [illegible] *senectus;* [illegible] *turpitudo;* [illegible] *possessio;* Gen. 36, 12. [illegible] *concubina;* Deut. 10, 18. [illegible] *vestis.*

Annot. Haudquaquam tamen probanda est *terminatio feminina* cum servili ܐ, quae Morino iam et qui eum secutus est Cellario p. 68. displicuit, et a nobis supra §. 39. II. A. c. in Nominibus in ܐܬ et ܐܡ desinentibus utpote Statui horum Nominum constructo (§. 43. II. C.) propria reiecta est. Licet enim deprehendatur ܐܒܬ (= בַּת — ܒܰܬ) *filia*, tamen hoc unico exemplo e cognatis dialectis recepto certa huius terminationis regula constitui nequit.

2. Quodsi vero diligentius utriusque Generis naturam perscrutamur, *physicam* animadvertimus s. *naturalem* et *idealem*. Hinc factum est, ut plura Nomina, quae hac Femininorum nota careant, nihilominus ob notionem suam huic ordini sint accensenda. Ad ea igitur, quae

a) per se huc referenda sunt, pertinent inter alia plura ܐܡܐ *mater*, ܥܢܬܐ (= רָחֵל Plur. Gen. 32, 14. ܥܢܡܐ) *ovis femina*, et quatenus terrae, regiones et urbes almae incolarum utpote filiorum matres iudicantur, Nomina huius notionis, ut ܐܪܥܐ *terra*, hoc genus sibi vindicarunt (cf. tamen ܩܪܬܐ *urbs*, quo semper Hebraeorum עִיר exprimitur). Hinc locorum quoque Nomina quaedam, ut ܐܡܝܐ *vallis*, ܐܡܬܐ et ܐܪܚܐ *via* interdum hoc genere gaudent.

Annot. Dum autem Hebraei haecce et alia pro Masculinis quoque adhibent, quod nec omnino a Samaritano neglectum vidimus, alia tamen, quae apud eosdem similiter usurpantur, a nostro vel generis feminini nota sunt distincta, ut ܡܚܢܬܐ = מַחֲנֶה *castra;* ܟܦܪܐ = כִּכָּר *planities;* ܪܚܒܬܐ = רְחוֹב *platea;* ܓܢܬܐ = גַּן *hortus;* ܬܗܘܡܐ = תְּהוֹם *fluctus;* vel duplici genere exstant, ut ܚܨܪܬ et ܚܨܪ = חָצֵר *atrium.*

b) Praeterea Femininis annumerantur Nomina virium invisibilium, ut ܢܦܫܐ *anima* (masc. i. q. *homo* §. 91.); ܪܘܚܐ *spiritus* (masc. i. q. *ventus* Exod. 10, 13. et alibi); similiterque ܢܘܪܐ *ignis;* cui sese adiungit ܫܡܫܐ *sol* (cf. Gen. 15, 12. 17. 19, 23.).

c) Tandem Femininum utpote debilior ac imbecillior natura transfertur quoque *α*) ad corporis membra, quibus utimur pro actionum instrumentis; ut ܐܝܕܐ *manus* (adeo ubi ab Hebr. pro masc. adhibetur, ut Exod. 17, 12.); hinc quoque ܝܡܝܢܐ *dextra* et ܣܡܐܠܐ *sinistra*, licet nec desint loci, in quibus ܝܡܝܢܐ (= יָמִין) *dextra* et ܣܡܐܠܐ (= שְׂמֹאל) *sinistra*, vel addito Nomine ܐܝܕܐ, vel sine eo leguntur (cf. Gen. 48, 13. 14. 17. 18.); ܪܓܠܐ *pes;* ܐܨܒܥܐ *digitus;* ܕܪܥܐ *brachium;* ܐܒܗܡܐ *pollex;* ܥܝܢܐ *oculus*, ܐܕܢܐ *auris;* ܠܫܢܐ *lingua;* ܫܢܐ *dens*

(Gen. 49, 12. [illegible] *candidi*); aut ad alias corporis partes, ut [illegible] *venter;* [illegible] *uterus;* [illegible] *genu;* [illegible] *os* (Pl. constr. Ex. 13, 19. [illegible]); [illegible] *cornu;* [illegible] *ala.* Hebraeorum autem צֵלָע obtinuit apud Samar. terminationem fem. [illegible] et [illegible]. *β*) ad vestimentorum nomina, ut [illegible] *calceus* (Deut. 29, 5. [illegible] *attriti sunt*); *γ*) instrumentorum, ut [illegible] *gladius* (Lev. 26, 6.); [illegible] *fenestra* (coll. צֹהַר Ch. גְּהוֹר Gen. 6, 16.); [illegible] = כּוֹס *scyphus.* *δ*) ad res haud animatas, quibus utitur homo, ut [illegible] *paries;* [illegible] *lectus* (Deut. 3, 11. sq. [illegible]); [illegible] *puteus* (Gen. 26, 21.; cui nec obstat [illegible] Gen. 21, 30. ob ambiguum huius pronominis usum, de quo vid. §. 14.); [illegible] *lapis;* [illegible] *vitis* (Gen. 40, 10. [illegible]) et alia omnino lapidum aut plantarum Nomina.

Annot. Cum autem [illegible] *arca* nonnisi Num. 10, 33. et [illegible] *virga* Gen. 49, 10. Num. 24, 17. cum Verbo masc. iungantur, et desiderentur loci, e quibus usus eorum femin. perspici possit Hebraeae linguae passim peculiaris, dubitari potest, num Samaritanus iisdem genere feminino usus fuerit. Alia Hebraeorum Nomina fem. permutantur cum aliis, de quorum genere satis constat, ut [illegible] *hydria* = כַּד; [illegible] = סִיר *olla* m. et [illegible] = מַטֶּה *virga* m.; [illegible], [illegible] et [illegible] = גֹּרֶן (coll. Syr. ܓܘܪܢܐ m. ܓܘܪܢܬܐ f.) *area;* [illegible] et Gen. 38, 1. [illegible] = עֵת *tempus;* [illegible] = Syr. ܡܥܪܒܐ i. q. עֶרֶב *vespera* etc.

3. *Terminatione feminina* autem opus est iuxta *masculinam* Nomini in iis, quae duplici genere distinguuntur. Hinc adhibetur in Nominibus *physicum genus* exprimentibus, ut [illegible] *vitulus* et [illegible] *vitula;* [illegible] *iuvencus* et [illegible] *iuvenca.* Nec tamen hoc ubivis observatur; immo alterutro nonnunquam utitur lingua Genere ad utrumque designandum, ut [illegible] *columba;* [illegible] (Pl. [illegible]) *rana.* In aliis sensu sexus definitur, ut [illegible] *cameli*, quod Gen. 24, 63. iungitur cum Part. masc. [illegible] *venientes;* c. 32, 15. contra, ut res postulat, cum fem. [illegible] (= מֵינִיקוֹת) *lactantes.* Idem observatur in Nomine [illegible] s. [illegible] = צֹאן *oves.*

Annot. Pro Nomine צִפּוֹר *avicula*, quo Hebraei in utroque utuntur genere, Samaritanus in iis potissimum locis, in quibus textus Hebr. exhibet femininum genus, ut Lev. 14, 4 – 7. 49 – 53. usurpat [illegible], Stat. emph. [illegible], Plur. Lev. 14, 4. [illegible]; neque tamen sibi constat in hac Nominis forma ubivis retinenda, dum Deut. 14, 11. verba Hebraica צִפּוֹר טְהוֹרָה reddit [illegible] · [illegible] (cf. Deut. 4, 17.) et Gen. 7, 14. permutat cum [illegible]. Similiter *Epicoenum* אַיָּל *cervus* et *cerva* Samaritanum ignorasse credibile est, qui et ipse Gen. 49, 21.

pro אַיָּלָה utatur Nomine ܐܝܠܬܐ *cerva.* Nec hanc imitatus est linguae Hebraeae proprietatem, ex qua נַעַר in Pentateucho notet tam *puerum* quam *puellam,* alterum, quod tantummodo Gen. 22, 5. (ܥܠܡܐ) retinuit, Nominibus ܡܥܠܐ, ܦܥܠܐ et ܫܡܥܝܢܐ exprimens, pro altero Femin. ܐܡܥܠܐ *puella* usus.

4. Femininorum denique forma *Abstractis* significandis inservit, quae haud raro in *Concreti* notionem abeunt totumque genus comprehendunt. Sic ܐܦܠܓܘܬܐ *familia*, *famulitium* ponitur pro *famulis*, *servis;* ܐܫܪܝܘܬܐ *liberatio* pro *servatis*, *liberatis;* propter quam Nominum abstractorum cum Plurali affinitatem factum est, ut vicissim res hoc numero expressae illorum notionem suam facerent (cf. §. 42. II.). Formantur autem *Abstracta* e Masculinis cum *Nominum* tum *Adiectivorum* et vel addita simplici *Femininorum* terminatione ܬ, ut ܐܚܛܝܘܬܐ *improbitas* ab ܚܛܝܐ *peccatum;* ܐܒܟܪܘܬܐ *primogenitura*, *ius primogeniti* a ܒܟܪܐ *primogenitus;* vel accedente syllaba ܛܠ, ut ܛܠܡܒܟܪ Stat. emph. ܐܠܛܠܡܒܟܪ *primogenitura* a ܐܒܟܪ *primogenitus;* ܛܠܥܛܝܡ Stat. emph. ܐܠܛܠܥܛܝܡ *iuventus* a ܥܛܝܡ *parvus*, *natu minor.* Alioquin efferuntur vocali U in penultima vel e cognatis dialectis cognoscenda, ut ܐܥܘܕܐ = פְּעֻלָּה *opus;* ܐܟܗܢܘܬܐ = כְּהֻנָּה *sacerdotium;* vel litera ܛ expressa, ut ܐܒܛܘܪܬܐ = גְּבוּרָה *potentia;* ܐܠܛܪܬܐ = יְרֻשָּׁה *possessio.* Alia ab *Adiectivis* ducta desinunt in ܡ, haud dubie vocali A in prima syllaba enuntianda, ut ܡܥܘܪܬܐ = עִוֶּרֶת *coecitas* s. *coecum;* ܡܥܒܠܬܐ = יַבֶּלֶת *verruca* s. *verrucatum;* ܡܟܦܬܐ = יַלֶּפֶת *impetigo* s. *impetiginosum.* Nomina denique per ܫ praef. formata cum vocali E in penultima, ut ܐܫܦܟܬܐ = מַהְפֵּכָה *subversio*, haud raro actionem designant, et *Infinitivi* inprimis Verborum intransitivorum, qui Femininorum adsciscunt terminationem, Graecorum Infinitivis cum articulo instructis respondent, ut Deut. 1, 27. ܐܠܛܬܐ = *τὸ μισεῖν;* Exod. 29, 29. 30. Pa. ܐܫܥܒܕܬܐ = (LXX.) *τὸ τελειῶσαι;* ܐܫܡܫܬܐ = *τὸ λειτουργεῖν;* Ethp. ܐܠܥܒܕܠܥܬܐ = *τὸ μεγαλύνειν.* De reliquis *Nominum abstractorum* formis vid. §. 39. II.

§. 42.

De Numero.

I. De Formatione Numeri.

1.) *Numerus* ut in lingua Hebraea et Chaldaea est triplex, *Singularis*, *Dualis* et *Pluralis*, licet Dualis sit rarior et ob mu-

tuam terminationis similitudinem aegre a Plurali distinguatur. Quemadmodum autem Singularis Generis nota gaudet, ita in Plurali quoque providit lingua, quo eidem dignoscendo consuleretur, ut utrique Generi sua esset terminatio, quam in *Masculinis* syllabam ܝܡ nudo Singulari accedentem et passim cum magis Chaldaica aut Syriaca ܝܢ permutatam esse vellet; in Femininis autem pro terminatione Singularis ܬ suffecit literam ܝ (= י־) praecedente vocali A, quam et in forma ܝܐ exprimeret, enuntiandam.

A) Exempla Pluralis masc. in ܝܡ haec sunt: ܒܢܝܡ *filii;* ܦܥܠܝܡ *opera;* itemque in Adiectivis et Participiis, ut ܛܒܝܡ *boni;* Gen. 18, 2. ܩܝܡܝܡ *stantes.* Terminatio ܝܢ in Nominibus pariter ac Adiect. et Partic. deprehenditur, ut Gen. 1, 14. ܢܗܝܪܝܢ *luminaria;* 3, 7. ܥܪܛܝܢ *nudi;* Num. 23, 10. ܫܒܚܝܢ *laudati;* nec desiderantur exempla, ubi pluribus inter se iunctis Pluralibus utraque terminatio alternat, ut Gen. 21, 34. ܝܘܡܝܢ · ܣܓܝܐܝܢ *multi dies;* 1, 14. ܙܒܢܝܢ · ܝܘܡܝܢ · ܠܙܒܢܝܢ *in tempora et dies et annos.* In iis Nominibus autem Adiect. et Partic., quae in ܝ aut ܝܐ (= י־) desinunt, quae posterior terminatio inprimis *Nominibus gentilitiis* propria esse solet, duplex ܝ Nominis alterum, alterum terminationis ܝܡ, ita in unum coalescit, ut ܝ e terminatione Plur. excidisse videri possit, ut ܥܡܡܐ *gentes* a ܥܡܐ; ܐܬܝܐ *venientes* ab ܐܬܐ, ܥܒܪܝܐ *Hebraei* ab ܥܒܪܝ. E Nominibus denique, quae duplicem proprie ultimam rad. in Sing. simpliciter scribunt, nonnisi ܥܡ *populus* reperitur, in cuius Plurali duplex litera redit Syrorum more, ut Exod. 15, 14. ܥܡܡܝܢ = ܥܡܡܐ. In reliquis, ut in ܝܡ *mare* (Plur. Syr. ܝܡܡܐ) haec scribendi lex negligitur.

Annot. Defective scripta Pluralis terminatio deprehenditur Gen. 7, 17. in verbis ܝܡܡ · ܐܪܒܥܝܢ *XL. dies;* quae huius Nominis forma licet et pro Plurali fem. abs. haberi possit, quippe quod Deut. 32, 7. ܝܡܡ = יְמוֹת legatur, tamen hic locus nihil probat, cum hanc lectionem e mero Hebraeum textum imitandi studio ortam esse, nemo infitias iverit et Gen. 7, 4. ܝܡܡ pro ܝܡܡ legatur. Similiter retinuit Samaritanus antiquam Pluralis terminationem ־ים, quae occurrit Gen. 49, 26., verba nimirum, quae ibi leguntur Hebraica reddens per ܛܒܘܬ · ܛܘܪܐ *benedictiones montium.*

B) Haud aliter Samaritani promiscue utuntur in Plurali femin. terminatione huic generi propria tam defective, quam plene scripta; nam iuxta ܐܪܡܠܬ *viduae;* ܒܢܬ *filiae;* ܒܢܝܢ

malae; aeque frequenter occurrunt praecedente ܐ, Exod. 32, 6. ܥܠܘܬܐ *holocausta;* Gen. 24, 35. ܐܡܗܬܐ *ancillae;* 37, 7. ܐܬܪܝܢ *circumdantes;* et licet inter utramque terminationem nullum discrimen videatur interesse, quod passim comprobatur locis, ut Lev. 14, 4. ܨܦܪܐ · ܛܗܪܐ · ܐܝܢܐ *aviculae viventes mundae;* adeoque uno eodemque loco, ut Exod. 36, 14. idem verbum ܝܪܝܥܬܐ et ܐܝܪܝܥܬܐ *cortinae*, utroque modo scribatur, hoc tamen a nobis observatum est, Nomina, Adiectiva et Participia in ܬ et ܐ exeuntia perraro sine ܐ scripta legi, ut ܡܬܢܬܐ *dona;* ܡܫܪܝܬܐ *castra;* Gen. 41, 2. · ܫܦܝܪܬܐ ܦܪܬܐ *vaccae pulcrae* etc.

2. Cum igitur syllabae ܝܬ et ܢ *Masculinis* accedant in Singulari Generis nota haud distinctis, his opposita autem terminatio ܬ s. ܬܐ propria sit *Femininis*, tamen in haud paucis lingua ab hac vulgari consuetudine discedit, nominatim

a) in iis, quae significatione sua satis genus suum arguunt, at cum Femininorum nota in Singulari adhuc careant, in Plurali quoque formando sibi constant et Masculinorum terminationem retinent, ut ܥܢܝܬܐ *oves feminae* a ܥܢܝܐ; ܥܙܝܬܐ (= עִזִּים) *capreae* ab ܥܙܐ, et quod Singularem non habet ܥܢܬܐ *feminae;* quamvis haud desint, quae hanc Singularis formam haud curent, ut ܐܬܢܬܐ *asinae* ab ܐܬܢܐ = אָתוֹן. Idem observatur b) in aliis, quae supra §. 41. 2. *Feminina idealia* nuncupare placuit, et itidem in Plurali vel terminationem masculinam servant, ut ܐܒܢܐ *lapides;* ܐܘܪܚܬܐ *viae;* Gen. 10, 5. 20. 31. ܐܪܥܬܐ *terrae* (Plur. emph. Gen. 41, 54. ܐܪܥܬܐ a Sing. abs. ܐܪܥܐ c. 47, 14. 20.; ܠܫܢܬܐ *linguae;* vel feminina adsciscunt, ut ܢܦܫܬܐ = נְפָשׁוֹת *animae* a ܢܦܫ.

3. Quamvis autem plura apud Hebraeos reperiantur Nomina, quae, cum sine terminationis nota propius ad Feminina accedant, in Plurali illorum formam sibi vindicant, neque vero generis masculini iacturam faciunt, Samaritani tamen magis terminationem, quae Singulari subest, in Plurali quoque retinuerunt. Pertinent tamen huc

a) e Nominibus notione ideali magis ad Genus femininum inclinantibus ܐܬܪܬܐ (Deut. 12, 2. ܐܬܪܬܐ) = מְקוֹמוֹת *loca* ab ܐܬܪ; ܐܣܪܬܐ (Plur. constr. Exod. 28, 24. 39, 17. ܐܣܪܬܐ) = עֲבֹתוֹת *vincula, catenae;* ex iis autem, quae b) duplici gaudent terminatione, licet in Singulari careant Feminini nota, obvenerunt tantummodo nobis ܝܘܡܐ *dies* Plur. ܝܘܡܝܢ

et semel Deut. 32, 7. in Statu constr. [illegible] = זְמוֹת; [illegible] *somnium* Plur. Gen. 37, 20. [illegible] et semel 42, 9. in Statu emph. [illegible] (חֲלֹמֹתָא); et c) Femininum duplici Pluralis terminatione insigne [illegible] = אֲלֻמָּה *manipulus* legitur Gen. 37, 7. [illegible] et cum Suff. [illegible].

Annot. In reliquis Hebraeorum Nominibus in Plurali feminina tantum terminatione usitatis, aut utriusque Generis nota distinctis, Samaritanus in iis, quae deprehenduntur exemplis, altera tantum masculina nimirum terminatione utitur. Pertinent huc Gen. 1, 15. 16. [illegible] = מְאֹרוֹת *luminaria;* Exod. 34, 13. et alibi semper [illegible] = מִזְבְּחוֹת *altaria;* Gen. 40, 10. [illegible] = אַשְׁכְּלוֹת *botri* ab [illegible] = אֶשְׁכֹּל; Exod. 9, 29. [illegible] = קֹלוֹת *voces, tonitrua* a [illegible] = קוֹל; Gen. 23, 6. et Exod. 14, 11. [illegible] = קְבָרִים et קְבָרוֹת *sepulcra;* Gen. 7, 11. [illegible] = מַעְיָנִים et מַעְיָנוֹת *fontes;* Exod. 8, 5. [illegible] = נְהָרִים et נְהָרוֹת *fluvii;* Lev. 23, 43. [illegible] = דוֹרִים et דֹּרוֹת *generationes.*

4. Sunt contra *Nomina feminina*, quae forte, quia de ipsorum Genere adhuc dubitari posset, adscita Pluralis terminatione masc., nihilominus Genus, quo in Singulari distinguuntur, servant. Pertinent huc inter alias res inprimis plantarum temporumque Nomina, ut [illegible] = תְּאֵנָה *ficus* Pl. Num. 13, 24. [illegible] (Ch. תְּאֵנִין) = תְּאֵנִים; [illegible] = חִטָּה *triticum*, Plur. Gen. 30, 14. et alibi saepius [illegible] (Ch. חִטִּין) = חִטִּים (Exod. 9, 32. Stat. emph. [illegible] = Chald. חִטַּיָּא pro Hebr. חִטָּה); [illegible] = שְׂעֹרָה *hordeum*, Pl. Lev. 27, 16. et Num. 5, 15. [illegible] et [illegible] (Ch. שַׂעֲרִין) = שְׂעֹרִים; [illegible] (Ch. שִׁבֻּלָא) = שִׁבֹּלֶת *arista*, Pl. Gen. 41, 5. [illegible] v. 7. Stat. emph. [illegible] = שִׁבֹּלִים; [illegible] = בֵּיץ s. בֵּיצָא, Ch. בֵּיעָה, Syr. ܒܝܥܐ *ovum* Pl. Deut. 22, 6. [illegible] Stat. emph. [illegible] = בֵּצִים, Chald. בֵּיעִין; [illegible] (Syr. ܒܬܪܝܢ) = לְבֵנָה *later*, Pl. Exod. 1, 14. [illegible] = לְבֵנִים; [illegible] (Syr. ܫܢܬܐ) = שָׁנָה *annus*, Pl. Gen. 1, 14. [illegible] = שָׁנִים, Ch. שְׁנִין; [illegible] (Exod. 31, 15. Lev. 16, 31. Ch. שַׁבָּא) Stat. emph. [illegible] *sabbatum*, Pl. Lev. 23, 15. [illegible] = שַׁבָּתוֹת; [illegible] (Syr. ܡܠܬܐ, pro quo saepius [illegible]) = מִלָּה *verbum*, Pl. Gen. 42, 20. [illegible] = מִלִּים; [illegible] *ancilla*, Pl. Gen. 12, 16. [illegible] (semel abiecto [illegible] Gen. 24, 35. [illegible]); [illegible] s. [illegible] *pellex*, Plur. Gen. 25, 6. [illegible]; cf. Hebr. פִּילַגְשִׁים.

5. In nonnullis Nominibus membra inprimis corporis duplicia designantibus utriusque generis in Plurali terminatio, nisi mascu-

linam rectius, ut paullo infra sub III. docebitur, Dualem esse existimaveris, in usu fuisse videri potest; hoc tamen discrimine, ut terminatio Pluralis feminina designaverit res metaphorice ob similitudinem his membris comparandas.

Probabitur hoc his exemplis: ܥܝܢܐ *oculus*, ܥܝܢܝܢ = Dual. עֵינַיִם; at ܥܝܢܬܐ respondet Deut. 8, 7. hebraico עֲיָנוֹת *fontes*. Similiter ܪܓܠܐ *pes*, ܪܓܠܝܢ = Dual. רַגְלַיִם; Hebraeorum רְגָלִים autem *vices* vertitur Num. 22, 28. 32. 33. per ܪܓܠܬܐ. Idem observatur in Plurali Nominis ܥܨܡܐ *os*, *ossis*, cuius Plur. fem. ut Hebraeorum עֲצָמוֹת notat magis *ossa mortui*, ut Exod. 13, 19. Stat. constr. ܥܨܡܬ et ibidem cum Suff. ܥܨܡܬܗ cf. Gen. 50, 25., licet Plur. masc. ܥܨܡܝܬ investigari non possit.

Annot. Neque tamen hoc discrimen ubique observatum est, nam Lev. 23, 40. ܥܢܦܐ in verbis ܥܢܦܐ ܕܬܡܪܐ *spathae* s. *spathulae* i. e. palmites s. ramuli palmarum non respondent hebraico כַּפּוֹת cf. Lev. 11, 27. Alia exprimit Samaritanus aliis nominibus, ut Exod. 26, 17. ܩܨܬܐ *incastraturae*, quod ubivis pro יָדוֹת adhibitum legitur. In Nomine denique ܙܒܢܐ *tempus* utraque Pluralis terminatio sine significationis discrimine usurpatur, nisi quod Plur. fem. ܙܒܢܬܐ *vices* saepius occurrit. Cf. Synt. §. 89. C. 4.

6. De Plurali Nominum ܐܒܐ *pater*, Pl. Deut. 5, 9. et alibi ܐܒܗܬܐ = אָבוֹת; ܫܡܐ *nomen*, Pl. Gen. 2, 20. ܫܡܬܐ = שֵׁמוֹת; uti de Plurali Femininorum cum ܬ (pro ܐ = A) ante Generis terminationem inserto, ut in Statu constr. Pl. ܢܦܫܬ = נַפְשׁוֹת; ܩܪܝܬܐ *urbes*; aut aliis in Plurali literarum mutationibus, ut in ܒܢܬܐ *filiae* a ܒܪܬܐ vid. infra §. 47.

II. De significatione Pluralis Numeri.

Pluralis significat interdum unitatem, quod inprimis animadvertitur in *Abstractis*, quatenus illa plures res singulas in unum atque totum comprehendunt. Huc referenda sunt Gen. 49, 20. ܡܥܕܢܝܬܐ = מַעֲדַנִּים *deliciae*; ܚܝܐ = חַיִּים *vita*; potissimumque ea, quae ante terminationem Pluralem in penultima literas ܝ et ܡ inter mediam et tertiam rad. habent, ut Gen. 37, 3. ܙܩܝܢܐ = זְקֵנִים *senectus* (alibi ܨܒܝܐ, ut Gen. 21, 2. 7. 44, 20. cf. Gen. 46, 34. ܨܥܘܪܐ = נְעוּרִים *iuventus*); Lev. 21, 13. Deut. 22, 14. ܒܬܘܠܬܐ = בְּתוּלִים *virginitas*; Gen. 50, 3, ܚܢܛܐ = חֲנָטִים *perunctio* (Einbalsamirung); Exod. 18, 2. ܫܠܚܐ = שִׁלֻּחִים *dimissio*. Praeterea Singularis notione,

ut in reliquis dialectis Semiticis, occurrunt [illegible] = שָׁמַיִם *coelum* (pr. *altitudines*); [illegible]=מַיִם *aqua* (*undae*); et [illegible] *facies*. Licet autem hoc apud Hebraeos in Duali אַפַּיִם usurpetur, tamen, quia Syris et Chaldaeis (אַנְפִּין—[illegible]) Nomen Plurale est, idque Samaritani continuo ponunt pro Hebraeorum פָּנִים, illud, quod iam a Cellario factum vidimus, huic Pluralium ordini adscribere non dubitavimus.

III. De Duali Numero.

De *Duali*, qui rarius in lingua Samaritana deprehenditur, et ob terminationem suam [illegible] aegre a Plurali discerni potest, varie statuerunt Grammatici, inter quos Morinus, qui contendit, indicio ei esse [illegible], quod illam terminationem antecederet, hancque suam sententiam exemplo e Gen. 27, 36. et 41, 32. [illegible] i. e. *duabus vicibus* allato confirmare studet. Verum cum id non perpetuo observetur et interpres Samaritanus similiter in [illegible], quod Exod. 16, 29. et Num. 11, 19. pro יוֹמַיִם legitur et a Chaldaeo תְּרֵין יוֹמִין, a Syro [illegible] vertitur, hoc distinguendi signo uti debuisset, de hac linguae lege approbanda merito dubitatur. Quae autem Castellus affert exempla, quibus terminationem huius Numeri [illegible] commendatam esse velit, e Gen. 32, 7. et 10., ubi verba [illegible] et [illegible] *duo castra* occurrunt, petita nihil faciunt ad litem dirimendam, quippe in quibus additus numerus obstet. Neque comprobari potest eiusdem Viri clariss. sententia verbis [illegible] *duae ancillae* Gen. 33, 1. obviis, quae eandem ob causam, quo minus de Duali cogitaveris, impediant. Multo minus confugiendum est ad singularem Verbi formam, quae Exod. 1, 16. deprehenditur, cum [illegible] Plurali Hebraico רְאִיתֶן *vidistis* respondeat et [illegible] insertum hic potius Feminino significando inserviat. Quid quod Cellario Viro Cel. p. 67., nemine certe Grammaticorum nostri aevi id probante, [illegible] *aqua* et [illegible] *coelum* Duali Numero accensere placuit? Quamvis autem Samaritani Syrorum et Chaldaeorum more, quae bina afferuntur, numerali [illegible] m. et [illegible] f. *duo*, *duae* exprimere ament, ut Gen. 25, 23. [illegible] *duo populi* et Lev. 16, 21. [illegible] *ambae eius manus*, tamen exempla non desunt, quae, Samaritanos Dualem Numerum haud prorsus latuisse, luculentissime probant. Hinc non supersedebimus de hac re paucis disserere. Quod attinet terminationem [illegible], quae a Plurali masc. haud differat, hoc

erit constituendum, literas utrique Numero communes vocalium certe enuntiatione a se invicem fuisse distinctas, ita ut haud insolenter a quoquam factum fuisse videatur, qui has literas Hebraeorum more in Duali יִם ־ efferendas esse existimaverit. Dualis Numeri autem non ea est natura, quae compenset omnino numerum binarium, sed ad res binas parium ad instar inter se coniunctas respiciat. Hinc prae ceteris deprehenditur in Nominibus numeralibus, non quidem in supra laudato ܫܬܝܢ et ܬܪܬܝܢ = שְׁנַיִם et שְׁתַּיִם, at certe in ܡܐܬܝܢ = מָאתַיִם *ducenti* Gen. 11, 17. 19. 21. 32, 14., qui numerus a ܡܐܐ Plurali centenario satis differt; nec non in ܐܠܦܝܢ = אַלְפַּיִם *duo millia* Num. 7, 85. cum Plurali non confundendo, cui numerorum unitates apponantur necesse est, quod in solo Duali locum non habet. Quandoquidem vero Hebraei inprimis hoc Numero utuntur in iis, quae duplicia in corpore deprehenduntur, membris, merito quaeritur, annon, inprimis cum nullum inter utramque terminationem intersit discrimen, et apud Samaritanos in iisdem idem valeat, et ܥܝܢܝܢ *oculi* etc. pro Dualibus haberi debeant, quod vel confirmatur aliis exemplis, in quibus, licet haec proprietas haud eluceat, nihilominus tamen binarius numerus Duali exprimitur, ut Num. 9, 22. Exod. 16, 29. ܝܘܡܝܢ = יוֹמַיִם *biduum;* Lev. 12, 5. ܫܒܥܝܢ = שְׁבֻעַיִם *duae hebdomades;* Gen. 11, 10. ܫܢܬܝܢ = שְׁנָתַיִם, quod adeo differt a Plurali ܫܢܝܢ et Gen. 27, 36. 41, 32. Num. 20, 11. ܦܥܡܝܢ = פַּעֲמַיִם *bis.* Hinc non facile dubitet aliquis huc quoque referre Exod. 29, 39. 41. ܥܪܒܝܢ = עַרְבַּיִם *vespera* i. e. tempus paullo ante et post solis occasum; Deut. 28, 29. ܨܗܪܝܡ = צָהֳרַיִם *meridies* i. e. tempus ante et post summum solis in coelo fastigium; ܡܨܪܝܡ = מִצְרַיִם *Aegyptus* h. e. terra a Nilo in duas partes divisa; ܢܗܪܝܡ = נְהָרַיִם *duo fluvii* i. e. Euphrates et Tigris ubi, ut Gen. 24, 10. coniunctum legitur cum ܐܪܡ i. q. *Mesopotamia.*

§. 43.

De Statu Nominum absoluto, constructo et emphatico.

Dum linguae Semiticae Casibus e varia Nominum terminatione cognoscendis carent, ideoque hac flectendi ratione, quam vulgo nomine Declinationum complectimur, destitutae sunt, alia gaudent proprietate, qua hic flectendi modus sufficitur. Quod enim

linguae occidentales terminationibus, quibus variantur Nomina, assequuntur, hoc impetrare student Semiticae passim verborum ordine, Subiecto inter alias plerumque Verbum suum antecedente, Obiecto id sequente, aut ita, ut duo Nomina, quorum alterum alterius rationem explicat et explet, sic invicem componantur, ut unum efficere videri possint. Hinc omnis de Casibus doctrina cernitur in singulis, qui vulgo dicuntur Statibus; quorum is, qui nomen per se ponit, ita ut illud nec ab altero dependeat, nec ei subditum sit, nec circumscribendo aut explicando alteri inserviat, dicitur *Status absolutus*, cui quidem Nominativus ideo comparari nequit, quippe latiore pateat usu, omnesque Casus Praepositionibus significandos comprehendere possit. Cuius naturam si accuratius definire velis, haec fere est, ut hac forma rem indefinite propositam esse dicas. Alia Nominis forma Genitivo exprimendo aut potius indicando idonea et propriam prae se ferens flexionis speciem est *Status constructus*, cuius hoc est, ut priorem alicuius rei definitae constituat partem, et cuius arctior cum sequenti Nomine coniunctio eo efficitur, ut vel vocalium mutatione, vel peculiari terminatione antecedat alterum, quod explicationem eius contineat et ex indefinito illud reddat definitum. Nec tamen omnino necesse est, ut hoc sequenti Nomine impetretur, cum et ipsis Pronominibus huic formae suffixis eadem definiendi et explicandi ratio competat. Quodsi denique Nomen per se ita proponitur, ut rem in eo cognoscas definitam, per se separatam et a similibus distinctam, ob auctam Nominis in fine litera ܐ, qua articulus aliarum linguarum exprimitur (= א ָ), formam idem subest Status constructus, quoniam hac litera idem efficitur, quod in Genitivo significando lingua sive Nomine quod sequitur, sive Pronomine suffixo assequitur. Huic Nominis formae ideo *Status emphatici* s. *demonstrativi* nomen inditum est; at et huius longe amplior est usus, quam simplicis aliarum linguarum Nominativi, quod vel ex supra dictis facile colligitur.

I. *Status absolutus.*

Quae sit in utroque Genere ac Numero huius status forma, iam §. 41. 42. exposuimus. Restat, ut hic, priusquam ad *Statum constructum* transeamus, vocalium natura paullo diligentius dilucidetur. In universum eadem observantur, quae in reliquis dialectis; mutationi scilicet a) non subiectas esse vocales syllabae penultimae compositae, aut quae geminatam habet intensivae

formae literam ab Hebraeis Dagesch forti expressam, quoniam litera eiusmodi syllabae finalis, utpote quae vocalem quasi fulciat atque coarctet, nullo modo sequenti syllabae sese adiungere possit. Eandem firmitatem obtinent b) vocalis A e contractione oborta, aut quae in literis ܡ et ܝ quiescunt. Pertinent huc non modo Nomina monosyllaba, sed etiam bisyllaba his vocalium proprietatibus insignia. Eadem valent de Nominibus femininis, in quibus, siquidem a Masculinis ducuntur, quae vocales impuras habent, terminatio ܬ nullam affert vocalium mutationem, nec inde abscedunt Adiectivorum aut Gentilitiorum Feminina, ut ܫܡܐ *malus*, fem. ܬܫܡܐ; ܡܨܪܝܐ *Aegyptius*, fem. ܬܡܨܪܝܐ (cf. ܡܨܪܝܐ m. ܡܨܪܝܬܐ f.). In iisdem vocales ultimae syllabae purae aut excidunt, ultima radicali ad novam syllabam cum ܬ formandam transeunte, ut ܐܪܡܠܐ *viduus* (אַרְמָלָא), ܬܐܪܡܠܐ=אַרְמָלָא *vidua;* aut in priorem recedunt syllabam, ut ܥܓܠ (=Ch. עֵגֶל) *vitulus*, ܬܥܓܠ (=ܥܓܠܬܐ) *vitula.* In Plurali utriusque generis formando nihil inest difficultatis, quandoquidem accedente syllaba ܝܢ similiter vocales impurae vel retinentur, vel purae in ultima syllaba ad regulam iam propositam abiiciuntur aut remittuntur, ut in Nominibus monosyllabis vocibus Hebraeorum segolatis comparandis, ad duas priores rad. syllaba coniungendas. De terminatione Plur. masc. Nominum, quae a Verbis ܬܐ ducta in ܡ desinunt, quod cum eadem terminationis litera in ܝܢ aut ܢ coalescit, dubites, utrum Chaldaeorum more cum ܡ mobili ין, an cum Syris ܝܢ; ܡ in praecedente vocali E quiescente, sit enuntianda, vid. §. 46. I. 4. In Femininis ܬ (=אָ ـ) Sing. abit in ܬ aut ܬܐ, servatis e Statu abs. Sing. vocalibus; in iis autem, quae in ܝ et ܡ terminantur, utraque litera in Plurali abs. fit mobilis, ut ܡܠܟܘܬܐ (=ܡܠܟܘܬܐ) *regnum;* Pl. ܬܐܡܠܟܘܬܐ (=ܡܠܟܘܬܐ); ܬܡܪܝܐ (=Ch. קְרִיָא) Pl. ܬܐܡܪܝܐ. cf. §. 46. II. 4.

II. *Status constructus.*

A) *Status constructus* in Sing. masc. non differt a Statu absoluto. Excipiuntur autem ܐܒܐ *pater* et ܐܚܐ *frater*, quorum Status constr. est ܡܐܒܐ=אֲבִי, et ܡܐܚܐ=אֲחִי, ut Gen. 10, 21. Neque tamen haec flexio ubivis a Samaritanis servata est; nam praeterquam quod Nomine ܐܚܐ rarius utuntur quam Hebraei (cf. Gen. 14, 12. ܡܐܒܐ 22, 23. ܫܡܐ), legitur quoque sine hac peculiari terminatione in Statu est. Gen. 17, 4. 19, 38. ܐܒܐ;

22, 21. 28, 2. [illegible]; et Gen. 43, 6. 7. (5. 6.) adhibetur adeo [illegible] pro Statu abs. De tertio Hebraeorum Nomine חָם St. c. חֲמִי *socer* saltem coniicere licet, hanc quoque formam Samaritanis innotuisse, quippe praeter Stat. c. [illegible], cui Suffixa accedunt, plura quoque inveniantur exempla, in quibus [illegible] excidit, ut Gen. 38, 25. [illegible] = חֲמִיהָ. Cf. §. 45. 2. Annot. 3.

B) In Plurali constr. Masculinorum abiicitur [illegible] aut [illegible] terminationis absolutae et [illegible], quo finitur haec forma, aut Chaldaeorum more praecedente vocali E, aut, quod magis arridet, cum Syris per Ai, quam vocalem prae ceteris Samaritani ament, effertur. Sic ex [illegible] *superficies* fit in Statu constr. [illegible]; ex [illegible] *populi* St. c. [illegible].

Annot. Singulare pro Statu constr. plur. exemplum deprehenditur Gen. 18, 18., ubi verba Hebraica גּוֹיֵי הָאָרֶץ redduntur per [illegible] · [illegible] *populus terrae*, Statu emph. Sing. procul dubio collective posito pro Plurali [illegible] = אַמְמֵי, quo Chaldaeus utitur.

C) In Statu constructo Femininorum Singularis nota generis [illegible] mutatur in [illegible], ut [illegible] imago, Stat. c. [illegible]; [illegible] *ancilla*, St. c. [illegible]; quae litera simpliciter accedit ad ea, quae in [illegible] et [illegible] desinunt (cf. §. 39. II. A. c.); ut [illegible] *oblatio*, Stat. c. [illegible]; [illegible] *initium*, Stat. c. [illegible] et alia plura.

Annot. In hac regula constituenda consentientem habemus Morinum p. 34., dum Cellarius p. 71. hunc statum ab emphatico (cf. paullo infra III. C.) abiecta litera [illegible] derivare mavult, idque eo poterit defendi, quod hic Status sequente Nomine in Genitivo aut addito Suffixo aeque definitus ac ille appareat. Nihil tamen impedit, quominus illum huic potius originem suam debere statuamus. Cave tamen credas, neglectum fuisse interdum a Samaritanis, Nominibus in [illegible] et [illegible] exeuntibus in Statu constr. [illegible] addere; quin immo, quae leguntur exempla; Gen. 20, 5. [illegible] · [illegible] *integritas animi mei*, licet statim sequatur [illegible] · [illegible] *mundities manuum mearum;* 21, 16. [illegible] · [illegible] *iaculatio arcus;* 19, 27. [illegible] · [illegible] *precatio aurorae;* evincunt, hic de statu abs. esse cogitandum. Nam quae in singulis his locis adiuncta sunt Nomina Genitivum exprimentia, eiusmodi sunt, quae non tam definiant, quam accuratius explicent praecedens Nomen, cuius significatio, quam ex adiuncto Nomine obtinet, vel iam per se, vel e verborum nexu cognosceretur; ita ut vel per appositionem explicari queant, vel perinde haberi, ac si iis nonnisi praecedentis Status emph. indicaretur. Idem fere comprobatur Gen. 19, 26. verbis [illegible] · [illegible] *statua salis;* eodemque redeunt, quae v. 28. leguntur [illegible] · [illegible] · [illegible] · [illegible] *fumus de terra* (sc. surgens) *sicut fumus fornacis.* Multum vero abest, ut persuadeat no-

bis Castellus errore suo, in quod incidit in Lex. hept. p. 3441., huc referre Gen. 22, 17. verba ܐܬܪܝܗܘܢ · ܩܪܝܐ *civitates inimicorum suorum*, cum ܩܪܝܐ, quod Chald. hic et alibi קִרְיָא, Syr. ܡܕܝܢܬܐ, LXX. πόλεις vertunt, non sit Nomen Singularis, sed Status constr. Pl., cuius Status emph. ܐܬܪܝܐ = קִרְיָתָא Gen. 19, 29. legitur. Litera ܩ excidisse videri potest Gen. 35, 22. in Statu c. ܐܒܠܐ *pellex*, cuius Stat. abs. ܩܒܠܐ c. 36, 12. occurrit.

D) In Statu constr. fem. Plur. formando consentit Samaritanus cum Chaldaeo, terminationem ܐ s. ܐܝܬ mutans in ܐ s. ܐܐ, e qua posteriore forma enuntiatio ת־ elucet. Displicet et hic accedere iis, qui hanc terminationem e Statu emph. ܐ s. ܐܐ ortam esse dicant. Exempla afferantur haec: ܒܪܟܬܐ *benedictiones* a Statu abs. ܒܪܟܬܐ; Gen. 6, 2. ܒܢܬܐ (Gen. 19, 30. ܒܢܐ) *filiae* a ܒܪܬܐ (et ܒܢܐ); 24, 13. ܒܢܬܐ *filiae* a Stat. abs. ܒܪܬܐ.

Annot. Interdum ܐ cum ܐ permutatum est, ut Exod. 30, 16. ܢܦܫܬܐ = נַפְשׁוֹת, idemque sibi vindicarunt Masculina cum terminatione femin. ܐܒܗܬܐ (= אֲבוֹתָיו) *patres*; ܐܫܡܬܐ (= אֲבוֹתָיו) *nomina*. Alibi imitatus est Hebraeum terminatione ות assumta, ut Exod. 1, 1. ܐܫܡܬܐ = שְׁמוֹת; Gen. 26, 18. ܐܒܝܪܬܐ = בְּאֵרוֹת; Deut. 12, 6. ܒܟܪܬܐ = בְּכֹרוֹת. — Promiscuum Status absoluti pro constructo usum eodem, quo supra, modo explicandum deprehendimus Num. 32, 16. in verbis ܒܥܝܪ · ܒܥܝܪܬ *caulae pecudum* et alibi, ut Gen. 25, 13. 36, 6. Dubitem vero cum Cellario p. 72. ܐܡܬܐ, quo Gen. 1, 26. דָּגַת redditur, ad constructam Pluralis fem. formam referre, licet Chaldaeus נוּנֵי, Syrus ܢܘܢܝ habeat. Nec probaverim Castelli sententiam, qui in Lex. hept. p. 2248. Pluralem abs. ܐܡܬܐ a ܐܬܐ, quod nullibi occurrit, commendat, cum Samaritanus hac ipsa forma Exod. 7, 18. 21. pro hebraico הַדָּגָה utatur. Nam quod suspicamur ܐܡܬܐ esse Statum constr. Sing. a ܡܬܐ, evincitur praeterea loco Deut. 4, 18., ubi Hebraica verba כָּל־דָּגָה אֲשֶׁר בַּמַּיִם a Sam. vertuntur · ܡܬܐ · ܟܠ ܐܡܝܢܬܐ *omnes pisces, qui in mari* sc. erant; ut taceamus, obstare ܩ, quod sine ullo in Singulari vestigio in Plurali assumeretur.

III. *Status emphaticus s. demonstrativus.*

A) Hic Status in Sing. Masculinorum adsciscit ܐ (= Ch. א־) vocali A enuntiandum, ita ut a Statu Femininorum abs. haud differat; ut ܐܢܓܠܐ *angelus* a ܐܢܓܠ; ܐܡܠܐ *rex* a ܡܠܟ; itidemque in Adiectivis, ut ܐܩܕܝܫ *sanctus* a ܩܕܝܫ; quae eundem sibi vindicant Nomine in Statu emph. praecedente, ut Gen. 1, 16. ܐܢܘܪ · ܐܢܘܪܐ ܪܒܐ *lumen magnum* (cf. Synt. §. 80. 1.). Idem valet de Nominibus in ܬ desinentibus, ut Gen. 21, 17.

𐤀𐤌𐤓𐤄 = הַנַּעַר *puer* a 𐤌𐤓𐤄; terminatio 𐤌𐤀 autem transit in 𐤀𐤀, neque solum in Gentilitiis, ut Exod. 2, 12. 𐤀𐤀𐤓𐤌𐤉 = הַמִּצְרִי *Aegyptius* a 𐤌𐤀𐤓𐤌𐤉; Deut. 15, 12. 𐤀𐤀𐤁𐤓 = הָעִבְרִי *Hebraeus;* 26, 11. 7, 1. 20, 17., sed etiam in Adiectivis, ut Exod. 22, 27. 𐤀𐤀𐤀𐤄 *misericors* a 𐤌𐤀𐤀𐤄, et passim in Numeralibus, ut Lev. 9, 1. 𐤀𐤀𐤌𐤉𐤀 = הַשְּׁמִינִי *octavus*, Num. 7, 60.; licet in longe plerisque locis hoc a Sam. negligatur, ut Gen. 2, 14. 𐤀𐤀𐤌𐤋𐤀 et 𐤀𐤓𐤌𐤁𐤓 *tertius — quartus.*

Annot. Interdum Nomina propria hac gaudent terminatione, ut Num. 34, 14. 𐤀𐤀𐤁𐤓𐤀𐤀 · 𐤁𐤍𐤌 = בְּנֵי הָרְאוּבֵנִי et 𐤀𐤀𐤃𐤉 · 𐤌𐤍𐤁 ibid. *Rubenitae* et *Gaditae*, ubi ad Gentilitiorum notionem accedunt; nec desunt exempla, in quibus 𐤀 rad. praecedente 𐤌 abiicitur, ut Deut. 18, 20. 22. 𐤀𐤀𐤌𐤁𐤀 et 𐤀𐤌𐤁𐤀 a 𐤀𐤌𐤁𐤀 *propheta.* In 𐤀𐤌𐤋𐤌𐤋 = לַיְלָה autem perperam quaesiveris Statum emph., cum 𐤀 potius ut in voce Hebraea sit paragogicum.

B) In Statu emph. Plur. Masculinorum terminatio 𐤌𐤀 aut 𐤉𐤌 transit in 𐤀𐤌 = Chald. יָא ־, ut 𐤀𐤌𐤉𐤀𐤉𐤌 *coelum;* 𐤀𐤌𐤉𐤌 *aqua;* 𐤀𐤌𐤉𐤀𐤋𐤉𐤌 *angeli* et alia plura. Nomina, quae in Sing. emph. in 𐤀𐤌 terminantur, in Plur. ante hanc terminationem pro abiecta radicali 𐤌 inserunt 𐤀, ut 𐤀𐤌𐤀𐤁𐤓 *pueri* e Sing. emph. 𐤀𐤌𐤁𐤓; interdum cum eadem litera et servato 𐤌 scribuntur, ut Exod. 34, 31. 𐤀𐤌𐤀𐤌𐤀𐤓 = הַנְּשִׂיאִים *principes;* aut utroque modo cum 𐤓 reperiuntur, ut Gen. 40, 2. 𐤀𐤌𐤓𐤀𐤉𐤌 *pincernae;* 48, 19. 𐤀𐤌𐤓𐤀𐤉 *gentes*, Lev. 18, 24.; Exod. 2, 23. 𐤀𐤌𐤓𐤌𐤉𐤀 *multi.* Gentilitia et Patronymica contra desinunt aut in 𐤌𐤀, ut Exod. 7, 16. 𐤌𐤀𐤁𐤓 = הָעִבְרִים; 7, 18. 𐤌𐤀𐤓𐤌𐤉 = הַמִּצְרִים Num. 25, 16. Deut. 2, 12. 𐤌𐤀𐤇𐤁𐤀 = הַחֹרִים *Choraei;* v. 20., 27, 9. 𐤌𐤀𐤋𐤋 = הַלְּוִיִּם *Levitae* (semel adeo Deut. 33, 3. 𐤌𐤀𐤉𐤉𐤓 *populi*); aut in 𐤌𐤌𐤀, ut Gen. 39, 1. 𐤌𐤌𐤀𐤋𐤀𐤓𐤉𐤌 *Ismaelitae;* Deut. 2, 10. 3, 9.; quae terminatio nec in Adiectivis in 𐤌𐤀 exeuntibus desideratur, ut Deut. 10, 2. 𐤌𐤌𐤀𐤉𐤓𐤀𐤌 = הָרִאשֹׁנִים *priores.*

Annot. Num vero Pluralis nota 𐤌 quoque exciderit, unico saltem exemplo, quod Gen. 19, 10. 𐤀𐤁𐤀𐤓 = הָאֲנָשִׁים reperitur, comprobari nequit, cum, quo minus pro mendo typographico habeatur nihil impediat; nec minus incertum est, utrum vulgaris Pluralis emphatici forma Gen. 12, 12. in Gentilitio 𐤀𐤌𐤓𐤌𐤉 = הַמִּצְרִים *Aegyptii* proposita soloecismis sit annumeranda, an saepius in horum Nominum statu emph. a Samaritanis fuerit usurpata. Praeterea pro Hebraeorum בָּקָר in Singulari tantum usitato occurrit Gen. 18, 7. Plur. emph.

ܐܡܪܐ (= הַבָּקָר) *armenta.* E Femininis terminatione masculina instructis huc pertinent ܐܡܠܬܐ *verba;* Exod. 1, 19. ܐܡܬܐ *mulieres;* Gen. 26, 3. ܐܡܪܥܐ *terrae* (cf. tamen §. 42. I. 2. b.) etc.

C) In Statu emph. Femininorum Singularis commutatur ܐ Status absoluti in ܐܐ, aut quod idem sibi vult, Statui constr. additur ܐ (= Ch. תָּא), ut ܐܐܬܪܐ *terra;* ܐܐܒܐ *pecus, iumentum;* ܐܐܝܡܐ *columba.* Quae in ܝ et ܡ terminantur, adiiciunt ܐܐ, ut ܐܐܝܒܡܐ *senectus;* ܐܐܡܠܐ *portentum;* ܐܐܡܬܐ *pura,* a ܝܒܡܐ, ܡܠܐ etc. et in Gentilitiis similiter terminatio absoluta ܐܡ transit in ܐܐܡ, ut Lev. 24, 10. 11. ܐܐܡܠܐܝܬܡ *Israelitis;* Deut. 15, 12. ܐܐܡܐܝܒܐ *Hebraea.*

Annot. E forma ܐܐܪܥܐ *terra tua,* quae Deut. 21, 23. legitur, apparet, Samaritanos non omnino devitasse huic Nomini feminino masculinae formae terminationem significationi magis convenientem vindicare, licet hoc rarissime factum sit et ubivis alibi ܐܪܥܐ legatur. Cf. Gen. 32, 9. Exod. 23, 10. 34, 24. Deut. 19, 2. 3. et §. 42. I. 2. b.

D) In Plurali Femininorum emphatico denique ܬ et ܬܐ formae abs. mutari solet in ܐܐ et ܐܐܐ (= תָּא ־); licet haec posterior terminatio longe sit frequentissima, ut Gen. 19, 25. ܐܐܐܡܪܐ *urbes* a ܬܐܡܪܐ; 31, 43. ܐܐܐܒܐ *filiae* a ܒܒܐ; 33, 2. ܐܐܐܬܬܬ *ancillae* 41, 20. ܐܐܐܡܐ *malae;* eandemque probant Gentilitia, eiecta litera ܡ Singulari emph. propria (vid. supra C.), ut Exod. 1, 19. ܐܐܐܝܒܐ *Hebraeae;* ܐܐܐܡܬ *Aegyptiae.*

Annot. In haud paucis illud ܐ mutatur cum ܐ, ut Num. 35, 3. ܐܐܐܡܪ *urbes;* Lev. 7, 4. ܐܐܐܡܠܬ *renes;* Deut. 28, 45. ܐܐܐܠܠ *maledictiones;* quo et pertinent ܐܐܐܐ = אֲבוֹתֵיכֶם *patres;* ܐܐܐܬ = שֵׁמוֹתֵיכֶם *nomina* vid supra §. 42. I. 6. et §. 47.; in aliis ultima rad. ܝ fit mobilis, ut Deut. 3, 21. ܐܐܐܝܠܬ *regna.* Reperiuntur quoque formae emph. Hebraeorum Plurali accommodatae, et vel ita, ut accedat simpliciter syllaba ܐ, ut Gen. 26, 15. ܐܐܐܝܡܐ = הַבְּאֵרוֹת *putei,* vel ut annectatur ܐܐ abiecto ת formae Hebraeae, ut Gen. 41, 4. 20. ܐܐܐܝܐ = הַפָּרוֹת *vaccae.* Quae autem hic iterum Cellarius p. 70. de ܐܐܡܬ disputat, quod e Chald. נִינְוֵא mutuatum censet, et cuius Singularem ܐܬ cum Syr. ܢܝ comparat, iam supra II. D. pluribus refutata sunt.

Appendix.

De ה *demonstrativo Pronominibus, Nominibus et Participiis praefixo.*

Superest iam, ut disquiratur, cur Samaritanus, qui Statu emph. idem exprimeret quod Hebraeus articulo, in sexcentis locis hanc Hebraeorum proprietatem retinuisse videatur, et certis quibusdam nonnisi locis textum Hebraicum hoc idiomate imitatus sit. Ut igitur a re magis expedita ad difficiliorem explicatu progrediamur, primum tenendum est, illud ה prae ceteris reperiri, ubi Hebraeus articulo utitur ante Pronomina demonstrativa, quae in lingua Samaritana ab hac Nominum per Status formatione exclusa sunt; ut Gen. 10, 11. ה·ארץ *haec terra;* 15, 17. ההמה·המחנות *divisiones illae;* ה·יום *hoc die;* 17, 21. 18, 25. 22, 20. etc. In quo igitur idiomate cum consentientem secum habeat Chaldaeum, non est, quod dubitemus, quin illud ה demonstrativam obtineat vim et cum Syrorum ܗܘ ܗܢܘ *hic ipse;* ܗܝ ܗܢܝ *haec ipsa* sit comparandum (cf. Gr. ὁ αὐτὸς etc.), ita ut de nulla alia re sermo esse possit, nisi de ea, quae Nomine praecedit, ad quam illud ה respicit. Haec eius significatio collustratur passim iis exemplis, ubi in textu Hebraeo articulus ante Pronomen desideratur, ut Num. 15, 25. והם = וְהֵם (Ch. וְאִנּוּן) *et illi ipsi* cf. Gen. 10, 31., aut ubi a Samaritano ה illud demonstrativum ipso Pronomine explicatur; sic Gen. 21, 26. הַיּוֹם alibi, ut c. 19, 38. per היום redditum, explicatur consentiente Chaldaeo verbis היום·יום *hoc ipso die;* 19, 12. הַמָּקוֹם vertitur ab eodem המקום·מקום *hic ipse locus* (cf. Carm. Sam. II. 6. גבורתיך·ותיך *et haecce potenter facta tua*). Ex his aliisque notio eius ante Nomina aut Participia facile perspicitur, quibus prae ceteris annumerari possunt ea exempla, in quibus Numeralia hac litera augentur, ut Gen. 18, 29. הארבעים = הָאַרְבָּעִים *quadraginta illi*, ubi Chaldaeus simpliter transtulit אַרְבְּעִין, LXX contra (ἕνεκα) τῶν τεσσαράκοντα; cf. v. 31. 32. In Participiis autem Hebraeorum cum articulo iunctis obtinet ille vim relativam, ita ut valeat i. q. *is*, *qui* et Chaldaeorum דְּ respondeat. Dum autem Samaritanus praeeunte Hebraeo Participium retinet, ut Gen. 12, 7. ההראה = הַנִּרְאֶה *is qui apparuerat*, utitur Chaldaeus relativo דְּ cum Verbo finito, ubi de re praeterita aut futura sermo est, ut h. l. דאתגלי, quod cete-

roquin comprobatur his locis Gen. 18, 21. 24, 43. Lev. 22, 33. Num. 14, 38. Idem observat Samaritanus in iis Pentateuchi sui locis, qui supplementi loco ab eo additi frustra in textu Hebraeo quaeruntur, ut Num. 20, 13. [illegible] *ii, qui habitant;* 21, 22. Ubi autem de actione aut conditione adhuc durante ac praesenti disseritur, tum quoque Chaldaeus cum Samaritano notae relationis הַ adiungit Participium, ut Deut. 1, 30. 44. 2, 8. 20, 4. In praefigendo denique Nomini [illegible] demonstrativo Samaritanus non unam eandemque sequitur rationem, licet ubivis haec eius notio eluceat. Sic in primis Geneseos capitibus retinet [illegible]=הָאָדָם c. 1, 27. 2, 7. 8. 19. 20. 22. 4, 1., ubi Chaldaeus omisso articulo vertit אָדָם, quo quasi primi hominis Nomen proprium discerneret a Nomine appellativo (cf. c. 1, 26.); similiterque utitur hac forma, quando collective ponitur pro *genere humano*, ut c. 6, 4. [illegible] *filiae hominum;* 7, 21. [illegible] = כָּל־הָאָדָם. Idem observavit in Nomine הָאֱלֹהִים retinendo, ut Gen. 31, 11. Exod. 17. 9., quo an voluerit solummodo Polytheismi suspicionem devitare, certe dubitari potest, cum nec desint exempla Nominis [illegible] sine illo [illegible] demonstr. adhibiti, ut Exod. 18, 19., adeoque in iis locis, quos de suo in textum Samaritanum intulit, ut Gen. 30, 36., ubi occurrunt verba [illegible] *angelus Dei* cf. 31, 11. Eodem pertinent quoque Exod. 20, 19. verba [illegible] et [illegible] *vox Dei*, nec non. v. 22. [illegible] *nomen Dei.* Cf. §. 45. 3. Annot. 2. et §. 83. 1. In aliis Nominibus Genitivo invicem iunctis retinuit passim ea, in quibus singularis constructio deprehenderetur, ut Gen. 35, 27. [illegible]=קִרְיַת הָאַרְבַּע (Chald. קִרְוַת אַרְבַּע) haud dubie ob articulum Nomini proprio praefixum, similiterque Exod. 23, 17. [illegible] (=הָאָרוֹן יְהוָה) *arca Iovae*, hebr. אָדוֹן *dominus* perperam permutato cum אָרוֹן *arca.* Alibi pro Hebraeorum articulo usus est [illegible] demonstrativo, ubi Chaldaeus itidem, quo rem quandam a similibus discerneret, adhibuit הַ, ut Gen. 32, 12. [illegible]=Ch. הָלָא דְּיַמָּא *ea* sc. *arena, quae est in mari;* Lev. 14, 49. Ad Chaldaeum quoque respexisse credibile est, quando ab eo [illegible] illud praefigitur Nomini emph., ut Gen. 29, 35. 30, 20. 46, 30. [illegible] (coll. Syr. [illegible]) =הַפַּעַם *hac vice*, Chaldaeo vertente הָדָה זִמְנָא aut זִמְנָא הָדָה. In haud paucis, quoque Nominibus utitur Samaritanus hac litera, quae aut cum emphasi quadam sunt efferenda, ut Deut. 22, 6. [illegible]=וְהָאֵם, aut quibus respicitur ad certam quandam rem certosque homines

in praecedentibus commemoratos et ab aliis eximendos, ut Gen. 18, 28. ܨܕܝܩܐ = הַצַּדִּיקִים *iusti inquam*, eodem Nomine sine articulo praecedente; Lev. 14, 24. 25.; aut ubi res digito quasi monstratur aliisque opponitur, ut Gen. 22, 5. · ܥܡܐ ܕܚܡܪܐ *cum asino* hoc sc. qui ligna fissa portaverat; Num. 16, 22. ܗܢܘ · ܓܒܪܐ *hicce unus vir*, qui innoxiae toti concioni opponitur. Post ܟܠ = כֹּל denique adhibetur, quando sequente ܕ annectuntur, quae certum quendam ordinem constituunt, ut Exod. 1, 22. ܕ · ܒܪܐ · ܟܠ *omnis filius*, *qui* i. e. quicumque natus fuerit; Lev. 11, 27. His prolatis exemplis notio eius demonstrativa in dubium vocari vix poterit, ita ut nomen inde mutuatum haud immerito ei impositum esse quisque facile sibi persuadeat.

§. 44.

Tabula Nominum secundum diversos ipsorum Status in certos ordines digestorum.

Cum amplior sit Nominum copia, quam quae uno paradigmate contineri possit, ideoque necesse sit, ut inter se dignoscantur et pro varia flectendi ratione in certos ordines redigantur, diligentius eorum naturam perspicienti quatuor potissimum utriusque Generis obveniunt classes, ex vocalium mutatione diiudicandae, quarum percensendarum post expositam de singulis Statibus doctrinam aptissimus hic erit locus. Pertinent huc ·

I. e Masculinis

1.) ea, quae sive sint unius, sive plurium syllabarum nullis vocalium mutationibus obnoxia esse perhibentur.

Pluralis.			Singularis.		
emph.	constr.	Stat. abs.	Stat. emph.	Stat. abs. et constr.	
· ܪܫܝܐ	· ܪܫܝܐ	· ܪܫܝܐ	· ܪܫܝܐ	· ܪܫܝܐ	*caput.*
· ܬܘܠܕܬܐ	· ܬܘܠܕܬ	· ܬܘܠܕܬ	· ܬܘܠܕܬܐ	· ܬܘܠܕ	*generatio.*
· ܠܒܫܐ	· ܠܒܫ	· ܠܒܫ	· ܠܒܫܐ	· ܠܒܫ	*vestis.*
· ܢܗܪܐ	· ܢܗܪ	· ܢܗܪ	· ܢܗܪܐ	· ܢܗܪ	*luminare.*
· ܥܪܘܡܐ	· ܥܪܘܡ	· ܥܪܘܡ	· ܥܪܘܡܐ	· ܥܪܘܡ	*nudus.*
(· ܥܡܐ	· ܥܡ	· ܥܡ	· ܥܡܐ	· ܥܡ	*populus.*)

2.) ea, quae vocalem ultimae syllabae abiiciunt accedente nova syllaba, penultimae autem retinent.

·ܥܠܡܐ	·ܠܡܐ	·ܐܠܡܐ	·ܥܠܡܐ	·ܠܡܐ	*saeculum.*
·ܟܗܢܐ	·ܗܢܐ	·ܐܗܢܐ	·ܟܗܢܐ	·ܗܢܐ	*sacerdos.*
·ܣܒܐ	·ܣܒܐ	·ܐܣܒܐ	·ܣܒܐ	·ܣܒܐ	*senex.*
ܡܕܒܚܐ	·ܡܕܒܚܐ	·ܐܡܕܒܚܐ	·ܡܕܒܚܐ	·ܕܒܚܐ	*altare.*

3.) ea, quae vocibus Syrorum et Chaldaeorum segolatis respondent, et in flexione, vocali mediae rad. abiecta, sub prima rad. suscipiunt vocales A et E; aut Nomina formae עַיִן, quorum A, nova accedente syllaba cum litera ܝ, vel in diphthongum Ai coalescit, vel Chaldaeorum more mutatur cum vocali E, in qua ܝ quiescit.

·ܡܠܟܐ	·ܠܟܐ	·ܐܡܠܟܐ	·ܡܠܟܐ	·ܠܟܐ	*rex.*
·ܓܒܪܐ	·ܓܒܪܐ	·ܐܓܒܪܐ	·ܓܒܪܐ	·ܓܒܪܐ	*vir.*
·ܚܪܐ	·ܚܪܐ	·ܐܚܪܐ	·ܚܪܐ	·ܚܪܐ	*liber.*
·ܙܝܬܐ	·ܙܝܬܐ	·ܐܙܝܬܐ	·ܙܝܬܐ	·ܙܝܬܐ	*oliva.*
(·ܥܝܢܐ	·ܥܝܢܐ	·ܐܥܝܢܐ)	·ܥܝܢܐ	·ܥܝܢܐ	*oculus.*

4.) ea, quae in ܝ desinunt, quod in Nominibus a Verbis ܐܝ ductis vel cum vocali E, vel praecedente A in diphthongo Ai effertur; in Statu emph. Sing. et Plur. mobile fit; in iis autem, quae aliunde originem ducunt et terminatione Ai gaudent, vel permutatur cum ܐ, vel, ut in Gentilitiis in ܝܐ exeuntibus (de quorum Statu emph. Plur. vid. §. 43. III. B.), abiicitur.

·ܪܥܝܐ	·ܪܥܝܐ	·ܐܪܥܝܐ	·ܪܥܝܐ	·ܪܥܝܐ	*pastor.*
·ܥܠܝܐ	·ܥܠܝܐ	·ܐܥܠܝܐ	·ܥܠܝܐ	·ܥܠܝܐ	*puer.*
·ܩܕܡܝܐ	·ܩܕܡܝܐ	·ܐܩܕܡܝܐ	·ܩܕܡܝܐ	·ܩܕܡܝܐ	*primus.*
·ܥܒܪܝܐ	*	·ܐܥܒܪܝܐ	ܥܒܪܝܐ	·ܥܒܪܝܐ	*Hebraeus.*

II. In Femininis

in totidem classes descriptis haec discrimina animadvertuntur, ut

1.) prima comprehendat ea Nomina, quae in penultima impuram habent vocalem

Pluralis.			Singularis.			
emph.	constr.	abs.	emph.	constr.	abs.	
·ܒܢܝܢܐ	·ܒܢܝܢܐ	·ܒܢܝܢܐ	·ܒܢܝܢܐ	·ܒܢܝܢܐ	·ܒܢܝܢܐ	*virgo.*

2. secundae adscribenda sint, quae, cum ultima syllaba a duplici incipiat consonante, in Statu emph. Sing. utramque hanc li-

teram vocali auxiliari A iungunt; quod animadvertitur in ፍጋሬት *vidua*

· ፍአአጋሬት · አአጋሬት · ፈአጋሬት · ፍአጋሬት · አጋሬት · ፍጋሬት

3. ad tertiam referantur, quae in eodem Statu emph. Sing. vocalem A aut E prioris syllabae a prima rad. ad secundam transponunt.

· ፍአአጋዉ · አአጋዉ · ፈአጋዉ · ፍአጋዉ · አጋዉ · ፍጋዉ *vacca.*

4. quarta denique constet ex iis, quorum መ literam ፍ feminini generis notam antecedens in Derivatis Verborum ፍጋ in Statu emph. Sing. in I quiescit, nec non ex iis, quae in ሀ et መ exeunt, et utramque hanc literam in Plurali mobilem enunciant. Exempla haec sint: ፍመት *urbs;* መቐሊት *vestis;* ሀገራት *regnum.*

· ፍአአመት · አአመት · ፈአመት · ፍአመት · አመት · ፍመት
· ፍአአመቐሊት · አአመቐሊት · ፈአመቐሊት · ፍአመቐሊት · አመቐሊት · መቐሊት
. ፍአአሀገራት · አአሀገራት · ፈአሀገራት · ፍአሀገራት · አሀገራት · ሀገራት

§. 45.

De Nomine cum Suffixis.

1. Quemadmodum Verbum, cui Subiectum inhaereat et Suffixo personali annexo Obiectum detur, cunctas simplicis periodi comprehendit partes atque hoc praesertim notioni eius transitivae explendae inservit, ita eadem Suffixa applicantur Nominibus ad eum significandum, cuius sit res Nomine expressa. Cum autem lingua hoc modo simile quid assequatur, quod Nomine in Statu emph. posito, cuius terminatione (ት = ת) notio eius indefinita convertitur in definitam, non mirum est, quod in Suffixis, quae a vocali incipiunt, Nomini adiungendis vocales Statui emph. propriae retineantur, cum haec Suffixa aeque opus habeant ultima Nominis radicali ad novam syllabam formandam, ac terminatio Status emphatici. Quod quidem non modo valet de Nomine masc., sed etiam de Feminino Singularis Numeri. At haec linguae lex tollitur ante Suffixa a consonante incipientia, quae postulant, ut eadem ultima Nominis radicalis ad proxime praecedentem, cum qua syllabam faciat, recedat, unde factum est, ut haec in Nominibus masculinis, praeter ea, quae vocibus segolatis comparantur, uti par est, ad Status constr. formam accedant. Quae vero in መ terminantur Nomina, hanc sequuntur regulam, ut መ ante priora Suffixa mobile fiat, ante haec in I quiescat. Idem observatur in Fe-

mininis, quae in utrisque adiungendis itidem vocalibus Status emph. et constr. utantur. Hinc nec in Statu constructo ante Suffixa gravia adhibendo a regula in Masculinis proposita recedunt, cuius rei causa in eo erit quaerenda, quod in his idem inter Statum emph. et constr. intercedat vocalium discrimen, dum litera ܐ utrique arctiori coniunctionis vinculo inservit. Cum autem in Plurali masc. Suffixis iungendo ܝ et ܢ absolutae terminationis impedimento forent, tam ob leviorem enuntiandi rationem, quam ob cognatam Genitivum per Statum constr. exprimendi consuetudinem, Suffixa accedunt formae Status constructi, ita tamen, ut ܡ Suffixi primae Sing. cum eadem litera Pluralis nota coalescat. In Plurali Femininorum autem constructo terminatione ܐܝ iam satis a Singulari distincta Suffixa sine hac Pluralis masculini nota accedere solent. Cum autem incertum sit, utrum Samaritani Suff. primae Sing. ܡ in Nomine Singularis cum Syris reticuerint, quod postularet in Nominibus masc. vocales Nominis absoluti, an Hebraeorum et Chaldaeorum more vocali I enuntiaverint, arbitrio lectoris relinquendum erit, utris accedere maluerit.

2. Cum autem Nominum Suffixa passim differant a Suffixis Verbi (cf. §. 13. et §. 34.) necesse erit, ut paucis hic de iis disseratur. Suffixum 1. Sing. litera ܡ e Pronomine eiusdem personae superstite expressum, de qua incertum, utrum vocali I efferatur, an reticeatur, paullo ante vidimus; in Plurali masc. cum praecedente A in diphthongum Ai confluit; sic Gen. 4, 13. ܡܚܛܐ *peccatum meum;* 16, 2. ܡܐܒܝܬܐ *ancilla mea;* 19, 7. ܡܐܡܒܐ *fratres mei;* 31, 43. ܡܐܐܒܬ *filiae meae.* Suffixum 1. Plur. ܢܢ aut ܢ in Masculinis pariter in utroque Numero adhibetur; posteriorem formam autem vocali praecedente A efferendam magis amant Feminina; ut Gen. 31, 15. ܟܣܦܢܢ *argentum nostrum;* 5, 29. ܢܡܬܚܛܐ *opera nostra;* 1, 26. ܢܐܝܡ *imago nostra;* 24, 60. ܢܐܡܒܐ *soror nostra;* 34, 21. ܢܐܐܒ (v. 9. tamen ܢܐܐܒܢ) *filiae nostrae.* Rarior forma ܐܢ deprehenditur Carm. Sam. IV. 10. in ܐܡܬܢܝܬܐ *obedientia nostra.* Quomodo in 2. Sing. ܝ e Pronomine ortum sit, iam supra §. 13. docuimus; hinc monuisse sufficiet, Masculini notam efferri praecedente A, ut Gen. 3, 10. ܩܠܟ *vox tua;* Lev. 18, 10. ܐܒܬܟ *filia tua;* Gen. 31, 31. ܐܐܒܬܟ *filiae tuae;* Suffixum femininum autem ܝܡ (= Ch. ך ם) cognoscitur e litera ܡ vocalem E exprimente, ut Gen. 3, 16. ܝܡܚܛܡܐ *dolor tuus;* ܝܡܒܥܠ *vir tuus;* 16, 10. 24, 14. In Plurali masc.,

ubi 𐤌 literam 𐤉 antecedens huius Numeri nota est, effertur illud diphthongo Ai, ut Gen. 3, 19. 𐤉𐤌𐤀𐤄 *facies tua;* 12, 7. 𐤉𐤌𐤁𐤄 *filii tui.* Suffixum 2. Pl. m. 𐤉𐤀𐤊 (=Ch. כוֹן, Syr. ܟܘܢ), ut Gen. 19, 2. 𐤉𐤔𐤓𐤉𐤀𐤊 *servus vester;* Gen. 9, 2. 𐤉𐤀𐤓𐤉𐤌𐤀𐤊 *terror vester* h. l. *vestri;* haud raro occurrit praecedente 𐤀, ut Gen. 18, 5. 𐤉𐤁𐤉𐤀𐤊 *cor vestrum;* Lev. 26, 5. 𐤉𐤀𐤉𐤀𐤊𐤇𐤁 *panis vester* Gen. 34, 8., quod rarius quidem permutatur cum 𐤇, ut Deut. 11, 13. 𐤉𐤀𐤉𐤇𐤊𐤍 *anima vestra;* et nota Pluralis masculini 𐤌 iterum per Ai efferenda, ut Num. 28, 11. 𐤉𐤀𐤉𐤌𐤇𐤁𐤌 *menses vestri*, interdum quoque in Nominibus femininis deprehenditur, ut Deut. 12, 11. 𐤉𐤀𐤉𐤌𐤀𐤁𐤄 *oblationes vestrae*, v. 12. 𐤉𐤀𐤉𐤌𐤀𐤀 *ancillae vestrae.* De Suffixo 2. Plur. fem. autem, utrum ad Chaldaeorum כֵּן, an Syrorum ܟܝ formandum sit, certe dubitari posset, cum nulla eius vestigia in Pentateucho deprehendantur; at cum 3. Plur. fem., ut statim videbimus, Syrorum formae respondeat, non est, quod Suffixum quoque fem. 𐤉𐤌𐤊 Samaritanis haud probatum fuisse contendamus. Quod denique attinet ad Suffixa 3. Sing. et Plur. utriusque generis, litera 𐤇 e Pronomine personali mutuata ad Suffixum Sing. masc. et fem. designandum, in illo effertur praecedente E (=Ch. ה־), ut Gen. 3, 8. 𐤇𐤀𐤀𐤀 *uxor eius;* 6, 12. 𐤇𐤁𐤌𐤁𐤔 *via eius;* in hoc ad Hebraeorum et Chaldaeorum consuetudinem cum vocali A, ut Gen. 8, 9. 𐤇𐤁𐤓𐤁 (לַגְלָהּ) *pes eius* sc. columbae; 16, 3. 𐤇𐤀𐤁𐤓𐤀𐤀 (=שִׁפְחָתָהּ) *ancilla eius*, 24, 61. 𐤇𐤀𐤀𐤌𐤁𐤁 (=נַעֲרוֹתֶיהָ) *virgines* (ancillae), *eius;* quod alibi evincitur inserta litera 𐤀, ut Exod. 21, 8. 𐤇𐤀𐤌𐤁𐤁 (=אֲדֹנֶיהָ) *dominus eius.* In Nominibus masc. Plur. autem litera 𐤀 cum 𐤌 Pluralis nota praecedente convenit cum Hebraeorum יו־, ut Gen. 4, 6. 𐤀𐤌𐤀 *facies eius;* 6, 3. 𐤌𐤉𐤌𐤉 *dies eius;* idemque valet de Suffixo fem. 𐤇𐤌, quod, cum in Suff. masc. Hebraeorum enuntiatio recepta sit, non tam cum Syris ـــهـ, quam cum Hebraeis יהָ־ legendum esse arbitror, ut Gen. 16, 4. 𐤇𐤌𐤍𐤌𐤅 (=עֵינֶיהָ) *oculi eius.* In Suffixo 3. Plur. utriusque generis a formis 𐤉𐤇𐤊 m. et 𐤌𐤇𐤊 f. abscinditur interdum litera 𐤇; nam legitur Gen. 40, 1. 𐤉𐤁𐤇𐤁 *dominus eorum;* Exod. 35, 26. 𐤌𐤇𐤁𐤁 *cor earum* et Gen. 5, 2. 𐤉𐤔𐤌𐤉 *nomen eorum;* 14, 24. 𐤉𐤓𐤁𐤇 *portio eorum;* 41, 21. 𐤌𐤁𐤁𐤇 *aspectus earum;* quae posterior forma frequentius in Nominibus Sing. fem. reperitur, ut Gen. 24, 59. 𐤉𐤀𐤌𐤁𐤀 *soror eorum*, Exod.

40, 15. adeoque Suffixum fem. legitur sine ם, Num. 36, 3. 4. נחלתן (= נַחֲלָתָן) *possessio earum.* In Nominibus Plur. masc. Suffixa ן et ן vicissim usurpantur, ut Gen. 17, 9. תולדתן *generationes eorum* et 20, 8. אזניהן *aures eorum;* et pro Suffixo fem. ן crebrius adhibetur forma ן, ut Gen. 33, 2. בניהן (= בָּנֶיהָן) *filii earum;* v. 6. Num. 25, 2.; similiterque in Nominibus Plur. fem. propter literam א Suffixo annectendo aptissimam ן Suffixi plerumque eiicitur, ut Gen. 34, 21. בנתן *filiae eorum;* 44, 13. et alibi saepius.

Annot. 1. Non tamen desiderantur exempla, quae ab allatis discedunt, et vel ad soloecismos linguae Samaritanae referenda sunt, vel magis ad Hebraeorum formandi rationem inclinant. Sic Suff. 1. Sing. מ Verbis proprium (§. 34.) legitur Exod. 15, 2. in מעזי *robur meum;* et alibi מ nota Plur. masc. ante Suffixa permutatur cum ת, ut Gen. 19, 12. בנתיך pro usitato בנמיך *filii tui.* Suffixum 3. Sing. m. ת = Hebraeorum ו in haud paucis deprehenditur locis, ut Exod. 8, 31. עמת = עַמּוֹ *populus eius;* 22, 15. שכרת = שְׂכָרוֹ *merces eius;* 28, 43. Lev. 14, 8. (v. 9. עונת); 26, 20. Deut. 21, 18. 23, 7. 25, 9. 32, 10. 11. et in Nominibus fem. Sing. Deut. 25, 7. יבמתת = יְבִמְתּוֹ *fratria eius* (ibid. יבמתם); 27, 23. 32, 11. adeo in Plurali Femininorum, ut Gen. 46, 7. בנתת = בְּנֹתָיו; itemque Suff. ת Gen. 19, 30. בנתת et בנתת = בְּנוֹתָיו. Ad insolentiores Suffixi 3. Sing. m. formas pertinent quoque, quae leguntur Deut. 9, 27. רשעת = רִשְׁעוֹ et חטאתת = חַטָּאתוֹ. Suff. 1. Plur. נו reperitur Num. 20, 3. אחינו *fratres nostri;* Deut. 32, 3.; nec inusitatum est hebr. ם־, quo utitur Samaritanus Num. 14, 9. צלם = צִלָּם *umbra eorum;* 29, 6. Aliis in locis neglexit Suffixum Hebraicum exprimere, ut Gen. 11, 7.

Annot. 2. In nomine Dei (אֱלֹהִים) cum Suffixis iungendo Samaritani valde sunt religiosi, tum demum Plurali אלהים cum Suffixis utentes, cum textus Hebraeus idola sub hoc vocabulo intelligere nos iubet; ut Exod. 23, 24. אלהים *Dii eorum;* Deut. 7, 16. De solo Deo usurpant אלה (אלהא Ch. אֱלָהּ, אֱלָהָא), ut Deut. 18, 16. אלה = אֱלֹהַי; Exod. 20, 2. אלה = אֱלֹהֶיךָ; v. 5. Deut. 18, 7. אלה = אֱלֹהָיו; Lev. 4, 22. Exod. 20, 10. 23, 25. 29, 46. et alibi saepius.

Annot. 3. De singulari Nominum אב, אח et אש in Statu constr. flexione cum iam supra §. 43. II. A. expositum sit, restat, ut hic paullo accuratius disseratur de ratione, qua Suffixa iisdem annectuntur. Ut igitur ab אב exordiamur, prae ceteris notandum est, Statum emph. אבא, ut Chaldaeorum אַבָּא δεικτικῶς in longe plerisque locis adhiberi pro אָבִי *pater meus,* ut Gen. 44, 30. 32. 34. 45, 3. 9. 13. 46, 31. 47, 1. 48, 18. 50, 5.. licet et מאב *pater meus* legatur Gen. 49, 34. 20, 12. Alternant ceteroquin ante reliqua Suffixa literae מ et ת, ut Gen. 12, 1. מבתיך et 49, 8. אבתיך = אָבִיךָ *pater tuus;* Gen.

35, 1. ܐܚܝܟ et Deut. 25, 3. ܐܡܝܟ = אָחִיךָ; cum Suff. 3. Sing. Gen. 2, 24. ܐܒܝܗ, aut inserto ܐ c. 27, 26. ܐܐܒܝܗ; et cum Suff. hebraico v. 31. ܐܡܝܗ = אָבִיו; 13, 11. ܐܡܝܗ = אָחִיו. In hoc utroque Suffixo autem aegre distinguitur masculinum a feminino. Nam Gen. 19, 33. perinde forma ܐܒܝܗ 29, 12. ܐܐܒܝܗ exprimitur hebraicum אָבִיהָ, ac Gen. 24, 23. ܐܒܝܗ designat patrem Rebeccae et c. 20, 16. ܐܚܝܗ respondet formae אָחִיךָ. Licet autem in hoc utroque Nomine desiderentur exempla cum Suff. fem. praecedente ܡ litera rad. scripta, tamen e Gen. 38, 25., ubi ܐܡܝܗ = חָמִיהָ legitur, colligi potest, nec in his cum Suff. fem. iunctis hanc scribendi rationem Samaritanis improbatam fuisse. Eadem utriusque literae vicissitudo tamen animadvertitur in reliquis, ut Gen. 19, 31. ܐܒܡܢ; 31, 1. ܐܒܝܢ = אָבִינוּ etc., nisi quod in Suff. 3. Plur. iungendo aliquoties ܡ aut ܝ rad. eiiciatur, ut Gen. 45, 27. et alibi ܐܒܝܗܢ = אֲבִיהֶם; quam scribendi rationem nemo in Nomine ܚܐ exspectaverit, quippe in quo ܚ pro natura sua gutturali hoc impediat. Neque offendet quis in defectiva Suffixi 3. Plur. forma ܐܒܝܗܢ, qua Gen. 50, 15. Hebraeorum אֲבִיהֶם exprimitur. In Plurali Nominis ܐܒ accedunt Suffixa formae ܐܐܒܘܬ = אָבוֹת (cf. §. 47.), in qua, quanquam rarius, quoque ܐ omittitur, ut Gen. 15, 15. ܐܡܐܒܐ *patres tui* (Carm. Sam. I. 16. ܐܐܒܐ *patres nostri*). Pluralis ܐܡܝܬ cum Suffixis ita differt a Singulari cum ܡ scripto, ut in hoc illud in I quiescat, in illo, ut in reliquis Nominibus Plur. masc. praecedente A efferatur. Cum autem ܐܝ duplicem obtineat Status constructi formam ܡܐܝ et ܡܝܐܝ, reperitur non modo utraque cum Suffixis iuncta, ut Gen. 38, 25. ܐܡܐܝ = חָמִיהָ (Plur. Gen. 19, 14. ܝܡܐܝ = חֲתָנָיו) et 38, 13. ܐܡܝܐܝ = חָמִיךָ; sed permutatur quoque ܡ cum ܐ, ut Exod. 3, 1. 18, 24. ܐܐܝܐܝ = חֹתְנוֹ et cum Suff. hebr. Exod. 18, 15. ܝܐܝܐܝ.

Annot. 4. De Numeralibus cum Suffixis deque eorum significatione vid. Synt. §. 89. A. 1.

§. 46.

Declinatio s. Flexio Nominum.

De *Declinatione* proprie sic dicta, ex qua in aliis linguis singulis Casibus sua attribuitur terminatio, Nomini Semitico abroganda iam supra §. 43. expositum est. Nam praeter constructam Nominis formam in *Genitivo* componendo adhibitam, quae haud raro Syrorum et Chaldaeorum more relativo ܕ ante Nomen, quo Genitivus exprimitur, posito devitatur (§. 84. 4. b.), nihil nisi Numeri distinctio huc referri posset; cum reliqui Casus Praepositionibus a se invicem discernantur. Sic *Dativus* cognoscitur e ܠ Nomini praefixo (§. 74. 2. c.); *Accusativo* indicando inservit aut ܐܡ (= אֶת־ Ch. ית §. 85.), aut perspicitur hic Casus e verborum ordine, quibus accedit recentior, at rarior usus praefixi

ܠ, qualem in nonnullis locis Carmina a Clariss. Gesenio edita perhibent; et in *Ablativo* designando utuntur Samaritani, ut reliqui Orientales, variis pro diversa eius notione Praepositionibus; quo pertinent inprimis ܒ *in*, ܡܢ *e*, *ex*, ܥܡ, *cum* etc. (§. 98.). *Vocativus* quoque in antiqua quidem lingua, ut infra §. 79. docebitur, omni caret externa nota; in recentioribus autem libris, ut in iisdem Carminibus e particula ܐܝܟ (= Syr. ܐܝܟܐ, Arab. أَيُّ, أَيَّ et أَيَّا) Nomini suo praemissa cognoscitur. Cf. Synt. ibid. Hinc nihil superest, quod perscrutandum hic nobis relinquatur, nisi vocalium mutatio, quae in singulis Nominum ordinibus supra §. 44. recensitis, tam in Numeri Statuumque flexione, quam in Suffixorum cum Nominibus iungendorum usu observari solet.

I.) Ut igitur a Masculinis ordiamur secundum vocalium vicissitudines distinctis, haec potissimum tenenda sunt.

1. Primus eorum ordo hic est, qui nullas omnino vocalium mutationes patitur, et vel unius vel plurium syllabarum Nomina cum impuris vocalibus amplectitur literis ܐ, ܡ et ܝ expressis; qualia sunt ܫܪܒܐ *caput*; ܫܪܒܠ *vestis*; ܒܡܢܘܪ *luminare*; quibus cognata sunt, quae a Verbis ܝܠܕ ducta defective scribuntur, ut ܒܪܬ (= דָּרָא — יָלַד) *generatio*; nec non Adiectiva eiusdem originis, ut ܒܛܒ (= טָב — ܛܒ) *bonus*. His accedunt ea, quorum penultima est composita, ut ܡܢܓܪܐ *laganum*; et Adiectiva cum eadem proprietate, ut ܥܪܛܠܐ *nudus*; aut quorum media rad. in cognatis dialectis Dagesch forti acuitur cum impura in ultima syllaba vocali, ut ܛܒܚ (= טַבָּח) *coquus*; nec minus Nomina formae Chaldaicae כְּתָב, ut ܫܠܡ (= שְׁלָם) *pax*; aut quae desinunt in ܘ praecedente A efferendum, ut ܡܘܗܒܐ *donum*; quibus Suffixa sine ullo vocalium mutatione annectuntur.

Annot. Licet autem exempla sint rarissima eorum, quorum ultimam rad. Syri in Plurali duplicem scribunt, tamen hanc legem observatam videmus in ܥܡܡܐ *populi*. In aliis huius generis Nominibus iuxta contractam Singularis formam occurrit forma soluta duplici radicali scripta, cui utrique Suffixa adhaerent, ut Gen. 6, 6. ܠܒܘ = לִבּוֹ et Deut. 26, 16. ܠܒܒܟ = לְבָבְךָ. In iis autem, in quibus haec geminatio negligitur, vocales quidem retineri, at cum brevibus cognatis permutari solent ut apud Hebraeos et Chaldaeos, et ita quidem, ut E transeat in Ĭ; qua propter eiusmodi Nomina singulari paradigmate eo minus proponere dubitavimus, quo magis nobis persuasum est, Nomina cum vocali O, quae in Ŭ transire deberet, perperam in lingua Sam. quaeri. Utrum vero Samaritanus Syrum secutus

fuerit, qui mediam rad. ܝ in monosyllabis assumta vocali A in Au convertat, ut in ܝܝܡ Stat. emph. ܝܝܝܡ (coll. ܡܝܡܐ, ܡܝܡܝܐ), an cum Chaldaeo יוֹמָא etc. enuntiaverit, in dubio relinquendum erit, licet enuntiatio Chaldaica magis arrideat. Idem quaeritur de Nomine ܝܡܥܘܪ, Plur. Gen. 14, 14. ܝܡܝܡܥܘܪ *adolescentes* (Syr. ܥܘܪܝܐ, emph. ܥܘܪܝܝܐ); ubi tamen, cum Sing. quoque reperiatur ܝܡܥܝܪ et Stat. emph. Gen. 21, 19. 20. ܝܝܡܥܝܪ, collata Chald. forma עוּלֵימָא propensior quisque erit Chaldaeo accedere.

2. Flexio secunda comprehendit Nomina, quae, si ex una tantummodo constant syllaba, efferuntur vocalibus A et E, ut ܫܡܐ *nomen;* si ex duabus, penultimam habent vel compositam, ut ܡܕܒܚܐ *altare*, vel simplicem cum vocali impura, ut ܟܘܟܒܐ *stella;* ܟܗܢܐ *sacerdos;* vel geminatam mediam rad., ut ܫܡܫܐ (= Ch. שַׁמָּשׁ) *servus* cum iisdem in ultima vocalibus, quae in flexione accedente nova Syllaba, aut ante Suffixa, quae a vocali incipiunt, abiiciuntur, at iterum recipiuntur syllaba, quae a consonante incipit, accedente. Utriusque idiomatis exempla haec addantur, Gen. 2, 19. ܫܡܗ (שְׁמוֹ) *nomen eius;* Deut. 9, 14. ܫܡܝ (= שְׁמָם); Exod. 21, 14. ܡܕܒܚܝ (= Ch. מַדְבְּחִי) *altare meum*; 34, 13. ܡܕܒܚܝ (coll. Ch. מַדְבְּחִין); Gen. 19, 2. ܫܡܫܝܟܘܢ (= שַׁמְּשָׁכוֹן) *servus vester.*

Annot. Ad hoc paradigma pertinet quoque ܝܕ = יָד, alibi ܐܝܕ *manus*, quae utraque forma cum Suffixis obvia, ut literis, ita enuntiando differat, necesse est; at dum nemo dubitabit priorem cum Suffixis iunctam Chaldaeorum יַד Stat. emph. יְדָא eiusque flexioni comparare, ita in frequentiore ܐܝܕ Syrorum ܐܝܕܐ latere quisque sibi persuadebit; ut Gen. 16, 9. ܐܝܕ = ܐܝܕܐ. Incertum tamen est, utrum Samaritanus Nominibus formae ܡܕܒܚܐ similibus in flexione quemadmodum Syri vocalem auxiliarem E sub prima rad. dederit (cf. ܥܒܝܕ, Stat. emph. ܥܒܝܕܐ), quam nemo facile ob cumulatas sine vocali consonantes Participiis Coniug. Ithpeel abrogaverit (cf. Syr. ܐܬܥܒܕ, St. c. ܐܬܥܒܕ), quae, cum et ipsa vocalem ultimae syllabae in flexione abiiciant, huic paradigmati accensere par erit.

3. Tertiae flexioni annumeranda sunt Nomina vocibus Hebraeorum segolatis comparanda. Sunt autem ea, ut in Chaldaea et Syriaca lingua monosyllaba, tribus radicalibus ita inter se coniunctis, ut prima mediae adhaerens per Scheva Hebraeorum mobile enuntietur. Vocalis mediae radicali supposita, quae A et E rarius O esse solet, in omnibus, quae a vocali incipiunt, syllabis affixis adeoque ante Suffixa ܟܬܒ et ܟܬܒ abiicitur, et demta sic

ultima radicali ad novam syllabam formandam, duae priores syllabam faciunt susceptis iisdem vocalibus, quae non tam auxiliares, quam radici propriae sunt iudicandae, et ex cognatis Chaldaeorum et Syrorum Nominibus petuntur. Sic ܡܠܟܐ *rex* suscipit A, ut Num. 24, 7. ܡܠܟܘ = מַלְכּוֹ; ܣܦܪܐ *liber*, prouti Syrorum aut Chaldaeorum enuntiationem probaveris, E aut I sibi vindicare poterit; Exod. 32, 33. ܣܦܪܝ = Syr. ܣܦܪܝ, Chald. סִפְרִי. Nec de vocali O aut U dubitaverit quis in ܩܕܝܫܘܬܐ *sanctitas* et similibus, qui Chaldaeorum קֹדֶשׁ comparaverit, licet Syri id per ܘ exprimant, ita ut Exod. 15, 13. ܩܕܝܫܘܬܐ respondeat Chaldaeorum קוֹדְשָׁךְ Syrorum ܩܘܕܫܟ; cf. Lev. 20, 3. Quae autem a gutturali incipiunt, semper in flexione approbant sub prima rad. A, ut ܐܪܙܐ *cedrus*; ܥܒܕ *servus*, licet in Statu abs. sub med. rad. E ament. Nomina denique, quorum media rad. ܝ est, ut ܥܝܢ = עַיִן, ܥܝܢ *oculus*; ܒܝܬܐ *domus*, quae apud Syros admittunt in Statu emph. Ai, apud Hebraeos et Chaldaeos ־ (עֵין — עַיִן) et apud hos haud raro Suffixis accedentibus per יְ efferuntur, ut Dan. 7, 8. עַיְנַי, 4, 13. עַיְנַי et apud Samaritanos utrorumque flectendi ratione in usu fuisse videri possunt.

Annot. Cum autem, ut iamiam diximus, Nomina ܣܦܪܐ *liber*; ܦܓܪܐ *caro*; ܕܒܫܐ *mel*; ܨܒܝܢܐ *gratia*; ܡܫܚܐ *oleum*; ܥܓܠܐ *vitulus*; ܐܦܝܐ *aspis*; ܫܡܫܐ *sol* et alia apud Chaldaeos in flexione I, apud Syros E assumant, non valde errabit, qui pro arbitrio alterutram enuntiandi rationem probatam esse velit.

4. Quarto denique paradigmati accensemus Nomina, quae a Verbis ܐܙܠ ducta vel terminantur in ܐ (= ־ה), vel in ܝ (= ־ה, ־י et ־ַי). His hoc proprium est, ut ܐ in Statu emph. et ante Suffixa abeat in ܝ mobile, ut ܒܢܐ *aedificator*; Stat. emph. ܒܢܝ; ܒܥܐ *osor*, *hostis*, Stat. emph. Carm. Sam. V. 10. ܒܥܝ; idemque valet de ܝ, ut ܥܒܕ *puer*, Stat. emph. Gen. 18, 7. ܥܒܕ. Cum autem illud ܝ apud Chaldaeos pariter atque apud Syros ante Suff. 1. Sing quoque mobile sit, ut ܒܢܝ a ܒܢܐ, non est, cur idem quoque apud Samaritanos, licet exempla desint, invaluisse negemus; similiterque ut apud illos ante Suffixa 2. Plur. quiescit in I, ut ܥܒܕܝܟ *puer vester*. Cum porro haec Nomina apud Syros in Plurali terminentur in ܝܢ, apud Chaldaeos autem terminatio ־ין usitata sit, nota Pluralis cum ܝ radicali confluente, haud dubitamus contendere, utramque efferendi rationem ad linguam quoque Sam. transferri posse, quanquam Sy-

rorum praestantiorem esse censemus (cf. Gen. 37, 13. ܥܡܪܐ = ܪܥܝܐ *pascentes*); siquidem et hos sequuntur in enuntiando ܡ = Ai ante Suffixa, ut Gen. 13, 8. ܡܪܥܝ *pastores mei* et ܥܡܪܥ *pastores tui;* 22, 19. ܥܡܥܝ *pueri eius.* Quodsi vero Nomen ex una tantum syllaba constat (ut Part. Pass. Pe.), in Statu emph. sub prima rad. assumitur A, ut ܡܓܠܐ *revelatus*, St. e. ܐܡܓܠܐ (ܓܠܐ, ܓܠܝܐ); idemque observatur in Partt. Ethpe. Quae autem exeunt in Ai, ut ܡܙܕܩܐ *iustus;* a quibus haud seiungenda esse arbitrati sumus Nomina formae ܡܙܩܬܐ *primus* et Gentilitia, ut ܡܥܒܪܝܐ *Hebraeus;* in illis ܡ accedente syllaba mutatur cum ܥ, in Gentilitiis autem abiicitur neque compensatur, ut Stat. emph. ܐܥܙܕܩܐ et ܐܥܒܪܝܐ (Stat. emph. Plur. ܡܥܒܪܝܐ et ܡܡܥܙܩܬܐ vid. §. 43. III. B.).

Annot. Quemadmodum Syri distinguunt inter ܪܥܝܐ et ܪܥܝܐ *pascentes* et *pastores*, ita quoque cum eodem notionis discrimine Samaritani utuntur plerumque duplici Nomine Plurali ܥܡܪܥ et in Stat. emph. Exod. 2, 17. et alibi ܐܡܢܡܪܥ. In iis autem, quae a Verbis ܥܐ ducuntur, servatur maximam partem radicalis ܥ ante Suff., ut Exod. 23, 5. ܥܢܐܢܟ = שׂנֵאֲךָ; Deut. 7, 10. ܥܡܥܢܐܝܗ = שׂנְאָיו; rarius abiicitur nominatimque in Plur., ut Exod. 1, 10. ܢܢܡܢܢ = שׂנְאֵינוּ Lev. 26, 17. cf. §. 35. E.

II. In Nominibus femininis ordinandis eundem sequemur ordinem, quem in Masculinis observavimus, ita ut, cum iam accuratius expositum sit §. 43., quas induant formas in Statu constr. et emph. utriusque Numeri, hic demonstretur, quid additis Suffixis singulae classes patiantur. In his in universum hoc notandum est, Suffixa, quae a vocali incipiunt, adiungi in Singulari formae emphaticae, quae contra consonantem habent initialem postulare formam constr. In Plurali autem de causis supra iam §. 45. 1. allatis utraque Suffixa Statui constr. pariter annectuntur sine ulla alia Pluralis nota, quam quae in ipsa huius formae terminatione deprehenditur.

1. Ad primam classem pertinent, quorum penultima aut impura gaudet vocali in simplici syllaba, ut ܐܡܬܐ (= מֵתָה) *mortua;* ܐܒܬܠܬܐ *virgo*; ܐܒܡܬܐ *stultitia;* aut in consonantem, quae ab hac syllaba non divellitur, desinit; aut quae denique in ܬ et ܡ exeunt, nec ad quartam flexionem pertinent, Nomina a Verbis ܐܒ ducta complectentem, quae in Plurali utramque literam mobilem accipiunt; e. g. ܬܒܡܬܐ *suavitas;* ܬܦܕܝܬܐ *redemtio* (cf. §. 39. II. A. c.). In his Suffixa accedunt in Singulari et

Plurali sine ulla vocalium praeter terminationem femininam mutatione. Cum autem praeter vulgarem regulam, ut Gen. 16, 2. ܡܠܐܟܬܝܗ *ancilla mea* quoque inserta ante ܐ litera ܐ = A legatur, ut Gen. 4, 5. ܩܪܒܢܗܝ *munus eius;* sequitur, aut non constantem fuisse flectendi rationem supra propositam, aut utrique Samaritanos indulsisse, ita ut et nobis utraque uti liceat. Nulla tamen difficultas obstat in iis, quae in ܬ et ܡ desinunt, in quibus hoc discrimen ipsa utriusque Status forma tollitur, ut Gen. 24, 36. ܣܒܬܗ *senectus eius.*

Annot. In Nomine ܩܪܬܐ *urbs*, Stat. emph. Gen. 4, 17. ܩܪܬܐ (= ܩܪܝܬܐ) non videntur Samaritani ut Syri ܝ reticuisse, quod certe non scripsissent, ut in ܫܢܐ pro ܫܢܝܐ a ܫܢܝ *annus.* Cf. Gen. 24, 4. ܩܢܐ pro ܩܢܢܐ *femina.*

2. Secundo paradigmati accensenda sunt Nomina, quorum ultima syllaba a duplici incipit consonante, in quibus accedente syllaba emphatica ܐ, quo devitetur plurium, quae vocali carerent consonantium molestior enuntiatio, inserenda est inter duas posteriores radicales vocalis A aut E, quarum alterutram haud raro Nominis origo suppeditat, ut ܐܪܡܠܬܐ *vidua* Stat. emph. ܐܪܡܠܬܐ (= ܐܪܡܠܬܐ a masc. ܐܪܡܠܐ); de ܐܪܓܐ autem Statu emph. Nominis ܐܪܓܐ *currus* dubitari potest, utrum *ogaltha* an *ogeltha* legendum sit, cum non ut illud ad Masculinum referri possit, unde in hoc aliisque liberior concedenda efferendi ratio. In Participiorum Pe. forma fem. emph. autem nemo vocali E uti dubitabit. Suffixa secundum legem propositam accedunt, ut ܐܪܡܠܬܗ *vidua eius*, ܐܪܡܠܬܟܘܢ; et in Plur. ܐܪܡܠܬܟܘܢ *viduae vestrae*

3. In tertium paradigma recipienda sunt Nomina, quae Syrorum more in Statu emph. vocalem prioris syllabae a prima in secundam rad. promovent, ut ܥܓܠܐ *vacca* emph. ܥܓܠܐ (ܥܓܠܐ emph. ܥܓܠܐ); ܚܒܪܬܐ *vicina, socia* emph. ܚܒܪܬܐ (= ܚܒܪܬܐ a ܚܒܪ Ch. ܚַבְרָתָא), cum Suff. ܚܒܪܬܗ = ܚܒܪܬܗ Ch. חַבְרָתָהּ. In Plurali confirmatur haec flectendi ratio exemplis Chaldaicis, ut חַבְרָתַי *sociae meae* etc.

Annot. Neque tamen et hic deprehenditur, ut in Nominibus Syriacis in ܐ desinentibus contractio, qualis in ܓܦܢܐ emph. ܓܦܢܐ pro ܓܦܢܐ *vitis* obvia est; vid. supra Parad. 1. Annot.

4. Quarti denique paradigmatis Nomina feminina sunt Derivata Verborum [illegible], quae a) vel in [illegible] exeunt, et quorum media rad. vocali destituta efficit, ut [illegible] excepto Statu emph. Sing., ubi in I quiescit, ubivis mobile fiat, ut [illegible] *pura* (=Ch. דַּכְיָא), emph. [illegible] (=דַּכְיָתָא), constr. [illegible] (=דַּכְיַת), Plur. abs. [illegible] (=דַּכְיָן) etc., vel b) in [illegible] et [illegible] terminantur, quod utrumque in Sing in U et I quiescit; ut [illegible] *scelus*, *fornicatio*, constr. [illegible] emph. [illegible]; [illegible] *vestis* etc.; in Plurali autem abiecta vocali hac utraque mobile fit, ut [illegible]= זַכְוָן a Sing. [illegible]=זְכוּ *iustitia* (cum A auxiliari sub prima rad.) et [illegible] (=תַּכְסְיָן). In Suffixis adiungendis eaedem regulae, quae in prioribus observantur.

Annot. Sunt tamen et Nomina ab aliis Verbis ducta, quae in [illegible] exeuntia hanc proprietatem in Plurali flectendo sibi vindicant, ut [illegible], constr. [illegible], emph. [illegible] (=Ch. מַלְכְוָן etc. Syr. ܡܠܟܘܬܐ) a [illegible] *regnum*. Si Syrum et Chaldaeum sequimur, idem quoque valet de [illegible] *dimidia pars*. Cf. 1 Reg. 18, 22. פַּלְגְוָן. Feminina gentilitia cum terminatione [illegible] itidem ad priorem huius paradigmatis ordinem in Sing. pertinent, ut [illegible] *Aegyptia*, emph. [illegible]; in Plurali autem ab hac flexione discedunt, quippe quae in Statu emph. [illegible] pro [illegible] substituant, ut [illegible] *Aegyptiae*; [illegible] *Hebraeae*; ubi autem illud retinent, praemittunt [illegible] cum sequente [illegible] aut in diphthongo Ai aut cum Chaldaeis יָ־ enuntiandum, ut Exod. 1, 16. [illegible]. De Adiectivorum in [illegible]=Ai terminantium Femininis [illegible] Masculinis proprium cum [illegible] permutantibus, ut [illegible] *prima* notandum est, [illegible] radicale non redire, licet Chaldaei hoc in Sing. et Plur. emph. ament, ut [illegible]=קַדְמָיְתָא; at Numeri *ordinem* designantes alternant in [illegible] vel retinendo, vel absorbendo, ut Lev. 19, 24. [illegible]=Ch. רְבִיעָתָא; c. 25, 22. [illegible]= Ch. תְּמִינָאָה; et interdum ut apud Chaldaeos mobile est, ut ibid. v. 21. [illegible] coll. Chald. Dan. 7, 19. רְבִיעָיְתָא.

§. 47.

Nomina anomala et defectiva.

Ut apud Hebraeos, Chaldaeos atque Syros, ita quoque apud Samaritanos nonnulla reperiuntur Nomina, quae licet frequentissima sint in ore loquentium, tamen a vulgari flectendi ratione ita discedunt, ut peculiari indigeant paradigmate, cuius conspectum hic exhibebimus.

A. *Masculina.*

Singularis.

emph.	constr.	abs.	
ܐܒܐ	ܐܒܝ	ܐܒ	*pater.*
ܐܚܐ	ܐܚܝ	ܐܚ	*frater.*
(ܚܡܝܐ)	ܚܡܝܝ	ܚܡܝ	*socer.*
ܒܝܬܐ	ܒܝܬܝ	ܒܝܬ	*domus.*
ܒܪܐ	ܒܪ		*filius.*
ܫܡܐ	ܫܡ		*nomen.*

Pluralis.

ܐܒܗܬܐ	ܐܒܗܬܝ	ܐܒܗܬܝܢ	*patres.*
ܐܚܘܬܐ	ܐܚܘܬ	ܐܚܘܬܝܢ	*fratres.*
*	*	ܚܡܘܬܝܢ	*soceri.*
ܒܝܘܬܐ	ܒܝܘܬ	ܒܝܘܬܝܢ	*domus.*
ܒܪܘܬܐ	ܒܪܘܬ	ܒܪܘܬܝܢ	*filii.*
ܒܢܝܬܐ	ܒܢܝܬ	ܒܢܝܬܝܢ	
ܫܡܗܬܐ	ܫܡܗܬܝ ܫܡܗܬܝܐ	ܫܡܗܬ	*nomina.*

B. *Feminina.*

Singularis.

ܐܢܬܬܐ	ܐܢܬܬܝ	ܐܢܬܬ	*femina.*
ܒܪܬܐ	ܒܪܬ	ܒܪܬ	*filia.*
ܫܢܬܐ	ܫܢܬ	ܫܢܬ	*annus.*
(ܦܣܬܐ)	ܦܣܬ	ܦܣܬ	*labium.*
ܐܪܥܬܐ	ܐܪܥܬ	ܐܪܥܬ	*urbs.*

Pluralis.

ܢܫܝܬܐ	ܢܫܝܬ	ܢܫܝܬܝ	*feminae.*
*	ܒܪܬ , ܐܪ	ܒܪܬ , ܐܪ	*filiae.*
ܒܢܬܐ , ܐܪ , ܒܢܬ , ܐܪ		ܒܢܬ , ܐܪ	
ܫܢܬܐ	ܫܢܬ	ܫܢܬ	*anni.*
ܦܣܬܐ	ܦܣܬܐ	ܦܣܬ	*labia.*
ܐܪܥܬܐ ܐܪܥܬܐ	ܐܪܥܬ ܐܪܥܬ	ܐܪܥܬ	*urbes.*

Annot. De Suffixis his Nominibus adiungendis iam supra §. 45. 2. Annot. 3. partim dictum est; reliqua nihil habent difficultatis, quippe quae vulgares sequantur regulas. Quodsi vero reliqua, quae apud Syros et Chaldaeos anomalis accensentur Nominibus, hic desideraveris, scito, nulla suppeditari eorum exempla. Pertinent huc ܐܡܐ *mater*, cuius Pluralem frustra quaesivimus; ܓܒܪܐ *vir*, quod perraro legitur, ut Num. 12, 3. 14, 15. Deut. 33, 1. in Statu emph. ܓܒܪܐ. Idem valet de ܐܡܬܐ *ancilla*, emph. ܐܡܬܐ, at Plur. (Syr. ܐܡܹܬܹܝ) nullibi occurrit, similiterque ܐܬܪܐ *locus* caret Plurali (Syr. ܐܲܬܪܹܝ). Alia regulariter flectuntur, ut Gen. 50, 2. ܐܡܝܪܐ *medici* (= Ch. אַסְוָתָא Syr. ܐܲܣܝܹܐ). Nominis ܐܚܬܐ s. ܐܚܐ *soror* nulla Pluralis in Pentateucho exstant vestigia. Alia, quae perperam huic tabulae inserere laboravimus, haec fere sunt: Num. 1, 2. ܫܡܬܐ = שְׁמוֹת, Ch. שְׁמָהָן, Syr. ܫܲܡܗܹܝ et Plur. hebr. ܫܡܬܐ Exod. 1, 1., quorum illud haud dubie emendandum, hoc ab initio huius libri ferri potest. — Status constr. Nominis ܒܪܬ pro ܒܪܬܬ *filia* ante Nomen pr. legitur Gen. 11, 29. Pro ܐܢܬܬ *uxor* Deut. 28, 30. emendate scribendum est ܐܢܬܬ = Ch. אִתְּתָא

§. 48.

Adiectiva et Numeralia.

1. De *Adiectivis* a Verbo ductis, quae in formandi ratione Nominibus conveniunt et ex iisdem, quibus illa flectuntur legibus, vid. §. 38.

Annot. Quomodo Comparativus et Superlativus, quibus apud Samaritanos quoque peculiaris non sit forma, exprimantur, docebitur in Synt. §. 88.

2. *Numeralia* vel sunt *primitiva* (Cardinalia) vel *derivata* (Ordinalia). Illis hoc proprium, ut ܚܕܐ, emph. per syncopen ܚܕܐ *unus;* fem. ܚܕܬܐ *una* et ܬܪܬܝܢ, constr. ܬܪܬܝ *duo;* fem. ܬܪܬܝܢ, constr. ܬܪܬܝ *duae* mera sint Adiectiva; a ternario autem ad denarium numerum facile quivis dignoscet in iis *Nomina abstracta* cum terminatione feminina, ita ut v. c. ܬܠܬܐ respondeat Graecorum *τριάδι.* Quae quidem proprietas debetur inprimis Orientalium studio Numeros ita cum Nominibus iungendi, ut et ipsi horum magis, quam Adiectivorum prae se ferrent speciem. Hinc nemo offendet in Statu constr., quo rem numeratam antecedunt, nec in Generis permutatione, quo magis usus eorum utpote Nominum perspiceretur. Qui quidem usus paullatim in desuetudinem abiit, quippe haec Genitivi nota nonnisi ante Nomina masculina in oculos incurrens, in masculinis Nomini femini-

no sine ullo utriusque Status discrimine antecedentibus haud dispiceretur, ita ut exinde Nomina numeralia *adverbialiter* magis in Statu abs. Nomen suum antecederent, aut, quod facilius est explicatu, rem numeratam Adverbiorum instar sequerentur. Cum autem hoc utroque modo *Numeri* Nominibus iuncti Adverbiorum vices suscipere viderentur, providit linguae usus, ut ne ipsorum origo oblivioni traderetur; unde factum est, ut masculino, potiori Generi, abstracta Femininorum forma maneret, dum Nominibus femininis Numeri masculini sine ullo Generis discrimine accederent. Cf. Synt. §. 89.

A. *Numeri cardinales.*

a) Numeri simplices a tribus ad decem hi sunt:

Masc.		Femin.	
constr.	abs.	constr.	abs.
·ܬܠܬܐ	·ܬܠܬܐ	·ܬܠܬ	*tres.*
(·ܐܪܒܥܐ)	·ܐܪܒܥܐ	·ܐܪܒܥ	*quatuor.*
(·ܚܡܫܐ)	·ܚܡܫܐ	·(ܚܡܫ) ܚܡܫ	*quinque.*
(·ܫܬܐ)	·ܫܬܐ	·(ܫܬ) ܫܬ	*sex.*
(·ܫܒܥܐ)	·ܫܒܥܐ	·ܫܒܥ	*septem.*
(·ܫܒܥܐ)	·ܫܒܥܐ		
·ܬܡܢܝܐ	·ܬܡܢܝܐ	·ܬܡܢܝ	*octo.*
·ܬܫܥܐ	·ܬܫܥܐ	·ܬܫܥ	*novem.*
(·ܬܫܥܐ)	·ܬܫܥ	·ܬܫܥ	*decem.*

Annot. Status emph. Adiectivi numeralis ܬܠܬܐ per syncopen ܬܬ sequitur Nomen emph., ut Num. 28, 28. ܬܬ · ܬܠܝܬ *alter aries* (v. 27. ܬܠܬܐ · ܠܝܬ *unus aries*); similiterque adiungitur Nomini absoluto, ubi de certa re aut persona absque numerandi ratione sermo est, ut Gen. 42, 11. 13. filii sumus ܬܬ · ܠܓܒܐ *unius viri*; nec minus in coniunctione duorum Nominum per Genitivum, ut Num. 29, 19. 25. ܬܬ · ܥܬܕܐ · ܠܥܙܬ *hircus caprarum unus*; aut ubi sermo est de re, quae alteram non admittit i. q. *unicus* ut Deut. 28, 25. ܬܬ · ܕܪܟܐ *via unica.* Femininum emph. ܬܠܬܐ legitur Gen. 8, 13. et Pluralis ܬܬܠܬܐ *nonnulli* Gen. 11, 1. Pro Femin. ܬܬܠܬܐ occurrit Gen. 5, 18. hebr. ܬܬܠܬ. In Carminibus Samaritanis Gesenio teste p. 42. pro ܬܠܬ semper legitur cum ܐ prosth. ܬܠܬܐ = Syr. ܬܠܬ pro ܬܠܬ. Cf. I. 1, 4. et emph. ܬܠܬܐ I. 6. IV. 18. Ceteroquin singularis Cardinalium forma haec est, quae Statui constr. Masculinorum adiungit ܬ et pro utroque Genere usurpatur Nomine in

Statu emph. sequente, aut ita cum reliquis iuncto, ut huic Statui par haberi possit, ut Num. 7, 7. 8. ܡܐܪܒܥܐ (= אַרְבַּעַת), Gen. 41, 35. 36. 47. 48. 54.; Num. 8, 2. ܡܐܫܒܥܐ (= שִׁבְעַת); 23, 4. ܐܡܙܒܚܬܐ · ܡܐܫܒܥܐ *septem altaria;* 28, 21. 29. et Exod. 34, 28. ܐܡܠܐ · ܡܐܥܣܪܐ *decem leges.*

b) *Numeri denarii* exprimuntur Plurali Numerorum simplicium sine ullo generis discrimine, ita tamen, ut Pluralis Numeri ܥܣܪܐ adhibeatur in Plurali ad denarium *viginti* designandum, cum hic Numerus a ܬܠܬܝܢ formari non posset, et Numerus centenarius proprio iam gauderet Nomine. Hoc autem ordine deinceps sese excipiunt.

· ܥܣܪܝܢ	*viginti.*	· ܫܒܥܝܢ	*septuaginta.*
· ܬܠܬܝܢ	*triginta.*	· ܬܡܢܝܢ	*octoginta.*
· ܐܪܒܥܝܢ	*quadraginta.*	· ܬܫܥܝܢ	*nonaginta.*
· ܚܡܫܝܢ	*quinquaginta.*	· ܡܐܐ	*centum.*
· ܫܬܝܢ	*sexaginta.*		

Annot. Terminationes ܝܢ et ܝܢ in Numeris quoque promiscue usurpatas fuisse, vix monitu opus est. Cf. §. 42. I. 1. Pro ܬܠܬܝܢ legitur cum inserto ܡ Gen. 41, 20. ܬܠܬܡܢܝܢ et v. 22. ܬܝܡܢܝܢ; nec desideratur quoque in his forma in ܡܐ desinens, ut Deut. 9, 25. ܡܐܡܪܒܥܐ *quadraginta* itidem cum Nomine emph. bis coniuncta.— Pro ܫܬܝܢ s. ܫܬܐ *sexaginta* cum eodem ܐ prosthetico, quod ad simplicem Numerum ܫܬ s. ܐܐ interdum accedere iam supra vidimus, legitur quoque ܥܡܐܫܬܐ Lev. 27, 7. et alibi.

c) In *Numeris compositis* iis nominatim, qui inter decem et viginti interiacent, minor numerus antecedit maiorem ita, ut ille respiciat Genus rei numeratae, hic, qui sequitur sine copula, arctissime cum illo cohaerens Genere sese illi accommodet, quo fit, ut numerum minorem feminina terminatione masculinum Genus exprimentem excipiat ܥܣܪܐ, in iis autem, quibus Femininum designatur, numerus denarius accedat forma ܐܬܥܣܪܐ vel ܡܬܥܣܪܐ, ut Gen. 17, 25. ܐܠܦ · ܐܬܥܣܪܐ · ܫܢܝܢ *tredecim anni;* Num. 29, 13. ܥܡܪܐ · ܥܣܪܐ · ܐܠܦܝܢ *tredecim iuvenci.* Ordo hic est:

Masc.		Fem.		
· ܥܣܪܐ	· ܐܚܬ	· ܡܬܥܣܪܐ	ܚܕ	*undecim.*
· ܥܣܪܐ ·	ܬܡܢܝܢ	· ܡܬܥܣܪܐ ·	ܬܡܢܝܢ	*duodecim.*
· ܥܣܪܐ	· ܬܪܬܝ	· ܡܬܥܣܪܐ	· ܬܪܬܝ	
· ܥܣܪܐ ·	ܐܠܦܝܢ	· ܡܬܥܣܪܐ	· ܫܢܝܢ	*tredecim.*
		ܐܬܥܣܪܐ	· ܫܢܝܢ	

·ܬܠܬܝܢ ·ܐܪܒܥܬܐ	·ܬܠܬܝܢ	·ܐܪܒܥܬܐ		*quatuordecim.*
·ܬܠܬܝܢ ·ܚܡܫܬܐ	·ܬܠܬܝܢ	·ܚܡܫܬܐ		*quindecim.*
·ܬܠܬܝܢ ·ܫܬܐ	·ܬܠܬܝܢ	·ܫܬܐ		*sedecim.*
	·ܬܠܬܝܢ	·ܫܬܐ		
·ܬܠܬܝܢ ·ܫܒܥܐ	·ܬܠܬܝܢ	ܫܒܥܐ		*septendecim.*
	·ܬܠܬܝܢ	·ܫܒܥܐ		
·ܬܠܬܝܢ ·ܫܠܝܢܐ	·ܬܠܬܝܢ	·ܫܠܝܢܐ		*duodeviginti.*
·ܬܠܬܝܢ ·ܫܒܥܐ	·ܬܠܬܝܢ	·ܫܒܥܐ		*undeviginti.*

Annot. In Feminino Numeri *undecim* ܬܫܥ ortum est ex ܬܫܥܐ per syncopen et ܥ in cognatam gutturalem ܫ mutato. Pro · ܬܠܬܐ ܬܠܬܝܢ legitur Lev. 24, 5. per apocopen ܬܠܬܝܢ · ܐܬܐ cum Chaldaeorum תְּרֵתֵּרְסְרֵי aut Syrorum ܬܪܬܝܣܪܝ, qui utrumque numerum uno verbo iunctum scribunt, comparandum; quam scribendi rationem Samaritanus quoque imitatus est Lev. 23, 34. 39. ܚܡܫܬܐ = Ch. חֲמֵשְׁסְרֵי, Syr. ܚܡܫܬܝܣܪ *quindecim* s. *decimus quintus.* Praeterea forma in ܬܐ desinens legitur Num. 29, 15. ܐܪܒܥܬܐ · ܬܠܬܝܢ · ܫܒܥܐ *quatuordecim agni;* et Femin. Exod. 26, 8. ܐܫܬܬܐ · ܬܠܬܝܢ · ܬܫܥ *undecim cortinae.*

c) In iungendis Numeris denariis cum simplici adhibetur copula ܘ et ita quidem, ut minor denarium vel praecedat, vel sequatur; sic Num. 31, 37. ܫܒܥܝܢ ·ܘ ·ܚܡܫܬܐ *septuaginta quinque;* v. 39. ܫܬܐ ·ܘ ·ܬܫܥ *unus et sexaginta;* et minore sequente 35. 6. ܫܬܐ ·ܘ ·ܫܒܥܐ *quadraginta duae*, cf. v. 7. Idem observatur, ubi praeterea centenarius Numerus accedit, interposito passim rei numeratae Nomine, ut Gen. 11, 25. ܚܫܝܢ ·ܘ ·ܐܪܒܥܝܢ ·ܘ ·ܫܬܐ ·ܘ ·ܡܐܬܐ ·ܘ ·ܚܫܝܢ i. e. *octo et quadraginta anni et centum anni* 23, 1.

d) In Numeris centenariis et millenariis Genus Numeri simplicis respicit Genus utriusque Nominis ܡܐܬܐ *centum* (quod vel rarius, ut Num. 2, 16. et Deut. 22, 19. in Singulari obvium, saepe ab interprete Samaritano cum Plurali ܡܐܬܝܢ = ܡܐܬܝܢ pro simplici מֵאָה = Syr. ܡܐܬܐ, ut Gen. 6, 3. 11, 10. et alibi permutatur) et ܐܠܦ *mille;* et ita quidem, ut utroque in Plurali posito, nulla intercedente copula priori Numeri simplices feminini, posteriori masculini Generis antecedant. *Ducenti* autem et *duo millia* exprimuntur Duali utriusque §. 42. III. Hoc igitur ordine sequuntur

(·ܡܐܬܝܢ) · ܡܐܬܐ *centum.*	· ܡܐܬܝܢ · ܫܒܥܐ *quadringenti.*
· ܫܬܐ ܡܐܬܐ *ducenti.*	· ܡܐܬܝܢ · ܚܡܫܬܐ *quingenti.*
· ܡܐܬܝܢ · ܬܠܬ *trecenti.*	· ܡܐܬܝܢ · (ܬܬ) ܫܬ *sexcenti.*

· ܫܒܥܡܐ · ܫܒܥܝܢ *septingenti.*
· ܫܡܢܝܢ · ܫܡܢܡܐ *octingenti.*
· ܬܫܥܡܐ · ܬܫܥܝܢ *nongenti.*
· ܐܠܦܐ *mille.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ *duo millia.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ } · ܬܠܬ ܐܠܦܝܢ / ܐܠܦ ܐܠܦ } *tria millia.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ · ܐܪܒܥ ܐܠܦܝܢ *quatuor millia.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ · ܚܡܫ ܐܠܦܝܢ *quinque millia.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ · ܫܬ ܐܠܦܝܢ *sex millia.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ · ܫܒܥ ܐܠܦܝܢ *septem millia.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ } · ܬܡܢܝ ܐܠܦܝܢ / · ܐܡܢܝ ܐܠܦܝܢ } *octo millia.*
· ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ · ܬܫܥ ܐܠܦܝܢ *novem millia.*

Annot. Exinde apparet, Samaritanos perraro in iungendis his maioribus Numeris usos fuisse Statu constr. simplicis Numeri, quod a nobis tantummodo Num. 1, 46. ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ · ܐܠܦ ܐܠܦ *tria millia*; 4, 48. ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ · ܐܡܢܝ ܐܠܦܝܢ *octo millia;* observatum est. *Decem millia*, si omnino singulae myriades recensentur, Samaritanos quoque ut Syros proprio Nomine exprimere solitos fuisse, docet Gen. 24, 60., ubi verbis Hebraicis אַלְפֵי רְבָבָה respondent ܐܠܦܝ · ܪܒܒܐ (cf. Syr. ܐܶܠܦܳܐ; Plur. ܐܶܠܦܶܝ apud Ephraem. III. p. 5. F. 2. sq.). In Numeris abhinc millenariis exprimendis idem servatur ordo a Samaritanis, ut a minimo incipiant et sic ad millenarium progrediantur, qui tum in Singulari accedit, ut Num. 16, 49. ܐܠܦ · ܬܠܬܝ · ܫܒܥܐ *quatuordecim millia;* 31, 40. 3, 39. 1, 21. 37. Ubi millenarius cum centenario numero componitur, centenaria millia antecedunt, quibus millia unitatum aut denaria adduntur, ut Num. 2, 16. · ܡܐܐ ܚܡܫܝܢ · ܐܚܕ · ܐܠܦ · ܐܠܦ ܚܡܫܝܢ *centum et quinquaginta unum millia;* Num. 1, 46. 31, 32. Numeri maioris compositi exemplum suppeditat Num. 3, 43. · ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܬܪܝܢ ܡܐܐ · ܫܒܥܝܢ · ܐܠܦ · ܐܠܦ · ܬܪܝܢ ܬܠܬܝܢ *viginti duo millia ducenti septuaginta tres.*

B. *Numeri Ordinales.*

Hi Numeri, qui proprie *Adiectiva numeralia* a *tribus* ad *novem* e Cardinalibus terminatione ܡ vel ܡܐ et inserto praeterea ܡ ante ultimam simplicis Numeri radicalem formantur, feminina forma in ܐܡ exeunte gaudent. *Primus* tantummodo et *secundus* peculiaribus Adiectivis, ܩܕܡܝܐ (= Ch. קַדְמָי, Syr. ܩܰܕܺܡܳܝܳܐ), emph. ܐܠܦܩܕܡܝܐ *primus* et ܐܡܩܕܡܝܐ, emph. ܐܠܦܡܩܕܡܝܐ *prima* (haud raro tamen adhibetur pro eodem ܩܕܡ · ܐܩܕܡ m. et Gen. 8, 13. ܐܠܦܡܐ f. = אַחַת); ܬܢܝܢ (= Ch. תִּנְיָן), emph. ܐܬܢܝܢ *secundus;* et ܐܬܢܝܢ emph. ܐܠܦܬܢܝܢ *secunda* exprimuntur. Reliqui, quatenus cum Nomine abs. aut emph. iunguntur, hi sunt:

Masculinum.

Stat. abs.		emph.	
· ܬܠܬܝܢ	· ܐܠܦܬܝܢ	et ܐܠܦܠܦܬܝܢ	*tertius.*
· ܬܪܒܥܝ	· ܐܪܒܥܝ	— ܐܠܦܪܒܥܝ	*quartus.*

ܡܰܫܡܫܝܐ	ܫܰܡܫܝܐ et	ܫܰܪܫܝܐ	*quintus*
ܡܰܫܬܰܪܝܐ	ܫܰܬܬܰܪܝܐ –	ܫܰܪܬܰܪܝܐ	*sextus.*
ܡܰܫܒܥܝܐ	ܫܰܒܥܝܐ –	ܫܰܪܒܥܝܐ	*septimus.*
ܡܰܬܡܢܝܐ	ܫܰܬܡܢܝܐ -	ܫܰܪܬܡܢܝܐ	*octavus.*
ܡܰܫܬܝܐ	ܫܰܬܝܐ –	ܫܰܪܬܝܐ	*nonus.*
ܡܰܥܣܪܐ	ܫܰܥܣܪܐ –	ܫܰܪܥܣܪܐ	*decimus.*

Femininorum ordo.

Stat. abs.	emph.	
ܫܰܬܰܬܬܰܪܬܐ	ܫܰܪܬܰܬܬܰܪܬܐ	*tertia.*
ܫܰܬܰܬܒܥܐ	ܫܰܪܬܰܬܒܥܐ	*quarta.*
ܫܰܬܰܬܫܝܬܐ	ܫܰܪܬܰܬܫܝܬܐ	*quinta.*
ܫܰܬܰܬܬܰܪܬܐ	ܫܰܪܬܰܬܬܰܪܬܐ	*sexta.*
ܫܰܬܰܬܒܥܬܐ	ܫܰܪܬܰܬܒܥܬܐ	*septima.*
ܫܰܬܰܬܬܡܢܬܐ	ܫܰܪܬܰܬܬܡܢܬܐ	*octava.*
ܫܰܬܰܬܬܫܝܬܐ	ܫܰܪܬܰܬܬܫܝܬܐ	*nona.*
ܫܰܬܰܬܥܣܪܬܐ	ܫܰܪܬܰܬܥܣܪܬܐ	*decima.*

Pro reliquis inde ab undenario Numero Ordinalibus usurpantur Cardinalia; hinc ܥܣܪ ܚܕ est *undecimus;* ܬܪܬܥܣܪ ܥܣܪ *duodecimus,* ܫܬܥܣܪ ܬܪܬܥܣܪ *duodecima;* ܫܰܪܬܰܥܣܪ ܥܣܪ *decimus tertius;* ܫܬܥܣܪ ܬܪܬܥܣܪ *decima tertia* etc. Ceteroquin Feminina illorum Adiectivorum pro parte alicuius rei adhibentur, licet frequentius occurrant Nomina a Numeris ducta, quae inserto ante ultimam rad. ܝ Nominibus Hebraeorum de hac re usitatis respondent, ut ܫܝܝܬܐ et ܫܝܝܬܐ *quinta pars;* ܥܝܝܪ *decima pars;* ܪܒܥܝܬܐ *quarta pars.* Plurali Ordinalium, ut Exod. 20, 5. ܬܠܬܝܢ *tertii;* ܪܒܥܝܢ *quarti* indicantur gradus posterorum *tertia, quarta generatio* i. e. nepotes, pronepotes. De *Numeris multiplicativis,* quorum hic e Gen. 4, 24. ܫܒܥܝܢ *septies* commemorasse sufficiat, ut de reliquis Numeris utendi rationibus vid. Synt. §. 89. — De duplici denique Stat. emph. Ordinalium masc. scribendi ratione vid. supra §. 43. III. A.

Caput quartum.
De Particulis.

§. 49.

Exiguus denique exstat verborum numerus, quae, cum de ipsorum origine certa ratio reddi nequeat, novum constituunt ordinem ac perinde pro *primitivis* haberi possunt. Numerosior est huius ordinis eorum copia, quae vel a Verbo, vel a Nomine aut aliis linguae partibus ducuntur et exinde vel mutilata apparent, vel literis ab initio et in fine additis augentur. Pertinent huc *Adverbia*, *Praepositiones*, *Coniunctiones* et *Interiectiones*, de quibus deinceps ita disserendum, ut *primitiva* principem teneant locum, *derivata* seorsim sequantur.

§. 50.
Adverbia.

1. *Primitivis* accenseri possunt: ܠܐ *quo?* ܠܐ *non;* ܟܠ *sic;* ܡܠ *quaeso;* ܗܢܐ *hic;* nec videtur inde excludendum ܗ interrogationis e lingua Hebraea huc translatum, de quo vid. Synt. §. 97. 1.

2. *Derivata* pro linguae partibus, a quibus ducuntur, in hos describi possunt ordines:

a) in ea, quae Pronominibus aut Interiectionibus originem suam debent, et ita quidem, ut *α*) nude ponantur, ut ܗܐ *ecce* (saepius ܐܗ et per metath. ܗܐ). Num vero ܗܘܘ vel ܐܘܘ *tunc* ita cognatum sit Pronomini ܗܘ, ut Hebraeorum אָז accedit ad זֶה, vix ausim definire. Longe plura reperiuntur, quae *β*) e Pronominibus prodierunt vel cum Praepositionibus, vel cum aliis Particulis coniuncta, ut ܗܕܐ *hic;* ܗܕܝ *inde;* ܕ ܗܝܝ *sicut;* ܗܝܠ *cur?* ܗܝܟܐ *sic, ita;* ܗܕܝܐ et ܗܕܝܗ *adhuc;* ܕܝ postquam (=כַּאֲשֶׁר); ܕܝ *ex quo;* ܗܠܕܐ *antequam;* ܡܠܗ *ne quaeso* etc.; vel denique *primitiva* iunguntur Praepositionibus, ut ܠܐ ܕ ܕܘ *quousque.*

b) Alia ducuntur a Verbis; quo pertinent *α*) *Imperativi*, ut ܡܗܫ et ܡܨܫ *nunc, quaeso* (=נָא); ܡܗܐ *ecce;* et in Plur. ܨܗܐ (=רְאֵה Deut. 1, 8.); ܡܐܐ et ܐܐܐ (=לְכָה) *age, agite!* ܗܝܠ *age!* Gen. 19, 32. *β*) *Infinitivi*, ut ܕܗܝ (=מָהֵר) *celeriter;* ܡܪܗܐ (=הַרְבֵּה) *multum;* aut denique *γ*) *Participia*, ut Deut. 2, 34. 3, 6. ܫܠܫܫ *perfecte, penitus;*

Exod. 32, 8. ܒܥܓܠܐ *celeriter;* Gen. 20, 12. ܩܫܬܐ *re vera* (pro hebr. אֲמִתָּה).

c) Alia denique e Nominibus et Adiectivis sunt repetita, et quidem α) peculiaribus distinguuntur terminationibus ܐ) ܠ, ܙܠ, ܡ, ܫܐ, ܫܐ; ut ܗܝܡܡܐ *hodie;* ܐܡܬܝܡܐ (= אֲמִתָּם) *vere;* ܠܡܠܡܠ (abiecto ܠ Exod. 40, 38.) *nocte;* ܫܝܡܝܡܐ *interdiu;* ܫܐܠܒܒܐ *hac vice;* ܒ) ܐ, ܐܙ, ܐܡ et ܐܡܐ; ut ܐܠܡܠܐ · ܐܙܠܡܠܐ · ܐܡܠܡܠܐ (=שְׁנִית) *iterum;* ܐܒܒܡ *parum;* Deut. 13, 14. ܐܡܐܫܒܒ (= נָכוֹן) *bene.* Haud pauca exprimuntur β) nudis *Nominibus* et *Adiectivis*, quorum illa ܐ) in *Accusativo* sunt capienda, ut ܥܪܒܐ *vespere;* ܒܠܡ *mane;* ܒܝܫ *inique;* ܒܒ *secure;* aut in Statu constr., ut ܒܙܒ *paullulum* Gen. 24, 45.; aut in Statu emph., ut Gen. 19, 34. ܫܒܠܡ (= מִמָּחֳרָת) *postridie mane;* haec ܒ) Graecorum *Neutris* respondent, ut Gen. 40, 16. ܒܒ *bene;* ܒܡܠܝ et Exod. 10, 29. cum ܐ prosth. ܒܡܠܝܐ *recte;* ܒܒ *multum;* ܒܡܒܝ *valde;* adeo ubi regionem denotant vel locum, quo quis vertitur, ut Deut. 2, 7. ܙܐܡܝܐ · ܠܡܝܡ *dextrorsum* et *sinistrorsum;* alia denique γ) exprimuntur Nominibus cum *Praepositione* iunctis, et quidem ܐ) cum ܒ, ut Gen. 29, 23. ܫܥܪܒܒ *vespere;* 31, 40. ܫܝܡܝܡܐܒ *interdiu;* 34, 13. ܫܥܒܥܒ *fraudulenter;* Deut. 17, 12. ܙܠܙܡܒܒ *superbe;* 33, 12. ܠܡܒܒ *confidenter;* Exod. 1, 14. ܡܪܝܒ *duriter;* Carm. Sam. I. 1. ܙܒܒ *magnifice.* ܒ) cum ܒ, ut Exod. 8, 10. ܒܒܥܒ *postridie*, quasi *in posterum diem;* 29, 38. ܥܙܡܒ *quotidie* i. e. *in dies* Lev. 19, 12. ܒܝܫܒ *falso;* 25, 18. ܫܡܒܒ *secure;* ג) cum ܠܥ sequente ܒ (ܒܥ), inprimis Adverbia loci (e loco ad locum), ut ܒܒܒܥ · ܙܒܒܥ *intrinsecus* et *extrinsecus;* aut sine ܒ, ut ܡܠܙܥ *orientem versus* (östlich).

Annot Ex Adverbiis peregrinae originis, quorum plura Syri potissimum civitate sua donarunt, in lingua Samaritana nonnisi ܥܙܠ *frustra*, deprehendimus, quod Graecorum *μόγις* respondet.

3. *Adverbiorum* quaedam augentur Suffixis Subiecti notionem sibi vindicantibus, ita ut simul Verbi Substantivi notio iis inhaereat.

Pertinet huc ܠܫ *ecce;* quod cum referat Imperativum, Suffixa Verbi assumere videri potest; inprimis cum Samaritani devitent Suff. ܥܙ ei annectere, quod comprobatur loco Exod. 18, 25., ubi Hebraeorum הִנֵּכֶם vertitur per ܠܫܐܙܠ *ecce vos estis*

per crasin cum Pronomine ortum cf. §. 9. 2. Idem tamen quoque animadvertitur in Pronomine 1. Sing., ut Gen. 9, 9. אנכי, aut per metath. אכנא *ecce ego;* (Cf. praeterea Gen. 22, 7. אנכי + אנא). Exempla cum Suff. haec sunt: Gen. 16, 11. 20, 3. אנתי *ecce tu;* 40, 6. הנון *ecce illi;* 44, 16. 50, 18. הנן *ecce nos sumus.* Idem valet de עדתא *adhuc* Exod. 9, 17. 19. עדתתא (sq. Part.) *adhuc tu es;* et de אמא *ubi?* ut Gen. 3, 9. אמתא (אַיֶּכָּה) *ubi tu es?* (ubi a Sam. praeterea additur Pron. אנא). E *derivatis* huc pertinent לקדמתון, ut Gen. 19, 1. לקדמתונון *obviam iis;* Deut. 3, 1. לקדמתנא *obviam nobis;* et לחדוי *seorsim*, ut Gen. 42, 38. אחוי (=לְבַדּוֹ) *ipse solus.*

Annot. Nec omnino ignorant Samaritani Hebraeorum עוֹד, licet apud eos nonnisi sine Suff. legatur, ut Deut. 28, 68. 31, 2. עוד; pro quo Gen. 8, 10. et alibi אמעוד ponitur. Similiter הִנֵּה a Sam. translatum est Gen. 12, 19. אנא.

§. 51.

Praepositiones.

1. Cum *Praepositionum* pleraeque a Nominibus ortae ad instar eorum cum Suffixis iungantur, quaedam tamen *primitivae* videntur esse, ad quas praefixa ב, ל, מ pertinent, nisi et haec cum recentissimis Grammaticis *derivatis* accensere malueris, quatenus e בין *inter;* לא *ad* et מן *sic* decurtata iudicari possint. Sunt autem hae Praepositiones eiusmodi, quae a Nomine suo separari nequeant, cui ut apud Syros atque Chaldaeos cum Scheva mobili Hebraeorum enuntiandae adhaerent. Ubi autem Nomen incipit a litera, quae vocali caret, videntur Samaritani, qui vocalem A et alibi praeferrent, cum Syris eadem usi fuisse in efferendis his literis; licet non admodum erraret, qui Chaldaeos sequi et vocalem I supponere vellet. Quodsi vero quaesiveris, num Samaritani Chaldaeorum et Hebraeorum more ante gutturales per Scheva compositum enuntiandas cognatam huic brevem vocalem sub his Praepositionibus receperint, hoc eodem iure reprobandum est, quo commendanda Syrorum legendi ratio, qua ante Nomina ab ܒ et ܒܶ (=A et I) incipientia utriusque huius literae vocalem in haec Praefixa reiiciunt, ut בארעא = ܒܰܐܪܥܳܐ ab בארא = ܒܐܪܳܐ (leg. b'ara.). Praeterea suffragari malim iis, qui notae Accusativi את (=אֶת־) locum inter *primitivas Praepositiones* assignandum esse contendunt (cf. *Gesenius* Lehrgeb. §. 151. 2. p. 629.).

2. Reliquae Praepositiones *derivatae* et divisim scriptae Nomen suum antecedentes (de ܡܢ Nomini adiuncto vid. Annot.) sunt vel a) Nomina Sing. in Statu constructo, unde facile earum cum Suffixis coniunctio explicatur, ut ܥܡ *cum;* ܡܢ *a, ab;* ܠܡܠܐ *iuxta;* ܒܐܬܪ (Exod. 23, 2. ܒܐܬܪܝ) *post;* ܒܝܢ *inter;* ܠܓܡܠܒ *pro, loco;* ܠܩܒܠ *contra, e regione;* ܠܨܒܝܢ *adversus* (sq. ܠ); ܥܕܡܐ *usque* b) Pluralia masc. constructa, in quorum aliis α) ܡ nota huius Numeri et Status desideratur, quae demum ex additis cognoscitur Suffixis; ut praeter vulgares Hebraeorum ܠܐ *ad* (cuius loco Samaritanus frequentius utitur simplici ܠ); ܠܥ (Exod. 18, 13. et Num. 24, 6. bis ܡܥܠܥ = עֲלֵי) *super, iuxta;* ܬܚܬ *sub;* quoque in ܩܕܡ *ante, coram;* in aliis β) servata est, ut in ܡܒܬܪ (Exod. 20, 17. ܡܒܬܪ Exod. 33, 8. ܡܒܬܝ) *post.* Aliae sunt c) Nomina cum praefixis, ut ܥܡܠ (= לְיַד) *ad;* ܠܠܥܒ *propter;* ܠܩܒܠ *secundum, iuxta;* ܩܕܡ et ܩܕܡܝ *ante, coram;* ܡܢܓܠ *coram, ante;* ܥܕܡܠ *propter;* ܒܓܠ et ܒܓܠ *intra,* ܠܨܒܝܠ *e regione, ex adverso;* ܠܩܒܝ *propter;* aut denique compositae ut ܥܡ + ܡܢ *a, ab;* ܠ + ܡܢ *de;* ܒܒܠܝ (e ܒܒ et duplici praefixo) *extra;* ܬܚܬܝ *sub;* ܒܐܬܪܝ *a tergo, post;* ܒܓܒܝ *e medio;* ܐܓܠܝ *ab inde;* ܩܕܡܠܝ *e conspectu;* ܠ + ܒܒܠܝܠ *extra;* ܠ + ܒܒܥܐ + ܡܢ *ultra;* ܠ + ܠ + ܡܢ *supra.* De usu et uberiore earum explicatione vid. Synt. §. 98.

Annot. Praepositio ܡܢ plerumque separatim scripta Nomen antecedit aut emphaticum, aut cum Suffixis iunctum, ut Gen. 4, 10. ܡܐܪܥܐ · ܡܢ *e terra* v. 11. ܐܝܕܐ · ܡܢ *de manu tua;* praefigitur autem eliso ܡ Nomini constr., ut Gen. 27, 28. ܡܛܠܝ · ܠܫܡܝܐ *de rore coeli.* Neque tamen hoc ubivis observatur; nam non modo frequenter Nomini cum Suff. praefigi solet, ut Gen. 24, 43. ܐܡܐܠܦܝ *de hydria tua* 25, 23. ܐܡܥܝܝܐ *de visceribus tuis;* sed etiam ante Nomen constr. separatim legitur, ut Gen. 24, 10. ܡܓܡܠܝ · ܡܠܝܐ · ܡܢ (hebr. מִגְּמַלֵּי) *de camelis domini sui;* reperiuntur adeo exempla, in quibus hic usus alternat, ut Exod. 20, 24. ܐܡܥܝܐ · ܐܡܠ · ܡܢ *de ovibus tuis et de tauris tuis;* Gen. 2, 23. ܡܓܥܡ · ܥܝܡ ܡܥܘܦ · ܡܢ · ܒܘܦ (= עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי) *os ex ossibus meis et caro de carne mea.* Exinde apparet, Samaritanum neque semper, ut iamiam vidimus, Hebraeum secutum esse, neque certam sequi regulam, ubi ܡܢ ab eo pro aliis Hebraeorum praepositionibus adhibetur, nam Exod. 8, 9., ubi Hebraeus habet ל, Chald. עַל sic usus est ܡܢ; ut ante Nomina cum Suff. et copula ܘ inter se iuncta modo ܡܢ separatum scripserit, modo eliso ܡ praefixerit.

3. Quod attinet ad has Praepositiones tam *primitivas* quam

derivatas cum Suffixis iungendas, nihil differunt, nisi in paucis a vulgari Nominibus ea suffigendi ratione, ut e tabula infra proposita liquet; in quibus autem discedant, hic apponere lubet. Pertinet huc litera צ ante Suffixa 2. Plur. inserta, ut בצצך *in iis;* בצצכ *iis;* quod itidem observatur in עמ *cum* et מעך *e, ex;* ut Gen. 9, 9. מעצצך *vobiscum* (adeoque cum duplici צ ibidem v. 12. מעצצצך, si recte sese habet haec lectio nec potius est emendanda altero צ eiecto;) Lev. 1, 2. מעצצך *a vobis;* licet hoc neglectum sit in אמ, ut Gen. 47, 23. אמצך *vos.* In Suffixo 3. Plur. alternant צך et ציך, ut Gen. 3, 7. צכ; 19, 3. ציכ, similiterque in Suffixo fem., ut Lev. 14, 40. אמך et 20, 14. אמיך *eas.* Suffixo 1. Plur. נך, ut נכ *nobis* inseritur interdum א vocalem A exprimens, ut אנך *e nobis* et praecedente נ epenth., ut Gen. 26, 29. אנמ *nobiscum.* Nec desunt exempla cum Suffixis hebr., ut Exod. 22, 17. et alibi saepius צכ pro יכ *ei;* 23, 15. צפ; 28, 1. צמ; 29, 36. צאמ; Deut. 31, 29. מצאא (=אֶתְכֶם) *vos.* Praepositio מ denique praefigitur quidem Nominibus et Pronominibus, ut ת ' יממ *sicut;* at ubi Suffixa ei sunt adiungenda, adhibetur אצמ (= כְּמוֹ hebr. כְּמוֹ). Sic Gen. 41, 39. מאצמ = כָּמוֹךָ; 34, 15. אנאצמ = כָּמֹנוּ; 41, 19. אמאצמ = כָּהֵנָּה *sicut illae;* unde apparet, nec ante Suffixa 2. et 3. Plur. permutari ut apud Hebraeos cum simplici מ. Idem fere comprobatur quoque Praepositione אצכ *ad*, quod nihil est nisi כ aut Hebraeorum אֶל, pro quo legitur Gen. 19, 8. אצאצכ = אֵלֵיכֶם. — Quod attinet ad Praepositiones, quae, cum sint proprie Nomina Plur. constr., cum Suffixis huic Numero propriis iunguntur, ut כא *ad* Gen. 48, 5. מאכא = אֵלֶיךָ; 19, 5. אנאכא = אֵלֵינוּ notandum est, Praepositionem כמ licet in haud paucis cum Hebraeorum עַל prorsus conspiret, ut Gen. 14, 15. אמכמ = עֲלֵיהֶם; 19, 3. אמיכמ; Num. 13, 1. et saepius אמאמכמ et Deut. 1, 22. אמיאמכמ = עֲלֵיהֶן; in longe plerisque tamen locis Suffixa assumere ad formam אמכמ, ut Exod. 10, 17. אמכמ = עָלַי; 18, 14. מאמכמ = עָלֶיךָ; Gen. 45, 1. מאמכמ = עָלָיו; 35, 14. 45, 15. Num. 10, 34. Semel adeo deprehenditur cum Suffixo Sing. Lev. 7, 4. אמיכמ = עֲלֵיהֶן. — In aliis utriusque Numeri Suffixa promiscue accedunt, ut in אמפ *inter* Gen. 3, 15. מאמפ *inter te* (=בֵּינְךָ) et 9, 12. cum Suff. Plur. אמאמפצך ' אמפ = בֵּינִי וּבֵינֵיכֶם (Gen. 42, 23.

ܒܝܢܬܟܘܢ = בֵּינֹתָם); in ܐܚܪܝ *post* Gen. 17, 7. ܐܚܪܝܗ = אַחֲרֶיהָ et cum Suff. Plur. Exod. 14, 9. ܐܚܪܝܗܘܢ (cf. v. 10. ܐܚܪܝܟܘܢ) = אַחֲרֵיהֶם. Semel reperitur ܩܕܡ *ad* cum Suff. Plur. Gen. 37, 18. ܩܕܡܘܗܝܢ = אֵלֵיהֶם; et quamvis ܦܢܝ eiusque Derivata ubivis cum Suffixis Plur. iungantur, legitur tamen semel Gen. 18, 8. ܠܦܢܝܗܘܢ = לִפְנֵיהֶם; interdum Syrorum more inserto ܝ post priorem syllabam deprehenduntur, ut ܦܝܢܝ, Gen. 16, 6. ܡܦܝܢܝܗ = מִפָּנֶיהָ; at non ut apud eosdem transposito ܝ, ut Gen. 6, 13. ܡܦܢܝܗ = מִפְנֵיהֶם. Praepositio ܒܬܪ videtur, cum exempla sint rariora, semper a Samaritano cum Suffixis Plur. iuncta fuisse, ut Num. 16, 31. ܬܚܬܝܗܘܢ = תַּחְתֵּיהֶם. — Cum Suffixis haud leguntur ut apud Syros ܥܠ; ܥܠܘܗܝ; ܥܠ; ܥܠܘ et reliqua, quae de certo loco usurpantur.

Annot. Interdum ante Suff. 1. Plur. insertum legitur ܐ, ut Exod. 14, 12. ܡܢܐܢܢ *a nobis* et eliso altero ܢ Suffixi Num. 13, 32. ܡܢܐܢ. Ne tamen hanc posteriorem formam a Samaritano pro ܡܢܝܢ *ex iis* alicubi usurpatam fuisse existimemus, in quem errorem in Polygl. Londin. interpres Latinus incidit, qui ܡܢܐܢ Num. 31, 49. ex hebraico מִמֶּנּוּ (LXX. ἀπ᾽ αὐτῶν) translatum ita reddidit, a reliquis huius loci versionibus (Chald. מִנָּנָא, Syr. ܡܢܢ, Arab. مِنَّا) edocemur. Licet enim Num. 13, 34. quem uberiorem locum in textu Hebraeo frustra quaesiveris, ܡܢܐܝܢ *ab iis* legatur, ܐ quidem huic formae illatum ferri et excusari potest, neque tamen eandem eiecto ܝ mutilatam ullo loco pro Suffixo 1. Plur. occurrere meminimus.

4. *Praepositionis* instar annectitur quoque Nominibus ܗ (*locale*), quo ut apud Hebraeos (cf. Graecorum δε Nominibus annexum pro εἰς) motus aut directio in locum quendam significatur. Hinc inprimis adhibetur in Nominibus regionum aut locorum, ut Gen. 35, 6. ܗܠܘܙܐ (=לוּזָה, Ch. לְלוּז, Syr. ܠܘܙܢ) *Luzam;* Num. 32, 39. ܗܓܠܥܕܐ (=גִּלְעָדָה, Chald. לְגִלְעָד, Syr. ܓܠܥܕ) *in Gileatidem;* Gen. 24, 45. ܗܥܝܢܐ (=הָעַיְנָה, Ch. לְעֵינָא, Syr. ܥܝܢܐ) *ad fontem;* 43, 26. (25.) ܗܐܪܥܐ (=אַרְצָה, Ch. צַל־אַרְעָא, Syr. ܠܐܪܥܐ) *ad terram;* aut in coeli regionibus designandis, ut Num. 20, 13. ܗܡܪܒܐ etc. *occidentem versus;* interdum additur a Sam. ܠ, ut Gen. 28, 5. ܐܪܡ · ܗܦܕܢܐ (=פַּדָּנָה אֲרָם) *in Mesopotamiam;* quo interdum quoque exprimitur Hebraeorum articulus, qui praeterea demonstrativa procul dubio notione huic formae datur, ut Num. 34, 12. ܗܬܪܗܢܐ = הַתִּרְהֲנָה

(Ch. לְיַרְדְּנָא, Syr. ܠܝܪܕܢܐ) *ad Iordanem;* quem Samaritanus quoque retinuit ibid. v. 11. [illegible] = הַרְבָּלָה (Chald. לְרִיבְלָה) adeoque posuit [illegible] praecedente [illegible], ubi textus Hebr. simplici Nomine utitur, ut Gen. 26, 23. [illegible] = בְּאֵר שָׁבַע (Ch. לְבְאֵר שָׁבַע, Syr. ܒܐܪ ܫܒܥ) *Beersebam.*

§. 52.

Coniunctiones et Interiectiones.

1. *Coniunctionum* quoque aliae sunt *primitivae*, aliae *derivatae* aut *compositae*, quibus hoc proprium est, ut praeter [illegible], [illegible] et [illegible] seorsim scribantur. Ad *primitivas* pertinent a) copula [illegible]; [illegible] Infinitivis (cf. §. 68.) et notione negationis *ne* (=אַל) Futuris (cf. §. 96. 1.) praefixum; [illegible] s. [illegible] (aliquoties [illegible]=אִם, ut Gen. 34, 15. et adeo [illegible]) *si;* [illegible] *aut;* [illegible] *etiam;* [illegible] (Gen. 44, 18. Exod. 3, 5. Num. 13, 1.) pro longe frequentiore [illegible] *ne.* b) Ad *derivatas* referendae sunt [illegible]; rarius per Syncopen [illegible], ut Exod. 10, 4. *quia, nam, quod* (coll. هَلَّ *apparuit* = כִּי a כוּן); [illegible] et [illegible] *verum* (= Syr. ܡܫܝܚ) Gen. 23, 13. 29, 14. 34, 15. c) *Compositae* denique sunt *α*) cum Praepos. [illegible] *quia, propterea quod;* [illegible] *ut; β*) cum [illegible], ut [illegible] (=אִם לֹא—אִם לֹא) *sed;* [illegible] et [illegible] *donec; γ*) cum [illegible] vel praefixo, ut [illegible] et [illegible] *ut non, ne* (in quibus rarius [illegible] pro [illegible] scribitur, licet ex [illegible] ortae sint); aut sequente, ut [illegible] *quia;* [illegible] pr. *usque ad non* i. e. *adeo ut non;* [illegible] *sicut, postquam;* [illegible] *propterea quod;* [illegible] *donec;* [illegible] *eo quod.*

Annot. Si in enuntianda copula [illegible], ut par est, Syrum sequimur, eaedem valebunt regulae, quas §. 51. 1. in Praepositionibus [illegible] et [illegible] recte legendis commendavimus; nec opus erit eam cum Hebraeis et Chaldaeis ante Scheva mobile aut literas [illegible], [illegible], [illegible] cum vocali U permutare; cum simplicior illa lex indoli linguae Samaritanae magis convenire videatur. Nec aliter de duabus reliquis Coniunctionibus inseparabilibus erit statuendum. Ad eas, quae rarissime usurpantur et ex Hebraeo textu translatae sunt, pertinent [illegible] = כִּי, Deut. 20, 1. 23, 21. 31, 18.; [illegible] = אַף־כִּי *quanto magis* Deut. 31, 27. et [illegible] = פֶּן־ *ne* Gen. 19, 15.

2. Ex *Interiectionibus*, quae mera affectuum indicia dolori, indignationi, admirationi et gaudio exprimendo inserviunt, in libris Samaritanorum, quos inspicere nobis licuit, vetustioribus

unam tantummodo detestantem ac devoventem ܡܘܝܐ aut ܡܘܝ et ܡܘܝ *vaeh!* investigavimus, cui per crasin cum sequente ܠ, quod alibi divisim ab ea scribitur, in ܠܡܘ contractae Suffixa annectuntur, quae *primitiva* nuncupari potest. Recentiori linguae debetur, in Carminibus Samarit. ܐܝܐ *o!* de quo iam supra §. 46. diximus. Cf. §. 79. et §. 100. Quamvis vero Castellus et qui ei suffragatus est Cellarius, derivatis Interiectionibus nonnisi ܡܘܠ *utinam* et ܐܢ ܠܐ *minime quaeso!* accenseant, non certe tamen multum vituperabitur, qui eas per ܠܗܝܠ (= ܗܠܝܠ i. q. הָלִילָה) *absit* et ܛܘܒ *bene!* de quarum usu in Synt. §. 100. disseretur, auctas esse velit. Quin imo, quatenus ܐܝܐ *ecce!* ab initio periodi iis, qui aliquam rem alacri studio persequuntur, vulgare est, quo, quem alloquuntur, attentum esse iubeant, nec huic Interiectionis vim quisquam abrogabit, nec cognatis ܡܛܝ ܐܝܐ *ecce quaeso!* aut ܡܘܝ ܐܡܠ *minime quaeso!* de quibus et ipsis in Synt. ibid. exposuimus.

Pars tertia

Syntaxis.

Caput primum

Syntaxis Pronominum.

I. *Pronomina Personalia.*

---

§. 53.

Pronomina separata Verbi Substantivi loco posita et ad personam Verbi repetita.

1. Praeter vulgarem *Pronominum personalium* usum notandum est, inservire ea Verbo Substantivo exprimendo sive sint absolute posita, sive copulae instar Praedicatum Subiecto adiungant. A) Prior ratio facilis est expeditu. Adhibetur enim, a) quando quis ad quaestionem propositam, in qua itidem iam Subiectum Pronomine Verbum Substantivum simul comprehendente expressum praecesserat, ita respondet, ut eum se esse declaret, de quo quaesitum fuerit, ut Gen. 27, 24. *Num tu es* (אתה) *filius meus Esavus;* ubi respondetur a Iacobo אני *ego sum;* 29, 4.; b) aut omnino Subiectum, quod praecesserat, in Pronomine cum adiuncta Verbi Substantivi notione repetitur, ut Gen. 47, 1. *fratres mei — venerunt* הנה *et sunt* etc. B) Copulae notio elucet a) si Subiecti loco Pronomen demonstrativum, quo praecedentia comprehenduntur Nomina, antecedit, ut Gen. 25, 16. אלה בני ישמעאל׃ ׀ אלה ׀ שמם *hi sunt filii Ismaelis* cf. v. 13 — 15. Lev. 23, 2., ubi interdum quoque Pronomen separatum omittitur, ut Gen. 35, 26. אלה ׀ שמם ׀ בני יעקב *hi erant filii Iacobi.* Si vero b) cum Subiecto suo Pronomen ita iungitur, ut ad praecedentia non respiciatur, tum sequitur, ut Gen. 48, 9.

ጐደልኑ ፡ ሠናይ *filii mei sunt;* quod tum quoque observari solet, cum vel *α*) Subiecti personae accuratius notandae inservit, ut Gen. 23, 6. አንተ ፡ ኀያል ፡ አምላክ *princeps Dei tu es;* 24, 24. Carm. Sam. III. 20. ኀለቅ ፡ ኀጢአ ፡ ሠናይ *principium omnium tu* (es)*;* vel *β*) praecedentium ratio ita redditur, ut Pronomen nonnisi ad Subiectum definiendum accedat, ut Gen. 13, 8. ፡ ኅጢአ ፡ ደቂ ፡ ደሙ ፡ ደሙ *quoniam viri fratres* i. e. consanguinitate coniuncti *sumus;* 37, 3. Nec obstat, quod Gen. 18, 27. legantur verba ፡ ፡ ፡ *cum ego sim pulvis et vilis*; quoniam haec appositionem potius Pronominis, quod arctissime cum praecedentibus cohaereat, faciunt. Idem valet c) quando Pronomen Praedicato explicando inservit, sive sit illud *α*) Adiectivum, ut Gen. 42, 19. ፡ ፡ ፡ *si veraces estis;* Exod. 1, 19.; sive sit *β*) Nomen, ut Gen. 23, 4. ፡ ፡ ፡ *peregrinus et inquilinus ego sum;* 41, 26. Carm. Sam. II. 16. ፡ ፡ ፡ *peregrinorum instar sumus.*

2. Haud raro ita iungitur Verbo, ut Subiectum Verbo iam expressum in Pronomine praecedat, quod a) tum fieri solet, cum actio vel uni, vel pluribus ita competit, ut reliqui omnes ab ea excludantur, ut Gen. 16, 5. ፡ ፡ *ego dedi;* 21, 24. ፡ ፡ *ego iurabo*; 30, 26. 33, 14. 44, 4. Exod. 19, 4. 32, 22. Idem observatur sensu negative expresso, ut Gen. 31, 52 ፡ ፡ ፡ *si ego non transibo;* et ibid. ፡ ፡ ፡ *si tu non transibis;* 28, 1. In his actio omnino negatur; ubi vero ab ea eximuntur alteri potius attribuenda, tum negatio praecedit Pronomen, ut Gen. 45, 8. ፡ ፡ ፡ *non vos misistis me.* Si vero b) alius idem facere potuerit, aut vere fecerit, tum sequitur Pronomen inserta inter ipsum et Verbum plerumque Particula ፡ *etiam*, ut Gen. 20, 6. ፡ ፡ ፡ *ego etiam cohibui.* Hinc c) expeditus est ordo verborum, quando Pronomen ita repetitum sequitur Verbum, ubi huic nota relationis instructo prior conceditur locus, utpote certam definienti rem, quae ad unum tantummodo spectet, ut Gen. 37, 10. ፡ ፡ ፡ *somnium illud, quod somniasti tu* nec alius quis.

Annot. Eodem pertinent exempla, in quibus post Verbum plura distinguuntur Subiecta, quorum illud, quod Pronomine indicatur, praestet ceteris, ut Gen. 44, 3. ፡ ፡ ፡

dimissi sunt et ipsi et asini eorum; aut ubi, quae Pronomine indicantur ea sunt, quibus diligentius exponatur, quid potissimum sit intelligendum, ut Num. 14, 9. אכלנו · לחמנו · הם *quia panis noster sunt* s. *erunt* sc. populi terrae. Deut. 20, 15. — Exemplum repetiti Pronominis, e quo concitatius dicendi genus elucet, invenies in Carm. Sam. IV. 4. אנה · אנכי · אנכי *ego, ego ille* sc. sum.

§. 54.

Pronomina separata cum emphasi quadam ad casus obliquos exprimendos repetita.

1. Haud raro Pronomina personalia repetuntur non sine emphasi quadam in Casibus obliquis, ubi Latini uterentur *inquam* repetito Casu; quod cur hic non fiat, concitatiori orationi erit tribuendum. Sic a) pro Genitivo occurrit Num. 14, 32. וגבעתיכם · אתם · פגריכם *et cadavera vestra, vestra* inquam *cadent;* b) pro Dativo Num. 3, 13. לי · הם · לוים *mihi sint, mihi* inquam; c) pro Accusativo Gen. 27, 34. ברכני · גם · אני · אבי *benedic mihi, mihi quoque mi pater.*

Annot. Si vero Samaritanus Gen. 4, 26. verba וְלִשֵׁת גַּם־הוּא יֻלַּד־בֵּן vertit: בנו · דלאנה · אנה · גם · אשלד, Pronomen אנה non explicandum erit per לו = לו, sed ל ante אשלד potius valet: *quod attinet ad;* quippe qui haud dubie הוֹלִיד legere mallet.

2. Aliter tamen explicandum erit Pronomen absolute ante Verbum positum, quod tum potissimum accidit, cum, quae adduntur, eum unice spectant, de quo sermo est. Ita legitur a) pro Dat. Deut. 18, 14. אתה · לא · נתן · יהוה · אלהיך *at tu* i. e. te quod attinet, *non sic tibi tradidit Iova;* b) pro Accus. Gen. 24, 27. אנכי · בדרך · נחני · יהוה *ego* i. e. me quod attinet, *in via duxit me Iova.*

§. 55.

Pronomina Suffixa.

A. *Nominis.*

1. In duobus Nominibus ita invicem iunctis, ut alterum in Genitivo sit vertendum, Pronomen Suffixum, cum arctissima utriusque huius Nominis coniunctio haud patiatur ut intercedat aliquid, annectitur Nomini recto, utpote Tertium quoddam accedens, quod alium locum obtinere non possit, licet ad Nomen regens pertinere videatur. Sic legitur Lev. 20, 3. שם · קדשי *nomen sanctitatis meae* i. e. meum sanctum; Num. 10, 10.

ܕܒܚܝܟܘܢ · ܫܠܡܐ *sacrificia pacificorum vestrorum* i. e. vestra pacifica. Deut. I, 41. 26, 15.; Gen. 48, 17. · ܝܡܝܢܗ (= יַד־יְמִינוֹ) *manus eius dextra;* Carm. Sam. I. 2. ܒܢܡܘܣܟ · ܪܒܐ · ܘܩܫܝܛܐ *in lege tua magna et vera* pr. veritatis tuae magna; I. 11. II. 21. III. 6. 8. 15.

2. Perraro fieri solet, ut Nomini regenti adiungatur, ut Num. 25, 12. ܒܪܝܬܝ · ܫܠܡܐ *foedus meum pacis* i. e. pacem, salutem afferens; ita ut difficile non sit hanc mutatam affigendi rationem explicare, cum Suffixum non tam utrique, quam priori definiendae inserviat.

Annot. Neque tamen ubivis Samaritanus in hac re Hebraeum est secutus; nam Lev. 6, 10. verba מִדּוֹ בַד reddidit ܒܐܒܕ · ܫܙܝܐ *vestes linteae,* ac si legisset מִדֵּי; et Deut. 32, 43. pro אַדְמָתוֹ עַמּוֹ habet ܐܪܥܐ · ܕܥܡܗ *terra populi sui* Suffixum in אַדְמָתוֹ pleonasticum negligens. Circumscribitur adeo Suffixum Praepositione ܠܢ (cf. §. 84. 4. d.) in Carm. Sam. V. 4. ܠܢ · ܥܠܡܬ *causa nostra;* ad quem locum vid. Gesenius ibid. p. 86.; aut exprimitur ut apud Syros et Chaldaeos nova Pronominis possessivi forma ܠܡܬ, de qua recentiori linguae interdum peculiari et cum Suffixis iuncta iam §. 13. 2. Annot. exposuimus. Exempla, quae e Carm. Samarit. suppeditantur persuadent nobis, peculiarem alicuius rei vel virtutis significari possessionem, quae in aliquo sit et permaneat perperam alteri tribuenda, ut III. 12. ܐܠܡܬ · ܠܐ · ܐܠܗܐ · ܐܡܠ *non est numen divinum praeter tuum* i. e. nullus est praeter te Deus; aut legitur praecedente ܬ ante Nomen ita, ut Genitivus relativi *cuius* exprimatur, ut I. 20. ܐܠܡܬ · ܥܠܡܐ · ܠܐ *cuius est omnis gloria* i. e. gloria, quae ei soli competit; II. 1. ܐܠܡܬ · ܐܠܗܘܬܠܟ *cuius est divinitas (tua)* i. e. tibi, cui soli divina maiestas est concedenda. Meri Pronominis possessivi notionem obtinet VI. 20. ܡܠܡܬܝ · ܡܠܡܬ · ܐܠܝ *omnia mea sunt et a me* sc. originem ducunt.

3. Cum autem Abstractum cum Concreto ita quoque in Genitivo iunctum esse possit, ut sub hoc intelligatur is, a quo velut auctore sese exserat Abstracti notio in alterum *(Genitivus obiectivus)*, nec in Suffixo haec vis desideratur, ut Gen. 9, 2. ܕܚܝܠܟ · ܕܚܝܠܬܟ *pavor vestri et timor vestri* (vor euch); Exod. 23, 27. Num. 21, 20. Deut. 2, 25. 11, 25. Carm. Sam. III. 5. ܗܝܡܢܘܬܟ *fides tua* i. e. tibi habita.

4. Idem Suffixum, quod ad plura refertur Nomina, singulis est affigendum, ut Gen. 7, 7. ܥܠܠ · ܢܘܚ · ܘܒܢܘܗܝ · ܘܢܫܝܗܘܢ · ܒܢܝܗܘܢ *ingressus est Noachus et filii eius et uxores filiorum eius;* 8, 16. 18.; Deut. 28, 32. ܒܢܝܟ · ܘܒܢܬܟ *filii tui et filiae tuae;* quam legem a Samaritano adeo servatam vi-

demus, ubi ab Hebraeo negligitur Exod. 15, 2., quo loco verba Hebraica עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ redduntur: · [illegible] · [illegible] · [illegible] *fortitudo mea et sors mea est Iova.*

B. *Verbi.*

Suffixum Verbo annexum *Obiectum*, ut plurimum *Accusativum* exprimit, ut Gen. 8, 9. [illegible] *et sumsit eam;* 23, 8. [illegible] *audite me*, et ut in Nominibus, ita in Verbis copula [illegible] inter se iunctis repetitur, ut Deut. 4, 31. · [illegible] · [illegible] · [illegible] *non relinquet te, nec perdet te;* interdum tamen ponitur quoque pro *Dativo*, ut Gen. 20, 6. [illegible] *dedi tibi;* 31, 7.; 33, 10. [illegible] *et placebis mihi;* Exod. 4, 24. 27. [illegible] *et occurret ei;* 18, 19. [illegible] *consulam tibi;* 21, 2. Num. 18, 2.; aut *aliis Casibus* Praepositione quadam explicandis, ut Gen. 43, 9. [illegible] *spondebo pro illo;* Deut. 33, 11. [illegible] · [illegible] *quis insurget in eum.*

§. 56.

De Numero et Genere Pronominum Personalium tam separatorum, quam Suffixorum.

1. Pronomen 3. Sing. tam separatum, quam Verbo suffixum usurpatur interdum ut apud Hebraeos pro *Neutro* et quidem a) *Masculinum* Exod. 34, 10. · [illegible] · [illegible] · [illegible] · [illegible] · [illegible] *terribile est id, quod tecum faciam;* Deut. 7, 25. · [illegible] · [illegible] · [illegible] · [illegible] · [illegible] *nam abominatio Iovae Deo tuo hoc est;* et Plurali praecedente Exod. 32, 16. · [illegible] · [illegible] · [illegible] *tabulae, opus Dei hoc* i. e. sunt illae. Licet autem Suff. 3. Sing. m. haud differat a 3. Sing. fem., tamen, cum Samaritanus in his vestigia textus Hebraei premat, nemo dubitabit, quin et hic Hebraeum imitatus fuerit, ut Num. 24, 13. [illegible] · [illegible] · [illegible] — · [illegible] *quod dixerit mihi, hoc* (אתו) *dicam.* Similia leguntur Lev. 10, 3. b) *Feminimum* Gen. 47, 26. [illegible] · [illegible] · [illegible] · [illegible] *posuit hoc* (אֹתָהּ) *Iosephus in statutum* i. e. constituit.

Annot. Discedit tamen aliquoties ab Hebraeo, ut Num. 23, 19. ubi Suff. Verbi יְקִיְּמֶנָּה haud redditur verbis: [illegible] · [illegible] · [illegible] *loquitur nec praestabit.* Negligentiae autem tribuendum erit, si quando Suffixa masc. ad Nomina fem. referantur, ut Exod. 1, 21. [illegible] · [illegible] · [illegible] *et exstruxit iis* (= לָהֶם sc. obstetricibus) *domos*, licet Verbum praecedat fem. Idem observatur Num. 10, 2., ubi

post verba ܬܪܬܝܗܘܢ · ܡܠܦܐ *duae tubae* non modo Verbum legitur masc., sed etiam ܠܗܘܢ sequitur, quamvis v. 3. recte habeat ܠܗܝܢ, in quo utroque imitatus est Hebraeum. Conferatur praeterea Exod. 36, 14. quo loco legimus praeeunte Hebraeo ܠܘܡܬܐ (= יְרִיעֹת) *cortinae*, ad quam vocem in fine versus respicitur Pronomine ܠܗܘܢ = אֹתָם; et Lev. 3, 4., ubi Samaritanus עֲלֵיהֶן vertit ܠܗܡܘ *super eos* sc. ܟܠܝܗܡܘܬ *renes;* aut Deut. 27, 2. quo loco ܠܗܘܢ refertur ad ܐܒܢܐ *lapides*, dum v. 3. recte legitur ܠܗܡܘ, et hic secutus Hebraeum. Num. 36, 6.

2. Praecedente Nomine collectivo haud raro sequuntur Suffixa Plur., ut Exod. 19, 25. · ܢܚܬ · ܠܘܬ · ܥܡܐ · ܐܡܪ ܠܗܘܢ · ܠܡܠܐ *descendit Moses ad populum eique* (iis) *dixit* Lev. 9, 22. Idem valet de Nominibus abstractis, sub quibus homines intelliguntur, ut Num. 16, 21. · ܐܬܦܪܫܘ · ܡܢ ܟܢܫܬܐ ܗܕܐ ܠܗܘܢ · ܐܒܕܝܢ · ܐܢܬܝ · ܐܫܬܠܡ *separate vos a congregatione ista, nam consumam eam* (eos); v. 46.

Annot. Idem animadvertitur Verbo in Sing. praecedente, ut Deut. 23, 3. ܠܐ · ܥܡܘܢ · ܘܡܘܐܒ · ܠܐ · ܢܥܠ *decima generatio non ingredietur* (Pron. pleonast. de quo vid. §. 57. 3.). Similiter explicandus est locus Exod. 23, 27., ubi reperiuntur verba · ܠܐ · ܥܒܪܐ ܠܗܝܢ · ܥܡܐܢ · ܐܬܐ · ܥܡ *occidam omnem populum, ad quem* (quas) *ibis*, quia Verbum *eundi* postulat potius, ut terras populorum intelligas. Contra ubi sub urbibus aut regionibus incolae earum intelliguntur, Suffixum sequitur masc.; sic Deut. 3, 6. in verbis · ܠܡܚܪܡ ܠܗܘܢ *internecione delevimus eos* Suffixum respicit ad ܐܡܝܡܬܐ *urbes*. Ne vero offendat aliquis Num. 15, 28. in verbis · ܢܦܫ ܕܚܛܬ *anima, quae peccavit* sequente ܥܠܘ *pro ea* (eo), sciat, Singularem hic esse explicandum *quotiescunque singuli peccaverint*.

3. Idem valet antecedente Singulari a) rei, qua plures utuntur singuli, ita ut eorum quisque ea instructus esse debeat, ut Lev. 10, 1. *Sumserunt filii Aaronis Nadab et Abihu* · ܕܒܚ ܕܝܠܗ · ܠܒܘܬܗ · ܥܒܕܘ · ܐܫܐ *quisque thuribulum suum et posuerunt in iis ignem;* aut ubi b) plura varii Generis Nomina iunguntur, Suff. refertur ad Masc. utpote praestantius, quod vel *α*) si sunt Singularia, sequitur in Sing., ut Lev. 13, 29. ܓܒܪ · ܐܘ · ܐܢܬܬ · ܒܗ · ܕܒܚ *vir aut mulier si fuerit in eo*, quoniam hic singuli per se seorsim spectantur; aut *β*) si Pluralia sunt, itidem Suff. Plur. masc. praefertur, ut Num. 7, 6. *Et accepit Moses* · ܥܓܠܬܐ · ܘܬܘܪܐ · ܐܦܩܬܘ · ܠܗܘܢ · ܠܘܝܐ *plaustra et boves et dedit eos.*

Annot. Quando autem Nomina varii Generis in regimine sunt iuncta, Suffixum Plur., si collective sunt capienda, refertur a) ad

Nomen regens, ut Lev. 2, 12. ܒܟܘܪܐ · ܒܟܘܪܬܐ · ܐܡܪܐ · ܒܟܘܪ *munus primitiarum offeretis eas* (eos); aut b) si sunt eiusdem Generis, Suffixum Sing., quatenus cuique per se spectato convenit, usurpatur, ut Deut. 17, 1. ܬܘܪܐ · ܐܝܠܐ · ܕܒܝܡܘܡ · ܕܡܘܡ · ܬܘܪ *bos et ovis, in quo fuerit macula.* Interdum legitur Suff. Sing. pluribus Nominibus Sing. praecedentibus, ut Lev. 22, 21., ubi ܐܝܠܐ referendum est ad ܬܡܝܕܐ · ܕܒܚܐ *sacrificium eucharisticum*, ad quod hic prae ceteris respicitur.

§. 57.

Ellipsis et Pleonasmus Suffixorum.

1. Omittuntur Suffixa ex orationis nexu facile supplenda aut repetenda. Huc pertinent a) Suffixa *Nominum*, ut in ܐܒܐ quod saepissime adhibetur pro ܡܐܒܐ *pater meus* (cf. §. 45. 2. Annot. 3.), quandoquidem scilicit vix alius pater intelligi possit, nisi eius, qui loquitur, adeoque ubi aliud Nomen cum eodem Suff. per copulam ܘ adiungitur, ut Gen. 47, 1. ܡܐܚܘܗܝ · ܐܒܐ *pater meus et fratres mei* (cf. 55. 1, 4.), b) quae *Infinitivis* accedere deberent, ut Gen. 6, 19. ܠܡܚܝܬܗ *ad vitam servandam* sc. eorum i. e. animalium, quae in arcam reciperentur, aut omnino Verbis, ut Exod. 2, 25. *et vidit Deus Israelitas* · ܘܝܕܥ ܐܠܗܝܡ *et cognovit* (eos) *Deus.*

2. Interdum Suffixa Syrorum more Verbis pleonastice annectuntur, quo magis dilucida fiat oratio, ut Lev. 25, 46. · ܓܒܪܐ ܐܚܘܗܝ · ܠܐ · ܢܪܕܐ · ܒܗ *vir fratri suo non dominetur* (ei); ubi verborum ordo nominatim Obiectum Verbo suo praemissum postulare videtur, ut repetatur. In aliis locis, ut Num. 32, 33. ܝܗܒ · ܡܘܫܐ · ܠܒܢܝ · ܪܐܘܒܝܢ *dedit* (iis) *Moses filiis Ruben* i. e. Rubenitis, appositionis speciem praebent verba Pronomen sequentia et Lev. 14, 6. ܢܣܒ · ܠܥܦܪܐ · ܚܝܐ · ܠܩܚ *et passerem sumat vivum* (eum) ideo repetitum est, quoniam plura praeterquam sequuntur, quae sumturus erat sacerdos, dum passerem ab eo, qui illa afferret, acciperet. Neque tantum hic pleonasticus Suffixorum usus deprehenditur in Verbis, sed etiam, licet perraro in Nominibus vicissim iunctis, ut Carm. Sam. V. 6. ܒܢܝ · ܥܒܕܝܟܘܢ *filii servorum tuorum* VI. 22.

Annot. Exstant tamen quoque exempla, in quibus Samaritanus deserit Hebraeum, ut Exod. 2, 6. ubi verba Hebraea וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד reddunt ܘܚܙܬܗ · ܠܗ · ܠܥܠܐ et *vidit puerum.*

3. *Dativus pleonasticus* frequenter additur Verbis; qui qui-

dem ad personam Verbi s. Subiectum relatus a) vel indicat, facere aliquem aliquid, quo saluti prospiciat suae, aut quod solus fecisse credatur, ut Gen. 21, 16. אזל · אבאר · אשב *et abiit et sedit* (sibi); 11, 2. בנסעם · בקעה *cum proficiscerentur* (sibi i. e. ipsi soli); Exod. 18, 27. Lev. 23, 15. תספרו · תספרו *numerabitis* (vobis); Deut. 23, 2., vel inprimis b) *Imperativis* ita accedit, ut is, qui alloquitur alterum, hunc velit incitare ad agendum, quo sibi consulat, ut Gen. 12, 1. לך · לך *abi* s. *egredere* (tibi) 22, 5. Exod. 20, 22. תפנו · פנו *revertimini* (vobis); Num. 10, 10. תסעו · סעו *proficiscimini* (vobis); 13, 2. שלח · שלח *mitte* (tibi) Num. 24, 11. נס · ברח *fuge* (tibi) Gen. 27, 43.

Annot. De loco Deut. 23, 3. vid. supra §. 56, 2. Annot., cui addatur v. 8. in quo verba תבאו · לדורם respiciunt ad Plur. בנים. Perraro autem eiusmodi Dativus adiungitur aliis linguae partibus, ut Gen. 31, 41. אלה · לי · שנים · עשרים · שנה · אנכי *hos* (mihi) *viginti annos in domo tua* sc. servivi tibi, ubi אנכי Subiecto maiore cum emphasi efferendo inservit. Suffixum denique, quod probatur Hebraeis in formulis בֶּן־שְׁנָתוֹ et בַּת־שְׁנָתָהּ non deprehenditur apud Samaritanos, cum לי Status emph. utrique proprius non confundendus sit cum לו *annus eius.*

§. 58.

Aliae quaedam Pronominum Personalium proprietates.

1. Interdum *Pronomen separatum* non ad proximum, sed ad remotius refertur Nomen, ut Gen. 10, 12. · בין · נינוה · ובין · כלח · הוא · העיר · הגדלה · *inter Niniven et inter Lachisam; illa est civitas magna.* Quemadmodum autem Hebraei Pronominis loco repetunt Nomen ipsum, ad quod illud referatur, ita quoque Samaritanus sequitur textum Hebraeum Gen. 16, 16., ubi leguntur verba: שמנים · ושש · שנה · אברם · בלדת · את · הגר · את · ישמעאל · לאברם · *Abrahamus octoginta sex annos natus erat, cum pareret Hagar Ismaelem Abrahamo* (pro לו *ei*). Cf. 12, 5.

Annot. Devitavit autem Samaritanus hanc repetitionem Gen. 5, 1., ubi pro altero אֱלֹהִים posuit מלאכים i. e. *angeli*, more suo omnem corporis humani similitudinem a summo Deo removens. Cf. *Gesenius* De Samarit. theol. p. 13. sq.

2. Pronominum 1. et 2. Sing. et Plur. loco in colloquiis cum

nobilioribus utuntur Samaritani perinde ac Hebraei atque Syri Nominibus ܡܪܐ *dominus* et ܥܒܕܐ *servus* ita, ut cum Suff. primae personae ܡܪܝ exprimatur Pronomen *tu;* cum Suff. 2. personae ܥܒܕܝ et ܥܒܕܢ autem reddantur Pronomina *ego* et *nos*, aut ubi oratio ad plures dirigitur, ܥܒܕܝܟܘܢ *servus vester* et ܥܒܕܝܟܘܢ *servi vestri* adhibentur. Possunt autem ita omnes Casus reddi a) *Nominativus* Gen. 44, 7. ܡܪܝ ܕܡܠܠ ܗܢܐ *quare loquitur Dominus meus* i. e. quare loqueris; 44, 32. ܡܪܝ ܕܥܒܕܝ *servus tuus spopondit* i. e. ego spopondi; 46, 34. ܥܒܕܝ ܕܥܒܕ ܒܥܝܪܐ ܡܪܝܐ pr. *viri pecorum sunt servi tui* i. e. pastores nos sumus, 47, 3. 42, 10. 11. 13. b) *Genitivus* Gen. 19, 2. ܥܒܕܝܟܘܢ ܠܒܝܬ ܡܪܝ ܐܬܘܢ *devertimini quaeso ad domum servi vestri* i. e. meam. 44, 16. ܥܒܕܝ ܕܐܠܗ ܠܒ ܥܒܕܝܟ ܡܨܐ *Deus invenit iniquitatem servorum tuorum* i. e. nostram; c) *Dativus* Gen. 44, 16. ܡܪܝܢ ܕܢܡܪ ܠܡܪܝ *quid dicamus Domino meo* i. e. tibi; 44, 21. ܥܒܕܝܢ ܠܥܒܕܝܟ *dixisti servis tuis* i. e. nobis; d) *Accusativus* Gen. 44, 19. ܫܐܠ ܠܒ ܥܒܕܝ ܡܪܝ *Dominus meus interrogavit servos suos* i. e. interrogasti nos; e) cum Praepositionibus aliis leguntur hae formulae Gen. 44, 18. ܠܐ ܢܚܪ ܥܒܕܟ ܒܥܝܢ ܒܠܒܝ *ne exardescat ira tua in servum tuum* i. e. ne irascaris mihi; Exod. 4, 10. ܥܒܕܟ ܥܡ *cum servo tuo* i. e. mecum; cum ܥܡ Gen. 18, 5.; cum ܥܡܝ Gen. 44, 9.

II. Pronomen relativum.

§. 59.

De vulgari Pronominis relativi usu.

Ea Periodi verba, quae a relationis nota ܕ (cf. §. 15.) incipiunt, appositionis instar accedunt, et, cum minorem efficiant eius partem, eo facilius intelliguntur, quo certius compertum habemus Nomen, cui definiendo inserviunt. De quo ne dubitetur curavit lingua, ut relativum ܕ proximum post illud occuparet locum. Praefigitur autem

1. simpliciter Verbo, in quo consentit Subiectum cum Nomine, ad quod relatio illa respicit, ut Gen. 15, 17. ܢܘܪܐ ܕܥܒܪ ܕܥܒܪ *lampas ignis, quae transiit;* 4, 11. ܐܪܥܐ ܕܦܬܚ ܦܘܗܗ ܕܩܒܠܬ *terra, quae aperuit os suum;* 6, 20. ܟܠ ܕܡܫܪܥ ܥܠ *ex omni, quod repit.* Quando vero

2. in Obiectum transiit, tum praeterea adiungitur Verbo Suf-

fixum Genere atque Numero Nominis conveniens, ut Deut. 4, 46. ܣܝܚܘܢ · ܡܠܟܐ — — · ܕܩܛܠܗ ܡܘܫܐ *Sichon — — quem interfecit Moses;* quod tamen negligitur, ubi relatio paucis comprehenditur verbis, nec intermissis, ut ex allato apparet exemplo, quae postulant, ut addito Suffixo oratio magis perspicua fiat. Sic legitur Gen. 2, 8. ܐܕܡܐ · ܕܝܨܪܗ *hominem, quem formaverat* 1, 31. ܟܠܗ · ܡܕܡ *omnia, quae fecerat;* 12, 1. 6, 2. Suffixum autem

3. semper est addendum, ubi relatio vel Genitivum exprimit, vel cum Praepositione, quae separatim a ܐ cum Suffixo post Verbum sequitur, antecedentibus adiungitur, ut Lev. 14, 32. ܕܠܐ ܡܛܐ · ܐܝܕܗ *cuius manus non assequetur;* Deut. 28, 49. ܕܠܫܢܗ · ܫܡܥܢ · ܠܐ *cuius linguam non audies;* 8, 9.; cum ܠ Gen. 24, 14. ܕܠ · ܐܬܪܬܐ · ܕܐܡܪܬ *puella, cui dixero;* Exod. 32, 13. ܕܡܠ · ܠܐܒܗܬܢ *quibus iurasti,* Lev. 25, 31.; cum ܒ, Gen. 21, 23. ܕܒ · ܠܬܝܠܢ *in qua* (sc. terra) *peregrinatus es;* 19, 29. ܕܡܠ · ܕܐܬܒ · ܒܠܘܬ *in quibus* (sc. urbibus) *habitaverat Lot;* 41, 38. 42, 38. 44, 5. et alibi saepius; cum ܕܡ Lev. 15, 16. ܕܠܡ · ܢܦܩ *e quo* (sc. viro) *prodierit;* 22, 4. 27, 9.; cum ܥܠ Exod. 3, 5. ܡܩܡ · ܡܥܠ · ܕܠܐ *super quo* (sc. loco) *stas;* 8, 21. 22. Gen. 24, 42.; 28, 13.; Lev. 21, 10. ܕܫܡܗ · ܥܠ · ܢܦܩ ܫܡܢܐ *super cuius caput effusum est oleum;* cum ܡܥܠ Gen. 44, 9. ܕܡܥܠ · ܢܫܬܪ ܡܬ *apud quem invenietur;* cum ܕܠܒ Lev. 17, 7. ܕܙܢܝܢ · ܒܬܪܝܗ · ܕܙܢܝܢ pr. *post quos* (sc. daemones) *fornicabantur* i. e. quos coluerunt; cum ܡܢܢܦܩ Gen. 24, 40. ܡܩܡܢܦܩ · ܠܗܠܟ ܡܠܐܟ *coram quo ambulavi.*

Annot. Cum igitur mera sit annectendi particula, legitur quoque ante Pronomina et Nomina Praepositionibus distincta, quae velut notiones secundariae Nominibus praecedentibus adiunguntur, ut Gen. 14, 17. ܕܡܠܟܐ · ܕܡܥܡܗ ܕܝܠܗ *reges, qui cum eo* (erant) = *οἱ σὺν αὐτῷ;* 29, 9. ܕܥܢܐ · ܕܐܒܐ *oves, quae patri eius* (*τὰ τοῦ πατρός*); 33, 18. ܒܫܠܡ · ܕܒܐܪܥ · ܟܢܥܢ · ܐܡܪ *urbs Sichem, quae* (sita est) *in terra Canaan* = *ἡ ἐν τῇ γῇ* etc. cf. Carm. Sam. I. 13. ܕܡܢܢ *a quo.* — Interdum paullo remotius a ܕ legitur Nomen, quod ad illam relationem pertinet, cum Suff., ut Deut. 19, 1. · ܐܕܠܐ · ܕܥܕܡܢ · ܕܡܘܥܝ ܕܥܘܒܐ · ܐܡ · ܐܠ · ܒܕܡ *populi, quorum terram tibi dedit Iova Deus tuus;* unde factum est, ut in eiusmodi locis intellectu paullo difficilioribus pro Suffixo quoque Nomen ipsum, ad quod illud referendum sit, repetatur, ut Gen. 13, 16. · ܐܡܒ · ܐܡ · ܡܥܫܐ · ܒܒܘ · ܐܡ · ܡܫܐܠ · ܒܒܝ · ܠܐܥܡ · ܐܬܢ · ܕܘܒܐ · ܐܘܪܐ ܕܥܫܡ · ܐܡܒ · ܒܐ · ܕܘܒܐ *et ponam* (s. faciam) *filios tuos sicut pulverem terrae; quem si quis numerare potest, etiam filios tuos*

numerabit. Interdum circumscribit ܬ Suffixum, ut Lev. 16, 6. ܚܛܬܗ · ܕܝܠܗ *peccatum quod ei* (est) i. e. eius v. 11.; aut prorsus redundat ab initio Stropharum, quae praecedentibus annectuntur. (Cf. Gesenius Carm. Sam. p. 43.); aut inservit explicationi, ut Carm. Sam. III. 22. ܐܢܬ · ܐܝܟ *tu enim potes* et alibi V. 2.

4. Quando relatio spectat ad locum, quo quis versatur quove sese contulerit aut unde exierit, *Adverbia loci demonstrativa* itidem praecedente ܬ mutantur in *relativa;* ut a) ܬܡܢ *ibi;* Gen. 13, 14. ܬܡܢ · ܐܝܟ · ܐܬܬ · ܬܡܢ *e loco, ubi tu* (sc. stas); 19, 27. 21, 17. 33, 19. et alibi; b) ܬܡܢܐ *eo*, ut Gen. 20, 13. ܬܡܢܐ · ܐܙܠܬ · ܐܬܬܐ · ܐܢܐ *omni loco, ad quem veniemus;* Deut. 23, 20. c) ܬܡܢܝܢ *inde;* ut Gen. 24, 5. ܬܡܢܝܢ · ܢܦܩܬ *unde egressus es;* Deut. 11, 10.

Annot. Interdum ܬܡܢ quoque omittitur, ut Gen. 35, 13. 14. ܕܡܪ · ܐܡܪܬ · ܕܒܝܬܗ *quo loco eum allocutus fuerat;* alibi tamen illud iterum recepit, ubi nec in textu Hebraeo deesset, ut c. 40, 3.— Interrogandi vim adimit Pronomini ܕܡ Gen. 21, 22. · ܕܡ · ܐܝܟ ܬܥܒܪ · ܐܝܟ *in omnibus, quae facis;* Carm. Sam. II. 20.; aliisque, quas sequitur interrogandi particulis, ut Carm. Sam. I. 10. · ܬܕܝ ܡܢܝܚܬ *ubi quietem paravit;* III. 16. ܐܡܐܬ · ܬܝܕ · ܬܡ *ex eo, ubi nihil erat;* III. 17.; et ubi praefigitur Pronomini ܐܢܗ, respondet Syrorum ܗܘ *ille, is ipse*, ut Gen. 9, 3. 39, 6., quod adeo contrahitur in ܢܬ = ܐܢܗܬ Carm. Sam. IV. 4. ܕܐܡܝ · ܢܬ *ille est virtus;* et ibid. ܡܪܝ · ܦܡܐ · ܢܬ *ille quondam proclamabit*, et alibi.

5. Ante *Participia* obtinet notionem magis *demonstrativam* et respondet Hebraeorum articulo iisdem praefixo, ut Exod. 29, 13. ܡܚܝܡܬ · ܕܒܪܐ *adeps operiens* (=הַמְכַסֶּה); aut ita usurpatur, ut Nomine, ad quod referatur haud antecedente, at ex orationis nexu elucente, incipiat periodum, ut Num. 19, 8. ܕܐܡ · ܬܦܨܝܬ *qui combusserit eam* (vaccam) =הַשֹּׂרֵף; v. 11. Quemadmodum autem in his vim demonstrativam sibi vindicat, a qua relatio ad certum quendam separari nequeat; ita quoque sive incipiat periodum, sive cum antecedentibus cohaereat, praeeuntibus aut praefixis sibi Praepositionibus utriusque Pronominis *(is, qui)* tenax est notionis, ut Gen. 31, 32. ܕܡܫܐܬ · ܥܡ (eum) *apud quem inveneris;* 34, 28. ܕܐܒܕܬ · ܐܡ (ea) *quae in urbe* sc. erant; Num. 22, 6.; inserta adeo negatione, ut Exod. 20, 22. ܕܐܬܦܩ · ܐܢܬ · ܐܡ (ea) *quae non praecepi ei.* Ubi autem Nomen accedit Praepositione itidem iam distinctum, tum cum sua Praepositione separatim scribitur, ut ܬܥ = ܬ · ܬܡ Exod. 29, 26. ܬܕܕܐܢ · ܬܥ *de eo, quod est Aaronis* v. 27.

6. Cum denique, ut iam supra dictum est, mera sit relationis Particula, non modo adiungitur tertiae, sed etiam primae et secundae personae, ut Lat. *qui, der ich* etc.; quo sensu legitur Gen. 45, 4. ܡܠܝܡ ܕ ܙܒܢܬܘܢ *quem vendidistis* (me); 31, 13. ܡܐ ܕ ܢܕܪܬܝ *cui vovisti* (mihi); Num. 22, 30. ܠܥܝܬܝܢ ܡܐܒܪ *qua vectus es* pr. super qua (me) equitasti; Deut. 5, 6. ܕܐܦܩܬܝܢ *quem* (te) *eduxi.* Carm. Samarit. II. 8. ܠܡܐܬ ܡܨܥܝܐ ܕ ܫܪܝܬܐ *cuius nemo novit principium* sc. tui; et ibid. ܥܦܪ ܕ ܠܐܨ ܕ ܟܠܝܠ ܕ ܠܡܐܬ *cui* (tibi) *neque finis neque terminus.*

§. 60.

De Ellipsi et reliquis Pronominis relativi proprietatibus.

1. Quam vulgo dicunt Pronominis relativi *Ellipsin*, nemo non facile ad laxiorem minoris periodi partes inter se connectendi rationem retulerit, qui meminerit, ܕ esse externam fere relationis nonnisi particulam, quae interdum illaeso sensu abesse quoque possit. Cognoscitur praeterea hic linguae idiotismus facile ex verborum ordine, ita ut non tam mutilata appareat oratio, quam interno potius sensu arctissime connexa, ut Gen. 15, 13. ܐܪܥܐ ܕܠܐ ܕ ܠܡܐ *in terra* (quae) *non est iis* i. e. non sua; Deut. 32, 17. ܠܐܠܝܢ ܕ ܠܐ ܕ ܝܕܥܘܢ *Dii* (quos) *non noverunt eos* i. e. iis ignoti; v. 20. ܒܢܝܢ ܕ ܠܐ ܕ ܗܝܡܢܘܬ *filii, in* (quibus) *iis non est fides* i. e. haud fideles Num. 24, 6.; et quemadmodum ex his Adiectivi notio elucet, ita simile quid quoque animadvertitur in reliquis exemplis, in quibus haec verba Genitivi instar accedunt, Exod. 6, 28. ܘܗܘܐ ܕ ܡܠܠ ܥܡܗ ܝܗܘܐ *et factum est die,* (quo) *locutus est* i. q. loquendi Deut. 4, 15. 17, 18. et notionem Status emph. referunt praedicato clarius distincti. Ubi vero haec *Ellipsis* observatur post Verbum, quae ita annectuntur verba, constituunt *Obiectum* arctius cum Verbo sine hac relationis nota iungendum, ut Num. 23, 8. ܕ ܠܐ ܐܪܘܪ ܕ ܐܠܗܐ ܠܐ ܐܪܘܪ ܕ ܠܐ ܡܪܓܙ ܕ ܐܝܘܒ *cur maledicam, cui non maledixit Deus, et cur detestabor, quem non detestatus est Iova.* Idem observatur post Pronomen demonstr., quando sequentia vel Nominis notioni propius accedunt, ut Gen. 43, 16. (15.) ܐܠܡܗ ܕ ܥܠ ܕܒܝܬ *ei,* (qui) *super domum ipsius* i. e. praeposito s. praefecto domui; 44, 4. vel Adiectivum aut Participium exprimunt, si Nomen Pronomine demonstrativo est

distinctum, ut Exod. 15, 16. ܐܡܬܝܬ · ܠܟ · ܥܡܐ *populus hic* (quem) *acquisivisti* i. e. a te acquisitus, v. 17. Lev. 27, 24.

Annot. Hinc non omittitur post Nomina in Statu regiminis posita, ubi verba, quae a nota relativa incipiunt, utrique explicando sunt adiecta, ut Exod. 14, 13. ܐܠܗܐ · ܕܥܒܕ · ܠܟܘܢ · ܐܝܟܐ ܕܢܥܒܕ *salus Dei, quam faciet nobis hodie.*

2. Cum autem perinde ܕ omnino Coniunctio esse possit, hunc quoque eius usum paucis expediamus. Primum huc pertinet, quando ea, quae cum ܕ sequuntur, in Nominis notionem cadunt, ut a) = *quia, quod*, vel post Verbum sint in Accusativo explicanda; e. g. Exod. 29, 33. ܢܟܘܠ · ܕܟܦܪ · ܒܗܘܢ · ܕܢܫܪܐ *comedet ea, quia expiavit cum iis* i. e. cum sint, vel utpote piacula; adeo praecedente ܐܡ Deut. 29, 16. ܐܢܬܘܢ · ܝܕܥܝܢ · ܕܥܒܪܢ ܠܥܠܡ · ܐܡ — — *vos scitis* — — *quomodo* (quod) *transierimus* i. e. transitum nostrum; vel post Nomen in Genitivo, ut Deut. 23, 4. ܕܠܐ · ܩܕܡܘ · ܠܩܪܝܬܟ · ܠܡ *propterea quod non praevenirent* s. *occurrerent* pr. propter rem etc. Inprimis autem b) adiungitur Praepositionibus; quae, cum proprie nec nisi Infinitivo velut Nomini praeire possent, cum Verbo finito coniunctae particula ܕ opus habent. Pertinent huc ܕ · ܐܡܪܬ Gen. 34, 12. ܡܐ · ܕܬܐܡܪܘܢ · ܐܡܪܬ *sicut dixeritis mihi* (=secundum verba vestra); Deut 2, 12. 14. (v. 16. ܕ · ܕܡܬܘ *postquam*); ܕ · ܠܡ Deut. 29, 25. ܡܛܠ · ܕܠܐ · ܫܒܩܘ · ܠܡ ܕܝܢܐ *propterea quod dereliquerunt foedus Iovae;* ܕ · ܕܡ Deut. 3, 20. ܕܢܢܐ · ܢܚܬܘ · ܕܡ *donec requiem dederit Iova;* Gen. 31, 20. (Hebr. simpliciter עַל); ܕ · ܠܐܢ *eo quod* Deut. 28, 47

Annot. Sunt tamen loci, in quibus ܕ omittitur, ut Deut. 2, 15. ܐܫܠܡܘ · ܕܡ *donec consumerentur.* Praeterea ut Hebr. אֲשֶׁר significat *cum* (*wenn*) Deut. 11, 27. ܕܬܫܡܥܘܢ · ܕܐܬܒܪܟ · ܠܡ *benedictionem cum audieritis* aut *nam* Deut. 3, 24. ܕܡܫܬܡܥ · ܠܐ · ܐܝܟ *nam quis est Dominus in coelo*; Carm. Sam. III. 2. Confidimus magno tuo robori ܒܚܝܠܟ · ܕܐܢܬ *tu enim* (es) *Dominus noster* (Cf. §. 53. 2. Annot.). De ܕ nota Genitivi vid. §. 84. 4.

III. Reliqua Pronomina.

§. 61.

Pronomen demonstrativum, interrogativum et reflexivum.

A. *Pronomen demonstrativum.*

1. *Pronomen demonstrativum* (cf. §. 14.) sequitur Nomen

suum, licet per se iam satis sit definitum, praefixo ܗܳ, quo Hebraeorum articulus redditur (§. 43. Append.), ut ܗܳܕܶܝܳܐ · ܗܳܝܘܡܳܐ *hic dies;* ܗܳܕܶܝܳܐ · ܗܳܐܪܥܳܐ *haec terra;* ܠܳܡܶܠܬܳܐ · ܗܳܡܶܠܶܝܳܐ *haec verba;* quod tantum omittitur Nomine cum Suff. praecedente, ut Exod. 10, 1. ܠܳܡܶܠܬ · ܡܶܠܶܝܡܳܐ *signa haec mea,* aut ubi Nomini in regimine additur, ut Gen. 32, 2. · ܡܚܢܝܐ ܕܐܠܳܗܺܐ · ܐܠܶܝܢܳܐ *castra Dei haec.* De promiscuo usu utriusque Generis in Sing. vid. §. 14. itemque de Adverb. inde formatis.

2. Pronominibus aut Particulis interrogandi ita subiungitur, ut respondeat Graecorum ποτε, Lat. *tandem*, Germ. *denn*, *doch*, *auch*, ut Gen. 27, 21. ܡܚܐ · ܕܐ · ܐܢܬܬܳܐ *an tu vere es filius meus (Bist du auch mein Sohn)?* hic sc. quem adesse volo; v. 20. ܐܝܟܳܢܳܐ · ܕܐ · ܗܳܝܢ *quid tandem festinasti (wie hast du doch geeilet);* 25, 22. ܗܳܠܳܐ · ܕܐ · ܗܳܝܢ *cur tandem ego (warum gerade ich)?*

3. Numeris denique additum rem toties iam eadem ratione repetitam aut annos tot deinceps elapsos significat, quot numero comprehenduntur (nostr. *bereits*), ita ut nec sic iacturam propriae suae notionis faciat, ut Num. 14, 22. ܐܝܠܝܢܳܐ · ܥܶܣܪܶܝܢ · ܕܐ *iam decem vicibus* Num. 22, 28. Deut. 2, 7. · ܐܪܒܥܺܝܢ · ܕܐ ܫܢܺܝܢ *his quadraginta annis;* Gen. 31, 38.

B. *Pronomen interrogativum.*

A. De huius Pronominis ܡܢܳܐ *quis?* ܡܳܢܳܐ *quid?* notione vid. supra §. 16. Addantur hic exempla: Gen. 24, 65. · ܡܳܢܳܐ · ܕܐ ܗܳܕܶܝܢܳܐ *quis vir iste?* 21, 17. ܠܳܗܶܓܪ · ܡܳܢܳܐ · ܗܳܝܢ *quid tibi Hagar?* 33, 5. ܡܳܢ · ܠܳܡܶܠܬܳܐ · ܕܐ *quid haec* (sunt) *tibi?* Reperitur adeo ܗܳܝܢ ante Personarum Nomina, ut Num. 22, 9. · ܗܳܝܢ ܡܢܳܝܐ · ܠܳܡܶܠܬܳܐ · ܗܳܕܶܝܢܳܐ *quinam* (pr. quid) *sunt viri isti apud te?* aut sequuntur Nomina cum Suff., ut Gen. 32, 27 · ܗܳܝܢ ܡܳܝܳܗ *quod est nomen tuum;* 31, 36.

2. Sequitur ܕܐ Nomina velut per Genitivum adiunctum, ut Gen. 24, 23. ܒܪܬ · ܕܐ · ܐܢܬܬ *filia cuius tu es?* (cf. §. 16.) aut Praepositiones ei praefiguntur, ut Gen. 32, 17. · ܕܡܢ ܐܢܬ *cuius tu es?* et ibid. ܠܡܢ · ܕܡܢ *cuius sunt ista?*

Annot. Adhibetur quoque in *quaestione indirecta*, ut Gen. 21, 26. ܠܐ · ܕܝ · ܐܝܬܝܗ · ܐܢܐ *nescio, quis fecerit;* 38, 25. et videtur cum Praepositionibus iunctum interrogandi vim amittere; quae tamen non omnino exstingui poterit; nam in verbis Exod. 32, 24. ܕܡܢ ܕܗܒܐ *cui est aurum* latet quaestio an cui sit, quod proferat aurum;

Carm. Sam. III. 5. ܡܬܚܝܕ · ܕܝܠܗ *ei, qui meretur*; et sic quoque Exod. 22, 27. quae de reddenda veste pignoris loco data leguntur verba ܒܗܝܕܡ · ܕܢܫܟܒ *in qua dormiat* explicanda sunt: annon est, in qua dormiat. Cf. Exod. 33, 16. et Carm. Sam. II. 6. 21.

C. *Pronomen reflexivum.*

Hoc Pronomen triplici exprimi potest ratione:

1. Cum syllaba ܐܡ (=αὐτ cf. §. 17.) Passivis formandis propria, aeque ac Hebraeorum הִתְ proprie *notionem reflexivam* sibi vindicet, in haud paucis formis Passivis ea servata est, ut Gen. 42, 7. ܕܝܬܚܙܐ · ܠܐܢܘܢ *alienum se praestitit iis;* 45, 5. ܕܬܬܪܥܘܢ · ܠܐ *ne affligatis vos;* Num. 6, 2. · ܕܢܬܦܪܫܘܢ ܠܡܩܕܫ *ut se consecret Deo;* 8, 21. 16, 21. 19, 12. 20, 13. 31, 19. ܕܬܬܚܛܝܢ *expiabitis vos;* 32, 20. · ܐܢ ܕܬܬܙܪܘܢ *si accinxeritis vos;* Deut. 1, 41. 2, 4. et alibi saepius.

2. Exprimitur Pronomine 3. personae, quando illud Praepositione a Verbo seiungitur, ut Gen. 19, 6. · ܠܘܛ · ܕܣܟܪ ܕܬܪܥܐ *portam clausit post se;* v. 26. 22, 3. · ܐܡ · ܢܣܒ ܕܥܒܕ · ܥܡܗܘܢ · ܡܬܪܐ *sumsit duos servos suos secum;* Deut. 17, 16. ܕܠ · ܡܬܪܒܐ · ܐܠ · ܐܠܗ *verum non multiplicabit sibi;* v. 17. 18.

3. Circumscribitur Nominibus ܒܠܒ aut ܪܘܚܐ *cor;* ܢܦܫܐ *anima* Orientalium more, qui, cum quae ad sensum internum spectarent, simplici Pronomine haud assequi sibi viderentur, his uti mallent Nominibus, ubi opus esset Pronomine reflexivo externum hominem excludente, ut Gen. 18, 12. · ܕܐܡܪ · ܐܝܟܢܐ ܕܬܪܥܬ *et accusavit se Sara* pr. in corde suo; 27, 41. ܕܐܡܪ · ܥܣܘ · ܒܠܒܗ *et dixit* (cogitavit) *Esavus secum;* Deut. 7, 17. 8, 17. 9, 4. 18, 21. Lev. 11, 43. · ܕܬܬܛܡܝܢ · ܠܐ ܕܢܦܫܬܟܘܢ : ܐܡ *ne contaminetis vos* pr. animas vestras; Num. 30, 3.

Annot. Huc tamen non sunt referenda exempla, in quibus Pronomina aut haec Nomina cum Subiecto Verbi haud congruunt.

IV. Pronomina, quae, cum propria forma destituantur, aliis verbis exprimuntur.

§. 62.

1. Pronomen *is, ea, id* quomodo in relationis nota comprehendatur, iam supra §. 59, 5. vidimus. Huc accedit ܕ · ܕܢܦܫ Exod. 32, 33. ܐܚܛܐ · ܕܢܦܫ *is, qui peccavit* s. *quicunque peccaverit.*

2. Pronomen A) *quisque, unusquisque* exprimitur, ubi in antecedentibus de pluribus, ad quos Singulos referatur, sermo est a) Nominibus ܓܒܪܐ et ܐܢܫ *vir*. Sic Gen. 34, 25. Sumserunt duo filii Iacobi ܚܪܒܗ ܓܒܪܐ *quisque gladium suum;* 40, 5.; Num. 25, 5. ܩܛܠܘ ܓܒܪܐ ܠܐܢܫ ܓܒܪܐ ܕܒܥܠܘܗܝ *occidite quisque viros suos;* Gen. 47, 20. vendiderunt Aegyptii ܐܢܫ ܚܩܠܗ *unusquisque agrum suum;* Exod. 1, 1. ܓܒܪܐ ܕܥܡ ܒܝܬܗ ܥܠ *quisque cum familia sua ingressus est;* b) utroque hoc Nomine bis posito, ut Exod. 36, 4. venerunt omnes sapientes ܐܢܫ ܡܢ ܥܒܕܗ ܐܢܫ *quisque ab opere suo* Lev. 17, 10. c) iterato Nomine, ut Exod. 16, 21. ܒܨܦܪܐ ܒܨܦܪܐ *quovis mane.* B) *Quicunque, quisquis*, quod absolute incipit periodum, vertitur a) duplicato Nomine ܓܒܪܐ, ut Lev. 15, 2. ܓܒܪܐ ܕܢܦܠ ܡܢܗ ܐܢ ܓܒܪܐ *quicunque seminis fluxu laborat;* b) simplici ܡܢ, ut Exod. 22, 19. ܕܢܫܪ ܡܢ *quicunque coierit*, aut composito ܥܡ ܡܢ, ut Gen. 20, 16. ܥܡܘ ܥܡ ܡܢ *quicunque tecum;* aut denique c) per ܕ ܥܡ, ut Exod. 32, 33.; et sequente Verbo aut Nomine sine ܕ Exod. 24, 14. Carm. Sam. II. 22. similiterque Neutrum *quicquid* per ܕ ܡܢ, ut Gen. 6, 17. ܚܘܪܢܕ ܡܢ *quicquid interra;* 11, 6. ܕܡܨܦܝܢ ܡܢ ܚܕܨܕܘܢ *quicquid moliuntur facere.*

3. *Aliquis, siquis, quispiam* redditur a) per ܐܢܫ; sic Exod. 16, 29. ܐܢܫ ܢܦܩ *ne egrediatur aliquis;* Lev. 1, 2. aut b) per ܐܢܫ Lev. 4, 2. ܐܡܬܐ ܐܢ ܐܢܫ *si quis peccaverit;* Lev. 5, 1. 2. 4. 15. 17. Neutrum *aliquid, quicquam* significatur Nominibus a) ܡܨܠܡ, ut Gen. 18, 14. ܩܡܡܘܚ ܡܨܠܡ ܚܨܚܡܡ *numquid Deo occultum erit;* 30, 31. ܠܐ ܡܨܠܡ ܠܝ ܐܝܗܒ *non dabis mihi quicquam;* 39, 9. b) ܡܡܡܪ = דָּבָר (מִמֶּנּוּ) Deut. 24, 1. ܡܡܪ ܥܪܝܐ *turpe aliquid* pr. turpitudo rei; Exod. 18, 26., rarius c) Praepositione ܥܡ, ut Lev. 5, 9. ܡܪܐ ܥܡ ܕܡܐ *adsperget sanguinis aliquid* pr. de sanguine.

4. *Quidam; nonnulli, aliquot*, a) ubi de hominibus in universum sermo est, exprimuntur per ܡܢܐܢܫ, ut Exod. 16, 20. ܚܠܡ ܡܢܐܢܫ ܫܪܝܘ *reservarunt quidam inde;* b) ubi certi ordinis homines intelliguntur, adhibetur Praepositio ܥܡ, ut Exod. 18, 12. ܩܫܝܫܐ ܕܡܫܪܝܐ ܥܡ *quidam seniorum Israelitarum.* Ubi vero de rebus agitur, tum usurpatur ܡܢܐܢܝܢ = אֲחֵרִים Gen. 27, 44. ܚܡܘ ܕܒܘܫ

ܘܬܬܝܒܘܢ · ܘܬܘܡܝܢ *et habitabis cum eo dies aliquot;* 29, 20.

5. *Nemo, nullus* vertitur a) Nominibus ܓܒܪܐ, ܫܠܡܐ, ܟܠ cum negatione ܠܐ Verbo adiuncta, qua Praedicatum negatur. Hoc autem non perinde habetur, utrum Praedicatum cum negatione incipiat periodum, an post Subiectum sequatur. Priore enim verborum ordine significatur, id, quod negetur, ad omnes pertinuisse, qui Subiecto comprehendantur, ut Num. 31, 49. · ܠܐ ܟܒܪ · ܠܢ ܫܠܝܡ · ܡܫܬܠܡ *neque ullus e nobis desideratus est;* Exod. 10, 15. ܒܟܠ · ܟܠ · ܓܠܝܬܐ · ܠܐ *neque ullus relictus est viror;* hinc nonnunquam adhibetur ܡܕܡ, ut Exod. 10, 19. ܐܡܕ · ܚܕܐ · ܓܠܡܐ · ܠܐ *ne una quidem relicta est locusta,* i. e. ad unum omnes perierunt. Subiecto contra antecedente indicatur, aliquid haud faciendum esse ab iis, quos Subiectum designet, ut Lev. 17, 12. · ܢܢܟܠ · ܫܠܝܛܢ · ܟܠ ܟܠܡ · ܠܐ *nemo vestrum comedet* Gen. 23, 6.; aut omnino aliquid non esse vel fieri, ut Lev. 22, 21. · ܠܐ · ܡܘܡ · ܟܠ ܒܗ · ܡܐ *nulla sit macula in iis* (pr. in eo); Exod. 12, 16. ܡܥܒܕܐ · ܠܐ · ܐܡܡܥܒ · ܟܠ *nullum opus fiet.* b) Licet autem ܠܐܡܢ, ut אֵין et ܠܝܬ, nonnisi ante Nomina, Participia et Adiectiva reperiatur, ut Gen. 31, 50. ܫܠܡܐ · ܠܐܡܢ *nemo;* Lev. 26, 6. ܕܚܬܝ · ܠܐܡܢ *nullus perterrefecit;* Gen. 41, 39. ܡܠܝܬ · ܡܬܡܚܝ · ܓܡܒܢ · ܠܐܡܢ *nemo est te intelligentior et sapientior;* tamen aliquoties quoque cum Verbo finito iunctum legitur, ut Gen. 41, 8. ܢܝܠܐ · ܓܫܢܐ · ܠܐܡܢ *nemo fuit, qui illa interpretaretur.* *Nihil* vertitur per ܡܝܢܟܠ negatione ܠܐ Verbum praecedente, ut Gen. 22, 12. 30, 31. aut ante Praepositionem posita, ut Carm. Sam. I. 4. ܒܠ · ܠܐ (ܡܝܢܟܠ) *ex nihilo.* Cf. Gesenius ad h. l. p. 43. sq.

6. Pro Pronominibus *ipse* et *idem* utuntur Samaritani ܐܝܬܐ, quod a) sine ܐ = Hebr. articulo legitur, aut ubi is, qui iam antea nominatus fuerat, ab aliis distinguitur, ut Deut. 18, 5. ܨܡܒܝܨ · ܐܝܬܐ *ipse* sc. sacerdos *eiusque filii;* aut ubi in universum additur aliquid, quod unice ad Subiectum pertinet, ut ibid. v. 6. ܒܠܐ · ܒܡܬ · ܐܝܬܐ *ubi ipse* sc. Levita *habitat;* b) adiunctum autem ubi illud habet, Nomine emph. praecedente significat *idem, iste,* ut Lev. 20; 4. ܐܝܬܐ · ܐܒܪܐ · ܒܠ *ab eodem viro* v. 5. Idem valet de rebus, ut Gen. 38, 1. · ܐܠܦܬ ܐܡܐ *eodem tempore;* at nec inusitatum est ܐܠܡ (= ὁ αὐτός, LXX. ἐκεῖνος, cf. §. 14. Annot.), ut Gen. 26, 12. sevit

Isaacus ܐܬܪܥܐ · ܐܬܪܡܐ *in eadem terra* et invenit · ܐܬܪܡܐ ܐܬܪܫ *eodem anno* v. 24., aut Pronomen demonstr., ut Exod. 12, 8. ܗܕܐ · ܐܡܠܡܠܐ *eadem nocte* v. 12. Quando vero intenditur oratio ad Latinorum *is ipse*, *hic ipse*, ita ut omnis removeatur dubitatio, quin id ipsum, de quo agatur, sit intelligendum, tum adhibetur ܥܨܡܐ (=עֶצֶם) pr. *os (ossis)*, aut licet rarissime ܥܨܝܐ (=عظمٌ Carm. Sam. IV. 14. ܐܥܨܝܐ cf. ibid. IV. 20.) *substantia*, addito praeterquam sequenti Nomini Pronomine demonstrativo, ut Gen. 7, 13. ܗܕܐ · ܐܥܨܝܡ · ܥܨܡܐ *hoc ipso die* 17, 23. 26. Exod. 12, 17. 51. Lev. 23, 14. 28. 29. et v. 21. ܗܕܐ · ܐܥܨܝܡ · ܥܨܝܐ idem; Exod. 24, 10.; Carm. Sam. V. 17. ܝܢܠܢ · ܐܥܨܡܝܠܢ *ut ipsi in discrimen incidant.* De ܝܢ hac notione obvio vid. §. 59. 4. Annot. In Carm. Sam. III. 13. reperitur adeo ܐܡܥܝܫ · ܥܡܘ *ipsum coelum.*

Annot. De iis, qui a *semet ipsis* (proprio Marte, nec ex ullo pendentes aliquid suscipiunt, recentiores Samaritani *Gesenio* teste in Carm. Sam. p. 65. 66. effinxerunt novum vocabulum ܡܢܢ, quod Hebraeorum מִמֶּן s. מֵאֵת, Syrorum ܡܶܢ ܕ (cf. *Agrellii* Supplementa Syntaxeos Syriacae *Gryphisvaldiae* 1834. p. 197.) Arabum مِنْ عِنْدَ *suopte ingenio, propria auctoritate* cum adiunctis Suffixis comparandum, nec Melitensium dialecto incognitum, reperitur sine Suff. Carm. Sam. III. 1. verbis ܥܠܘ · ܡ . ܡܢܢ i. e. *quemadmodum a semet ipso est, ita manet in aeternum;* cum Suff. in Lit. Dam. ܐܡܢܢ i. e. *ex proposito suo, auctoritate sua;* unde eius origo perspicitur.

7. In exprimendo Pronomine *alter — alter* adhibetur a) vel ܚܕ — ܚܕ, ut Exod. 14, 20. ܚܕܐ · ܚܕ *alter ad alterum;* vel frequentius adeo ܬܪܝܢ — ܬܪܝܢ, ut Exod. 17, 12. · ܚܕܐ ܬܪܝܢ · ܚܕܐ · ܬܪܝܢ *alter ab hac, alter ab illa parte;* 18, 3. 4. 37, 8. 9. 26, 3. ܐܚܪܬ · ܐܝܢ · ܐܚܪܬ *altera* (cortina) *alteri;* 36, 10.; aut usurpantur b) Nomina ܚܒܝܐ et ܫܢܝܐ sequentibus vicissim ܚܒܪ *socius* et ܐܚܐ *frater;* ut Gen. 11, 3. ܐܚܒܪܐ · ܚܒܝ · ܐܚܝܐ *dixerunt alter alteri;* 26, 31. 31, 49. 43, 33. (32) Gen. 37, 19. ܐܡܪܐ · ܚܒܝ *alter alteri* 13, 11. 42, 21.; ubi vero alterutrum cum Nomine in Genitivo iungitur, legitur illud in Statu constr., ut Gen. 11, 7. ne audiat ܐܚܒܪ · ܠܫܢܗ · ܠܡ · ܫܢܝܐ *alter alterius linguam;* Deut. 25, 11. ܬܪܝܢ · ܠܢܫܐ *uxor alterius.*

8. *Talis* redditur particula ס Nominibus aut Pronominibus praefixa, Gen. 41, 38. אדם · סתם *talis vir;* 39, 11. · סיום סתם *talis dies* 45, 23. סתם *tale;* Lev. 10, 19. סמלאם *talia.*

9. *Qualis* vertitur per אסתם cum Suffixo Subiecti, ut Gen. 44, 15. מאסתם · אדם *vir qualis ego* Exod. 9, 18. · אלת סמדמסדם סאסם · סמסי *qualis non fuit in Aegypto;* v. 19. 11, 6.; rarius per ת · סמס, ut Exod. 21, 22. · סמס שמלו · משמת *qualem* s. *quantam* (sc. multam) *imposuerit ei* sc. maritus.

10. תשל denique cum Suff. vertendum est *solus*, ut Num. 11, 14. מתשל · סתאי *ego solus;* v. 17. ס תשל · סאאי *tu solus;* Deut. 1, 9. מתשל · לסאי · אל *non potero solus;* v. 12.

Caput secundum.

Syntaxis Verbi.

§. 63.

I. *De Temporibus Verbi in universum.*

In Temporibus exprimendis lingua Samaritana longe simpliciores sequitur leges, quam reliquae dialecti Semiticae, cum neque nisi perraro ut Hebraea et Chaldaea ad *Tempora aoristica* significanda utatur ש *relativo* s. *conversivo* Futuris praefixo, neque ut Syriaca ܕܢ adhibeat, licet ceteroquin in omnibus fere cum iis consentiat. Hoc tantummodo animadvertitur discrimen inter *Praeteritum* et *Futurum*, ut illo in universum id, quod perfectum, absolutum et certum est, significetur, hoc ad imperfectum nec satis definitum, aut quod a praecedentibus dependeat, respiciat. Hinc utroque per se non tam certum tempus definitur, quam, modo ne prior ratio mutetur, utrumque omnibus omnino Temporibus adaptari potest.

§. 64.

De usu Praeteriti.

I. *Praeteritum pro variis temporibus adhibitum.*

1. Ponitur a) *absolute*, ita ut actio per se considerata ab altera haud dependeat, ut Gen. 3, 10. אסמע · סלס · אם *vocem tuam audivi* v. 11. 13. 14. 17. 21. 23. 4, 1. 10. 14. etc.

b) pro *Plusquamperfecto* in iis periodi partibus, quae *secundariae* dici possint, quippe praecedente Praeterito contineant actionem, quae prius accidisse cogitanda est, quam illa, quae in Praeterito, cui annectitur, proposita est. Hinc vel adiungitur *α*) cum ܬ nota relationis, ut Gen. 2, 2. ܬܥܒܕܬ · ܥܠܒܕܗ · ܗܘܐ *perfecit opus suum, quod fecerat;* 3, 1. 28, 18. sumsit lapidem ܥܒܝܬ *quem supposuerat*; 31, 18. abduxit omnia pecora sua omnesque opes suas ܩܢܝܬ *quas acquisiverat;* Num. 12, 1. 13, 33.; vel *β*) negative expressa causam continet, quare aliquid aliter evenire non potuerit, ut Gen. 2, 5. ܩܡܝܗ · ܠܐ · ܠܐ *quia nondum pluerat*, quod sc. praecedere debuisset. Neque minus idem animadvertitur *γ*) in rebus gestis simultaneis, quae, cum priore tempore incepissent, adhuc perdurent, ut Deut. 9, 16. · ܘܚܙܝܬܝ — — ܘܚܛܝܬܘܢ · ܠܐ · ܠܡܥܒܕܢ *et vidi et ecce peccaveratis — et feceratis;* Exod. 4, 31.; aut denique *δ*) ubi res ita inter se cohaerent, ut accideret aliquid, dum fieret aliud, quod licet non ita multo antecederet, tamen rationem exigat, cur quid sequeretur, ut Gen. 31, 19. · ܗܠܟ · ܠܒܢ *et Laban abierat*, qua usus occasione Iacobus interim peculium suum abegit. Utuntur denique Samaritani Praeterito c) pro *Aoristo*, Subiecto Hebraeorum more praecedente, ut Gen. 1, 2. · ܐܪܥܐ ܗܘܬ *terra erat;* 4, 1. 29, 17. · ܐܡܐ · ܗܘܬ · ܪܚܝܠ ܫܦܝܪܬ *Rahel erat speciosae formae.* Cum autem lingua Samaritana Vau Futuri relativo, s. conversivo tum tantummodo, cum verba aliquatenus cum praecedentibus cohaerent, adhibito haud utatur, tamen in eo consentit cum Hebraea, ut quotiescunque haec aoristica forma cum Subiecto sequenti legeretur, hunc quoque retinuerit in versione sua verborum ordinem; et cum ceteroquin hoc ܕ relativum nuspiam Praeterito suo praefigere neglexerit, ratio hic reddenda erit eorum, quae huic coniunctioni propria esse solent. Hinc utitur eo, quando duae actiones ita inter se cohaerent, ut prior sit semel facta et absoluta, altera illam sequatur aut inde prodeat. Sic legitur a) praecedente Praeterito Gen. 19, 15. ܐܡܝܬܝܠܝ · ܠܐܦܪܙ · ܠܘܛ · ܐܡܪܙܘ · ܐܡܪܝܢ *et cum aurora adscendisset, urgebant* (וַיָּאִיצוּ) *legati;* 21, 1. · ܐܙܐܡܙ ܬܥܒܕ · ܠܝܬܐ · ܐܝܬܝ · ܐܡܪ · ܠܡ · ܠܐܝܬܐ *visitavit autem Iova Saram sicut dixerat fecitque* (וַיַּעַשׂ); 24, 35. ܐܠ · ܒܐܡܙ · ܐܒܪܙ · ܩܡܪ · ܡܒܪܟ · ܠܝܬ · ܐܙܐܡܙ *Iova autem benedixit domino meo valde et auctus est et dedit ei* (וַיְגַדֵּל וַיִּתֶּן־לוֹ); quibus in locis Praeterito priori inest temporis

momentum, a quo fieri coeperit id, quod Aoristico tempore significatur cf. Gen. 19, 23. 24. Non tamen sequitur Samaritanus Hebraeum eadem forma tempus futurum denotantem, ut Gen. 19, 9. ubi potius sensum loci secutus utitur Futuro ܕܝܢܢܐ (=וַיִּשְׁפֹּט) *et iudicabit.* Deinde adhibetur b) ad ea in universum significanda, quae post factum aliquod secuta sunt, ita ut priora quidem excipiant, neque tamen ex eo temporis momento oriantur, quo Praeteritum praecesserat, ut Gen. 23, 19. 20. ܘܩܒܪ ܐܒܪܗܡ ܠܣܪܐ ܐܢܬܬܗ ܕܐܪܥܐ ܕܚܬܝܢ — — ܩܡ ܐܒܪܗܡ *sepelivit Abrahamus Saram — — et surrexit.* Idem observatur, ubi oratio abrupta denuo excipitur, ut Gen. 22, 24. ܘܪܦܐ ܕܝܠܗ ܝܠܕ ܠܗ ܪܘܡܐ *pellex vero eius nomine Roma peperit.* Exinde apparet, antecedere semper actionem, ad quam referatnr progressus temporis aut cogitationis, nec posse ab initio narrationis aut periodi collocari, quae non quodammodo cum praecedentibus ratione temporis cohaereat. Cum igitur et illud ܘ sit mere relativum, postponitur quoque aliquoties tempori definito abrupte praecedenti, ut Gen. 22, 4. ܒܝܘܡܐ ܬܠܬܐ ܢܫܩܘ ܥܝܢܘܗܝ ܘܚܙܘ ܐܬܪܐ *die tertio* (et) *sustulit oculos suos.* His adducimur ad aliud, quod longe frequentius occurrit, explicandum. Siquidem cum actio per illud ܘ facile praecedentibus annecti posset, praecedunt haud raro quaedam verba, quae per se minorem efficiunt periodum, at nil nisi simplicem copulam exprimunt, nimirum ܗܘܐ ܗܘܐ aut simpliciter, aut nonnullis additis verbis (Hebraeorum וַיְהִי = *καὶ ἐγένετο*); quibus praemissis sequitur cum eodem ܘ Verbum actionem praecedentibus annectendam continens. Hoc observatur inprimis, ubi de certo quodam tempore agitur, ut Gen. 19, 34. ܗܘܐ ܗܘܐ ܒܬܪܬܐ ܘܐܡܪܬ *et factum est mane et dixit* i. e. et mane dixit; 21, 22. 22, 20. ܗܘܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܗܘܐ ܗܘܐ ܠܐܒܪܗܡ ܐܬܚܘܝ ܠܗ *et factum est post res istas et nuntiatum est Abrahamo* i. e. et posthac ei nuntiatum est; aut in verbis, in quibus omnino temporis notio inest, ut Gen. 11, 2. ܗܘܐ ܟܕ ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܐܫܟܚܘ *et factum est, cum proficiscerentur ex oriente* (et) *invenerunt* i. e. proficiscentes — invenerunt; 12, 14. 19, 17.

Annot. Cum ex supra dictis appareat, cur in hoc dicendi usu Verbum semper primum obtineat locum, non difficile erit dictu, quando illud ܘ abesse debeat. Hoc fieri solet a) si actionis ratio explicatur, ut Gen. 21, 14. ܗܓܪܐ ܕܝ ܗܘܬ ܠܗ ܥܠ ܟܬܦܗ *et dedit Hagarae, imposuit eius humero* i. e. humeris imponendo;

aut b) ubi subditur, quod novum aliquid videtur inchoare, ut Gen. 28, 11. ܒܗܢܝܐ · ܫܡܫܐ · ܠܘ · ܡܥܠܐ · ܢܣܒ · ܡܬܒܝܬ *pernoctavit ibi; nam sol occiderat et accepit;* nam si hic ܠܘܝ legeretur, occasus sequeretur pernoctationem. Idem valet c) ubi ܬ inservit Plusquamperfecto denotando, quod nunquam cum ܝ permutari poterit. Nec tamen reticendum, inveniri aliquoties et apud Samaritanos ܝ ante Futurum, aoristicam ei tribuens notionem. Loci fere hi sunt: Gen. 3, 9. 7, 23. 9, 8. 13, 3. 29, 3. 34, 20. 38, 11. 50, 11. Exod. 6, 5. 14, 19. Num. 31, 32. Deut. 4, 33. 18, 17. 32, 19. 33, 21.

2. Significationem *praesentis* obtinet *temporis*, si actio quaedam prius semel facta, repeti posse videtur, aut conditio describitur, quam praeterito tempore inchoatam, dum loquimur, adhuc durare animadvertimus; ut Gen. 4, 6. ܠܡܐ · ܚܪܝܬ · ܐܢܬ *quare irasceris;* aut si conditionem illam, de qua incertum est, quando inceperit, ad finem iam vergere videmus, ut Gen. 48, 19. ܝܕܥܢܐ · ܒܪܝ · ܝܕܥܢܐ *scio mi fili, scio;* Exod. 3, 19. 23, 9. Num. 11, 5. ܕܟܪܝܢ *recordamur;* Deut. 25, 7., inprimis in Verbis intransitivis.

3. Multo frequentius adhibetur pro *Futuro* et quidem a) in promissis aut vaticiniis eventu comprobandis, quae in Praeterito enuntiata perinde sunt habenda, ac si iam evenerint, ut Gen. 15, 18. ܠܬܝܢ · ܠܐܪܥܐ · ܗܕܐ · ܠܒܢܝܟ · ܠܒܪܟ *filiis tuis hanc terram dabo;* Num. 24, 17. · ܕܢܦܩ · ܟܘܟܒܐ · ܡܢ ܝܥܩܘܒ · ܘܩܡ ܝܫܪܝܠ *orietur stella a Iacobo et surget* etc.; nec minus, ubi indicatur, aliquid, quod antehac a nemine susceptum fuerit, nec futuro tempore auctorem habiturum esse, ut Num. 23, 10. · ܡܢ ܕܢܡܢܐ · ܥܦܪܐ · ܕܝܥܩܘܒ *quis numerabit pulverem Iacobi*, licet Samaritanus nec in hoc semper imitatus sit Hebraeum, futuro usus Tempore, ut Gen. 17, 20. · ܗܐ · ܒܪܟܬ · ܠܗ · ܐܦܪܐ · ܗܐ · ܐܣܓܐ · ܗܐ · ܐܪܒܐ ܒܣܓܐ *ecce benedixi ei*, et *augebo* (וְהִפְרֵיתִי) *eum et multiplicabo* (וְהִרְבֵּיתִי) *eum quam maxime;* 40, 14. b) *Futuro* praecedente, quo itidem actio Praeterito expressa perinde habetur, ac si iam evenerit; aut ita cum praecedente Futuro iuncta, ut ab illo separari nequeat. In his ܕ non est copulativum, sed relativum ut apud Hebraeos, licet apud Samaritanum paucissima huius idiomatis reperiantur exempla pro Praeterito Futurum potius usurpantem, ut Gen. 15, 13. scito, peregrinaturum esse (ܡܗܝܡ · ܒܠܥܠܐ) semen tuum in terra non sua · ܕܢܫܬܥܒܕܘܢ ܒܗ · ܕܢܥܢܘܢ ܐܢܘܢ pr. *et servient iis et affligent eos* (pro hebraicis וַעֲבָדוּם וְעִנּוּ אֹתָם) i. e. et subiectum ibi fore et afflictum; 24, 4. 50, 24.

Exod. 2, 7. et alibi saepius. Pertinet tamen huc Gen. 39, 9. ·אמ֗ה·אעשה·הגדה·הרעה·הזאת·וחטאתי·לאלהים *quomodo faciam hoc magnum malum et peccabo contra Deum.* c) in periodis conditionem proponentibus, in quibus factum Praeterito expressum et אשר relativo cum praecedentibus iunctum eatenus quidem futurum esse cogitatur, quatenus conditio huic tempori adstringitur, at ex eventu certo ita iam consideratur; ac si iam evenisset. Praecedit autem tum vel Participium notione Futuri, ut Exod. 20, 19. ·אם·שמעים·אנחנו·את·קול·אלהינו·ומתנו·אם·לא·נמות·אחרי·כן *si iterum audiamus vocem Dei nostri, tum moriemur;* aut Praeteritum, si subest conditio certum eventum habitura in eo, quod subiungitur altero Praeterito, ut Gen. 44, 22. ·אם·אביו·מת·ועזבו·לבדו *si reliquerit patrem, morietur* (ille); aut si quae enuntiantur ita sunt comparata, ut tempore futuro aliquid absolutum cogitetur, dum aliud utpote consequens accidere dicatur, ut Exod. 8, 11. ·והרחיקו·הצפרדעים·ממך·ומביתיך·ומעבדיך·ומעמך·רק·במאר·יאורו·תשארנה *et recedent ranae a te — modo in fluvio manebunt* i. e. si recesserunt, ibi remanebunt aut eo redibunt. Denique d) הנה = חִנֵּה futuram rem utpote iam certam innuens iungitur cum Praeterito notione Futuri, ut Exod. 9, 3. ·הנה·יד·יהוה·היתה·במקנך *ecce manus Dei erit.*

Annot. Neque tamen Samaritanus Hebraeum imitatus est in plerisque locis, in quibus ille Participio usus pro Futuro, sequente Praeterito indicat, id, quod enuntietur Praeterito, licet et ipsum futurum tempus innuat, antecedere factum futuro tempore eventurum. In his etenim locis legitur apud Sam. Futurum, ut Gen. 48, 4. ·הנני·מפרתיך·והרבתיך·ונתתיך·לקהל·עמים·ונתתי·אתה·לזרעך·אחריך *ecce, ego augebo te et multiplicabo te et faciam te* (וְנָתַתִּיךָ) *coetum populorum;* 6, 17. 18. similiterque in quibus tempus futurum indicatur Nomine verbali, ut Deut. 4, 30. בצרות·אתה·ומצאוך·כל·הדברים·האלה *si in angustias adductum te invenerint* (= וּמְצָאוּךָ); aut aliis formulis tempus futurum designantibus, ut Exod. 16, 6. ·וידעתם·כי·יהוה = עֶרֶב וִידַעְתֶּם *vesperi* (*et*) *cognoscetis* v. 7.; 17, 4. ·מעט·ועוד·וסקלוני *parum adhuc et lapidabunt me* (= וְסָקְלוּנִי).

4. *Pro Futuro secundo* s. *exacto* usurpatur in priore periodi conditionalis parte, si res futuro tempore absoluta et perfecta cogitatur, et vel ita, ut a) אם simpliciter intercedat, ut Num. 30, 11. ·ונדרה·בית·אישה·או·אסרה·אסר·על·נפשה *quod si in domo mariti sui voverit* etc., ubi v. 12. in apodosi sequitur Futurum, utpote ea continens, quae ex praecedentibus necessario oriri debeant; vel

ita, ut b) in Protasi, quae ex pluribus constet partibus, α) antecedat Futurum et Praeteritum sequatur, ut Num. 30, 4. 5. · אתה — — אבה · אבהתה · אתאסר · אבה · אבא · אל אתבה · שמע *mulier cum voverit votum Deo et se ligaverit vinculo — — et audierit pater eius*, quo ordine et usu temporum significatur, votum omnino esse rem futuram, singula autem esse temporis momenta, ideoque utpote prorsus absoluta et praeterita consideranda, quod voto sese ligaverit et pater audierit; Exod. 21, 26. 22, 1. 2. 6. 16. Lev. 5, 1. 17. 6, 1. vel β) Praeteritum priorem occupet locum et Futurum sequatur, ut Num. 35, 26. 27. יצאת · אתם · ומצאהו — — · גאל · יגאלנו · שפך אתה *si vero egressus fuerit — — eumque deprehenderit vindex;* quibus indicatur egressum antecedere debuisse deprehensioni; vel denique γ) ut duae actiones sibi opponantur, ubi itidem altera, quae in Praeterito continetur, ratione temporis pro priore habenda erit, ut Lev. 27, 20. · שדה · אחזה · לא · גאלתם · לא · שדה אחזה · לא · נמכר *si autem non redemerit agrum, sed si vendiderit agrum* cum redemtio postulet, ut res iam antehac vendita fuerit.

II. *Praeterito* quoque *Modi* exprimuntur.

1. Ponitur quidem ab Hebraeis saepius pro *Imperativo*, vel hoc *Modo* vel *Praeterito* antecedente; at Samaritanus in utroque orationis nexu usus est *Futuro*, ut Gen. 6, 21. — — · קח · אכל · ואספת *tu vero cape et colliges* i. e. collige (=וְאָסַפְתָּ — — קַח); 27, 43. 44. 33, 10. 45, 9. Exod. 3, 16. Unicum nonnisi investigavimus locum, in quo Praeteritum Imperativi locó usurpatur Gen. 40, 14. שוב · זכרתני *memor sis mei apud te*, si sc. aliud quid futuro tempore acciderit.

2. Quamvis porro Samaritanus in plerisque locis, in quibus Praeterito utitur Hebraeus praecedente Futuro a) pro *Coniunctivo Praesentis*, ut Gen. 3, 22. Deut. 4, 1. 19. 5, 30. 13, 18. et alibi ab hoc loquendi modo discedat, non tamen omnino desunt exempla, quibus ille *Modus* ei probatur, ut Gen. 49, 26. · אבתיך · גברו · ברכות *benedictiones patris tui et matris tuae praevaleant;* aut ubi Futurum hebraicum cum Praeterito commutavit, ut Gen. 41, 35. וצברו (=וְיִצְבְּרוּ) *et congregent;* Exod. 15, 16. תפל · עליהם · אימה (=תִּפֹּל) *cadat super eos terror;* Gen. 49, 6., quibus locis interpretem Sam. de re futuro tempore praeterita cogitasse credibile est. Idem valet

b) de *Coniunctivo Imperfecti*, ubi amat ponere Futurum pro Praeterito, ut Gen. 33, 13. ܘܐܢܕܪܘܢܝܢ ܟܠܗ ܒܚܕ ܝܘܡܐ ܕܐܢܝܚܝܢ ܠܗ *si vel unum diem eas impellerem* (וְדָפָקוּם) *morerentur* (וָמֵתוּ) *omnes pecudes*; sed satisfecit linguae usui praecedente optandi particula ܠܘ Num. 22, 29. utinam mihi esset gladius ܒܝܕܝ ܗܘܐ ܠܘ *iam utique te interficerem* (קְטַלְתִּיךָ). Magis tamen convenit cogitandi rationi, si c) Praet. adhibetur pro *Coniunctivo Plusquamp.* iisdem inprimis optandi particulis praemissis, ut Gen. 43, 10. ܐܢ ܠܘ ܡܬܡܗܝܢ ܗܘܐ ܠܘ *nisi tardassemus, iam utique rediissemus;* Num. 14, 2. ܠܘ ܡܝܢܢ *utinam mortui essemus;* 22, 33.

§. 65

De usu Futuri.

I. *Tempora* Futuro exprimuntur.

1. *Futurum*, quod comprehendat omnia, quae sint *imperfecta* aut *indefinita*, adhibetur a) omnino in re certe eventura, ut Gen. 9, 11. ܠܐ ܢܗܘܐ ܬܘܒܐ ܡܝܡܘܪ ܠܡܒܘܠ *non erit ultra diluvium;* 40, 13.; b) si quid ita proponitur, ut futuro tempore absolutum cogitetur, quod vel locum habet *α*) in periodis conditionalibus, ut Exod. 21, 20. ܐܢ ܡܚܐ ܓܒܪܐ ܠܥܒܕܗ ܒܚܕܐ *si quis percusserit servum suum* v. 26. 22, 1. 2. Lev. 22, 12. 14. vel *β*) in iis periodi partibus, quae ܕ relativo annexae significant, in dubio adhuc relinquendum esse, quis ille sit, in quo aliquid comprobatum iri credatur, aut quale id sit, quod fore perhibeatur; ut Lev. 6, 3. ܕܥܒܕܬ ܟܠܡܕܡ *ab omnibus, quae fecerit;* Num. 16, 17. ܓܒܪܐ ܕܒܚܪ ܝܗܘܐ *vir, quem elegerit Iova;* 22, 35. ܡܠܬܐ ܕܡܡܠܠ ܥܡܟ *verbum, quod dixero tibi;* cf. §. 64. I. 1. b.

2. Cum autem id, quod nondum est absolutum, includat simul notionem rei adhuc durantis, aut ad finem vergentis, nihil impedit, quo minus Futurum quoque pro *praesenti tempore* adhibeatur, ut Gen. 37, 15. ܡܕܥܐ ܒܥܐ *quid quaeris?* 44, 7. ܠܡܡܐ ܡܡܠܠ *quare loquitur?* Exod. 10, 7. ܠܐ ܝܕܥܬ ܕܐܝܟܐ *an nondum cognoscis?* 15, 16. ܥܕܡܐ ܕܥܒܪ *donec transeat.* Hinc quoque actionem designare potest, quae repetatur futuro tempore ac duret, ita tamen ut, quando hoc fiat, praesenti tempore consideretur, ut Deut. 1, 31. ܡܕܡܠܬ ܒܥܐ ܕܢܫܐ ܐܝܟ *quemadmodum portat* i. e. portare solet *vir*

filium suum; 8, 5. ܡܬܝܡܬ ܝܗܒܢܐ *quemadmodum castigat* sc. vir filium suum. Exod. 22, 27. 33, 11.

3. Cum praeterea Futurum possit aeque respicere ad id, quod praeterito tempore fieri coeperit, usurpatur quoque pro *Imperfecto*, ut Exod. 40, 36. 37. ܗܘܐ ܠܐ ܢܣܩܝܢ ܠܡܐܙܠ ܠܐ ܗܘܘܢ *si vero nubes non ascenderet, non proficiscebantur;* Num. 9, 18. ܡܬܚܢܝܢ *castra metabantur;* Exod. 34, 34. nec minus, si Praeterita antecedunt utpote e quibus orta sint, quae ab hoc inde tempore futura apparent, ut Gen. 2, 6. ܐܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܪܥܐ *nubes autem ascendebat de terra* coll. v. 5.; v. 25. nudi erant ambo ܥܪܛܝܢ ܠܐ *nec erubescebant.*

4. Quandoquidem autem res gesta ita cum Praeterito iuncta esse possit, ut itidem inde oborta haud minus absoluta cogitari queat; factum est, ut Futurum post Praeteritum et ipsum notaret *Perfectum*, ut Exod. 15, 14. ܫܡܥܘ ܥܡܡܐ (שָׁמְעוּ) *audiverunt populi* sc. id, quod v. 13. auctor ut rem praeteritam commemoraverat.

5. Hinc quoque *Plusquamperfecti* notionem sibi vindicat, nominatim post ܐܬܪܡ=טֶרֶם, ut Gen. 24, 45. ܐܬܪܡ ܕܠܐ ܐܡܪܬܝ ܗܘܝܢ *priusquam loqui desiissem.*

II. Inservit quoque Futurum *Modis* exprimendis.

1. Frequentissimus eius usus est pro *Imperativo*, et quidem a) si cui persuasum est, eos, ad quos directa sit oratio, mandata esse exsecuturos, ut Gen. 45, 13. ܡܗܪܝܢ ܘܐܬܝܢ *festinate et deducite;* 40, 14. b) praecedente Imperativo, ubi Futuro significatur α) actionis consecutio, ut Num. 20, 25. 26. ܣܡ ܠܟ ܗܘܐ ܠܟ ܠܐܗܪܘܢ — ܠܒܫܝܗ — ܘܠܒܫ ܐܢܘܢ ܠܐܗܪܘܢ *accipe — et ascendere fac — et exue Aaronem vestibus suis — et indue eas;* ubi Imperativi arcte inter se cohaerent, utpote simultaneae fere actiones, Futura autem indicant, quid posthac necessario faciendum sit, Deut. 33, 7. Praeterea Futuro in hoc verborum ordine notatur β) consilium, cur quis alteri quid imperaverit, ut Exod. 3, 16. ܙܠ ܟܢܫ *vade et congrega* i. e. ut congreges; aut continet Imperativi explicationem, ut Lev. 23, 2. ܡܘܥܕܐ — — — ܐܡܪ ܠܗܘܢ *loquere — — et dic iis;* aut denique γ) si verbum eiusdem notionis excipit Imperativum, Futuro oratione ad alium conversa indicatur, nec hunc esse excludendum, sed facti fore parti-

cipem, ut Deut. 32, 1. ܐܙܢܘ ܫܡܝܐ ܘܐܡܪܬ ܐܪܥܐ ܕܫܡܥ *audite coeli, nam loquar; audi quoque terra.*

Annot. Futuro ceteroquin usus est Samaritanus, in quibus locis Hebraeus Praeterito cum Vau rel., ut Gen. 6, 21. ܘܟܢܫ (וְאֲסַפְתָּ) *et collige;* v. 14. 27, 43. 44. 45, 9. Exod. 3, 16. cf. §. 64. II. 1.; aut si quis vetatur aliquid facere, ut Gen. 46, 3. ܠܐ ܬܕܚܠ *ne timeas;* Exod. 20, 14. Lev. 19, 11. 12. 13. Deut. 1, 17. 29.; aut in iis personis, quae desiderantur in Imperativo, ut Deut. 13, 13. ܢܙܠܘ . ܢܦܠ *eamus et serviamus;* Num. 14, 4.

2. Futurum denique, cum imperfectam omnino nec definitam designet actionem, usurpatur quoque de iis, quae quis sentiat et cogitet, et perinde respondet *Coniunctivo*, sive sententia per se enuntietur, sive ab alia dependeat, aut post particulas quasdam, et quidem a) *Praesentis*, ut Exod. 32, 12. ܕܢܐܡܪܘܢ ܡܨܪܝܐ *quare dicant Aegyptii;* Num. 9, 7.; in apodosi Lev. 1, 4. ܘܢܣܡ ܐܝܕܗ *ponat manum suam;* v. 5. 3, 7. 8.; post Coniunctiones Gen. 11, 7. confundamus eorum linguam ܕܠܐ ܢܫܡܥ ܐܢܫ *ut non audiat quis* etc.; Num. 16, 34.; Deut. 4, 40. ܛܒ ܠܟܝܡܬܘ *ut bene tibi sit;* post ܕܡܬܕܥ *ut* Exod. 9, 14. ܡܕܥܬ ܐܡܕ ܐܢܐ ܕܠܝܬܗ ܕܡܬܕܥ *ut cognoscas, neminem esse mei similem;* post ܠܡܥܢ = לְמַעַן Deut. 14, 17. ܘܢܬܦܟ ܚܪܘܢ ܐܦܝܗ — ܡܢ ܠܥܠܡ *ut avertatur* (sc. Deus) *a vehementi ira sua;* post ܬܐ Gen. 38, 16. ܡܕܥܐ ܕܥܠܝ ܬܐ *ut ad me venias.* Hinc quoque cogitationem exprimit, quae in mandato, desiderio, facultate cernatur, aut concedat aliquid (sollen, dürfen, können, mögen), ut Gen. 30, 31. ܛܒ ܠܟ ܐܝܗܒ *quid tibi dabo;* Lev. 8, 35. 25, 20. ܢܐܟܠ ܐܝܢܐ *quid comedamus;* Deut. 5, 13. 14. Num. 31, 23. 24.; Gen. 20, 9. ܕܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܐܡܕܬ *quae fieri non debent;* 34, 7. Lev. 7, 2.; Num. 6, 24. ܒܪܟ ܢܒܪܟܟ *Iova benedicat tibi;* Deut. 20, 5. 6. Quodsi vero aliquid ita factum est, ut omnino praeteritum appareat, id quoque, quod alterius sit cogitatio aut conclusio inde facta, Futuro expressum indicat b) *Coniunctivum Imperfecti*, ut Deut. 29, 6. panem non comedistis ܕܠܐ ܝܕܥܬܘܢ ܕܡܬܕܥܘ *ut sciretis.* c) Pro *Coniunctivo Plusquamp.* legitur Gen. 31, 27. ܫܕܪܬܟ *dimisissem te.*

§. 66.

De usu Imperativi.

Cum *Imperativus* Futuro sit cognatus, facile explicantur inde

omnes fere eius proprietates. Prae ceteris autem tenendum est, Imperativum semper fere legi ab initio orationis concitatioris; qua propter adeo plures deinceps Imperativi sese excipere possunt vel *ἀσυνδέτως* positi, vel copula ܘ inter se iuncti. Quod autem attinet a) ad illud, scias, priorem tum continere plerumque exhortationem ad id, quod altero praecipiatur, ut Exod. 8, 25. ·ܙܒܚܘ ܘܩܪܒܘ *ite, sacrificate;* 10. 8. 6, 10. ܙܒܢ · ܙܡܪ *vade, loquere;* Num. 21, 20. ܘܙܒܘ · ܘܢܣܥܘ *surgite, proficiscimini;* Deut. 1, 21. 5, 30. Num. 21, 20. ܫܪܬܘ · ܘܬܝܪܘ · ܐܬ · ܡܬܚܘ *incipe, posside et infer bellum;* Deut. 2, 24., cui explicando interdum inservit Infinitivus eiusdem Verbi cum ܠ, ut Deut. 2, 31. ܐܬܡܚܠ · ܐܬ · ܡܬܚܘ *incipe, posside ad possidendum;* Num. 21, 23. In Imperativis autem b) copula iunctis alter eventum prioris haud raro innuit, ut Gen. 42, 18. · ܗܕܐ · ܫܪ ܘܬܚܝܘ *hoc agite et vivite* i. e. vivetis. Ubi denique c) Imperativus sequitur Futurum, huius tum obtinet notionem, ut Gen. 45, 18. ܘܢܬܝܗܒ — — ܘܢܐܟܠܘ · ܘܢܬܝܗܒ *et dabo vobis — — et comedetis.*

Annot. Haud raro tamen Samaritanus pro Hebraeorum Imperativis substituit Futurum, ut Gen. 20, 7. ܡܬܚܝܘ (=וְחֵיֵה) *et vives.* Si vero forte Gen. 50, 6. pro ܣܠܩ · ܩܒܪ *ascende et sepeli* exspectaveris sine copula ܣܠܩ · ܩܒܪ scias, hic eam necessariam esse, cum v. 5. utrumque, ut sibi concederetur a Pharaone flagitaverit. Imperativis denique, qui magis rogandi notionem sibi vindicant, additur ܡܝܢ aut ܡܢ (=נָא) *quaeso,* ut Gen. 13, 14.

§. 67.

De Infinitivo absoluto eiusque usu.

Infinitivus absolutus meram actionis s. conditionis sine ulla nec personae nec Numeri ratione habita notionem exprimens, ut in cognatis dialectis, ita a Samaritano Verbo finito eiusdem radicis adiungitur et quidem

1. ita, ut illi antecedat, quo efficitur, ut actioni maior vis tribuatur, dum Verbum, quod sequitur, nonnisi Personae atque Modo indicandis inservit; quae utriusque arcta coniunctio eo magis idonea est ad emphasin quandam actionis assequendam, quo saepius Verbum ab initio periodi collocatum per se solum hoc impetrare non possit. Quae quidem dicendi ratio cum varias admittat explicationes, necesse erit, ut haec notionis varietas accuratius expediatur. Inservit igitur hic Infinitivus a) intensioni notionis,

quae verbo propria est, ut Gen. 22, 17. ܡܣܓܝܐ ܡܣܓܝܐ ܐܣܓܝܐ ܠܙܪܥܟ *valde augebo semen tuum;* 31, 30. 43, 3.; Deut. 11, 22. ܐܢ ܬܢܛܪܘܢ ܬܢܛܪܘܢ *si diligenter custodieritis;* b) affirmationi, ut Gen. 18, 18. ܡܬܝܡܐ ܗܘܝܐ *profecto erit;* 26, 11. ܡܘܬ ܢܡܘܬ *certo morietur;* Gen. 2, 17. ܡܐܟܘܠ ܬܬܐܟܠܘܢ *profecto consumeris;* 37, 33. Emphasis quoque cernitur in iis, quae c) alteri sententiae opponuntur, inprimis post ܐܠܐ = כִּי *sed*, ut Deut. 21, 23. ܬܩܒܪܝܗܝ ܩܒܪ ܐܠܐ *sepelias eum potius;* immo vero, ubi haec Coniunctio deest, ut Deut. 22, 7. ܫܕܪܝܗ ܫܕܪ *dimittas potius;* aut d) ubi actio quodammodo coercetur; sic post ܐܝ = אִם Gen. 27, 30. ܟܕ ܦܩ ܦܩ *tantum quod* i. e. vix *egressus fuerat;* aut e) in periodis conditionalibus, inprimis ubi praecedunt, ad quae opposita referatur sententia, ut Exod. 22, 4. ܕܢܫܬܟܚܝܗ ܕܢܫ ܒܝܕܗ ܕܫܪܝܗ *si contra inventum fuerit in manu eius;* Lev. 14, 48. Num. 30, 15. Nec minus animadvertitur f) in quaestionibus, in quibus actio principem tenet locum, ut Gen. 37, 8. ܗܠܡܟ ܗܠܡܟܬܢ *an forte* (vel: adeo) *regnabis;* aut ubi g) accedit alii sententiae utpote id, quod prae ceteris sit observandum, ut Deut. 14, 22. ܬܪܥܐ ܬܥܪܘ *praeterea* s. *prae ceteris decimabis;* denique legitur h) ab initio orationis cum emphasi quadam eius rei, quae narratur, ut Gen. 26, 28. ܚܙܝܢ ܕܥܡܟ ܗܘܐ *probe videmus;* aut praecipitur, ut c. 15, 13. ܕܥܠܡ ܬܕܥ *probe scito;* Deut. 12, 2. Cum autem hic Infinitivus priorem occupare debeat locum, negatio quoque cum sequitur et iungitur Verbo finito, ut Exod. 5, 23. ܡܢܬ ܠܐ ܡܢܬ ܫܬܪܬ ܠܐ *populum tuum haudquaquam liberasti;* Deut. 21, 14. Quod ubi Gen. 3, 4. non observatum est in verbis ܠܐ ܬܬܐܟܠܘܢ ܡܐܟܘ *neutiquam consumemini;* hoc forte explicatur ex Gen. 2, 17., cuius loci contineat negationem, in qua hic gravior vis erit quaerenda. Denique potest quoque hic Infinitivus ut actio per se spectata (Inf. Pe.) adiungi Verbo Passivo, ut Gen. 37, 33. ܬܪܘܦܐ ܬܬܪܘܦ *certissime discerptus est;* Gen. 2, 17. 3, 4.; aut alii Coniugationi, ut Lev. 19, 20. ܠܐ ܦܕܝܬܐ ܠܐ ܬܬܦܕܝ *nec fuerit redemta.*

Interdum tamen

2. Infinitivus absolutus sequitur Verbum finitum, ubi actionem bis quasi positam indicat, et quidem in Infinitivo sine persona et Modo, utroque velut ex praecedente Verbo satis noto. Hoc fieri solet, cum quis, quae dixerit, eo magis consideranda esse iu-

bet, aut gradationem commendat e praecedentibus petendam, in serta plerumque particula אֲבָל, ut Gen. 31, 15. אֲבָל אָכַל גַּם כַּסְפֵנוּ *quin immo comedit argentum nostrum;* Num. 16, 13.; aut ubi sententia contrarium prorsus continet eorum, quae quis voluerit, ut Num. 23, 11. אַתָּה בֵּרַכְתָּם אַף בֵּרַכְתָּ *et ecce, benedixisti adeo;* 24, 10. Repetitur autem ita b) praecedens actio in Inf. etiam tum, cum alia accedit, qua prior explicetur aut extendatur, ubi tamen Samaritanus in eo discedit ab Hebraeo, ut novam illam actionem non in Inf., sed in Praeterito adiungat, ut Gen. 8, 7. יָצוֹא וָשׁוֹב (hebr. וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוּב) *et egressus est atque semper rediit* i. e. quotiescunque egressus est.

Annot. 1. Nec tamen ubique in his Samaritanus Hebraeum secutus est, quippe qui Infinitivum alibi vel cum Praeterito, vel cum Participio permutaret; ut Gen. 8, 3. וַיָּשׁוּבוּ מֵעַל הָאָרֶץ הָלוֹךְ וָשׁוֹב *et recesserunt aquae a terra, iverunt et redierunt* (= הָלוֹךְ וָשׁוֹב); et 26, 13. posuit הָלַךְ *proficiscens* pro הָלוֹךְ. Haud aliter fecit, ubi Hebraeus post Infin. absolut. alius Verbi repetit Verbum finitum in Inf., ut Gen. 12, 9. וַיִּסַּע הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ ubi vertit: נָסַע וְנָסוֹעַ — נָסַע *et profectus est — eundo et profectus est* i. e. continuo (Ch. אָזֵל וְנָטֵל); aut ubi Infinitivus abs. praefixa copula alteri annectitur Verbo, ut Gen. 41, 43. וַיִּקְרָא לְפָנָיו אַבְרֵךְ וַיָּשֶׂם אֹתוֹ עַל כָּל אֶרֶץ מִצְרָיִם (= וְנָתוֹן — וַיִּקְרָאוּ) *clamavit ante eum praeco* (coll. Syr. ܘܡܩܝܡ; Chald. וְאַזְמֵן) *et constituit* vel *praefecit* eum toti Aegypto; in quo loco reddendo videntur ei praeivisse LXX, qui habent: *καὶ ἐκήρυξεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ κῆρυξ· καὶ κατέστησεν αὐτόν* etc.

Annot. 2. Nec porro utitur Infinitivo abs. ut Hebraeus pro Imperativo, quem restituit Deut. 5, 12. שָׁמוֹר; Exod. 20, 8. Deut. 14, 21. מָכוֹר *vende illud* = מָכוֹר; 1, 16. שָׁמוֹעַ = שָׁמוֹעַ; Num. 25, 17. צָרוֹר *premite* = צָרוֹר consentiente Onkeloso. Alibi ut Gen. 17, 10. הָמוֹל reddidit מָגוֹל vitiose pro מָגוֹל Ch. לְמִגְזַר. In aliis locis, ubi Inf. abs. sequitur Verbum finitum, videtur Hebraeum nonnisi transcripsisse, ut Exod. 33, 7. רָחוֹק = הַרְחֵק; Deut. 3, 6. חָרוֹם = הַחֲרֵם; 27, 8. בָּאֵר = בַּאֵר quod passim indicavit lineola his formis superscripta; aut circumscripsit Nomine, ut Num. 11, 32., ubi שָׁטוֹחַ transpositis literis legens שָׁחוֹט vertit מַשְׁחָט *mactatio;* aut usus est, ut supra iam vidimus, Participio, ut Gen. 21, 16. רָחוֹק pro רָחוֹק (= הַרְחֵק); aut denique male intellexit Hebraeum, ut Gen. 30, 32. ubi הָסֵר, cum Chald., qui vertit אַעְדִּי *aufer*, habuit pro Imper., nisi potius מָסוֹר sit 1. Fut. *removebo* Infinitivum explicans e praecedente Fut. עָבוֹר = אֶעֱבֹר *transibo.*

§. 68.

De Infinitivo constructo eiusque usu.

1. *Infinitivus* Verborum *constructus* abstracti Nominis instar usurpatur, ita ut vel Subiectum aut Obiectum periodi esse, vel alii Nomini in Genitivo adiungi et Suffixis aut Praepositionibus augeri possit. Haec deinceps considerentur. a) *Subiecti* loco nec tamen ab initio periodi positus, quippe sensui praecedentium explicando magis inserviens invenitur Gen. 2, 18. ܠܐ ܛܒܐ ܗܘܝܬܗ ܕܐܢܫܐ ܒܠܚܘܕܝܗ *non bonum est, hominem esse solum;* 29, 19. ܛܒܐ ܗܝ ܕܢܬܠܟ ܠܟ ܡܢ ܕܢܣܒ ܠܐܚܪܢܐ *praestat collocare eam tibi, quam* (collocare eam) *alieno viro;* 30, 15. b) *Obiecti* notionem assumit post quodvis Verbum transitivum, ut Exod. 2, 18. ܠܡܢܐ ܡܗܪܝܬܘܢ ܠܡܐܬܝ *quare festinastis ire;* frequentius cum ܒ, ut Exod. 2, 15. ܒܥܐܬܗ ܠܩܛܠܘܗܝ *quaesivit occidere;* 4, 24.; interdum Infinitivus ille aliud sibi vindicat Obiectum Infinitivo expressum, ut Num. 22, 13. ܡܢܥ ܐܠܗܐ ܡܬܝܗܒ ܠܝ ܕܐܙܠ ܥܡܟܘܢ *renuit Deus concedere mihi, ut proficiscar vobiscum.* Inprimis autem sequitur Infinit. obiect. post Verba ܫܪܝ *coepit;* ܡܘܣܦ *addidit;* aliaque vel cum, vel sine ܒ, ut Deut. 2, 31. ܠܡܬܠ ܡܫܪܝ *coepi dare;* Gen. 8, 10. ܫܕܪ ܡܘܣܦ *addidit emittere* i. e. iterum emisit; v. 21. ܒܥܐܬܗ ܡܘܣܦ ܠܐ *non addam interficere* i. e. non amplius interficiam; Exod. 18, 23. ܬܠܝܢ ܢܩܕܪ *et poteris subsistere.* 33, 20. ܡܚܙܝܢܢ ܠܐ ܠܐ *non poteris videre;* 10, 5. 18, 18. Deut. 2, 30. c) *Genitivi* notionem accipit post Nomen in Statu constr. positum, ut Gen. 29, 7. ܠܝܬ ܙܒܢܐ ܠܡܟܢܫ *nondum tempus colligendi;* Num. 7, 1. ܒܝܘܡ ܕܣܝܡ *dies perficiendi* i. e. quo perfecit; 30, 8. 9.

Annot. Nec tamen semper in his Samaritanus Hebraeum secutus est; nam Gen. 2, 4. vertit sensum magis exprimens ܒܝܘܡܐ ܕܥܒܕ *die, quo fecerat* (עֲשׂוֹת) et 11, 8. לִבְנֹת reddidit Participio ܡܒܢܝܢ *aedificantes.*

2. Continet Infinitivus cum ܕ consilium praecedentium = *ut* vel *ita ut.* Sic Exod. 36, 1. dederat iis sapientiam ܕܢܕܥܘܢ ܕܥܒܕܘܢ *ut scirent facere;* Lev. 25, 38. Num. 22, 14. (cf. praeterea frequentissimum illud ܕܢܡܪܘܢ h. e. *ita ut diceret*). Ubi Infinitivo accedit negatio, ܕ in hanc recedit utpote inseparabilem Verbi partem, ut Exod. 9, 17. ܕܡܬܩܝܡܢܝ ܠܐܢܗ *ut*

non dimittas eos; Lev. 26, 15. ·ܠܐ·ܐܡ·ܬܥܒܕܘܢ·ܕܠܬܠ ܡܬܨܝܢ *ita ut non faciatis omnia praecepta mea.*

3. Nomen Infinitivo subditum in coniunctione cum Verbo finito foret Subiectum, ut Num. 7, 89. ܕܡܫܐ·ܠܡܫܥܐ *cum Moses ingrederetur* pr. in ingrediendo i. e. ingressu Mosis (LXX. ἐν τῷ εἰςπορεύεσθαι Μωυσῆν); 4, 5. ܕܐܡܬܐ·ܠܡܣܥܐ *cum castra moverentur*, 11, 9. Obiectum vero semper ei subiungitur sequente ܐܡ, ut Gen. 24, 30. ·ܕܡܚܙܐ·ܕܢܙܡܐ ܕܡܫܬܨܝ·ܐܡ *et factum est, cum videret inaures.* Utriusque et Subiecti et Obiecti notio deprehenditur quoque in Suffixis huic Infinitivorum formae annexis (vid. §. 34. D.). In his enim cognoscitur A) *Subiectum* a) ex Infinitivo, qui Genitivi notionem obtinens Suffixo insuper instructus est, ut Num. 30, 8. ·ܒܝܘܡܐ ܕܫܡܥܗ *die, quo audierit;* Lev. 23, 15. ·ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܐܝܬܝܬܟܘܢ *inde a die, quo obtuleritis;* b) e Verbi intransitivi notione, ut Gen. 44, 30. ܡܠܡܐ *si venirem;* Exod. 16, 1. ܕܢܦܩܘܢ *cum egrederentur;* v. 3. ܕܢܬܒܥܐ *cum sederemus;* Deut. 11, 19.; Gen. 34, 5. ܕܢܠܡܐ·ܥܕ *donec venirent;* si vero Verba sunt transitiva, c) ex Praepositionibus Infinitivo praefixis, quae actionem eius Subiecto praecedenti adiungunt; quo pertinent, quibus temporis notio inest ܒ et ܡ, etc., ut Exod. 16, 3. ܕܢܐܟܠܢ *cum comederemus;* v. 7. ܕܡܫܡܥ *cum audiret;* Gen. 34, 7. ܕܫܡܥܘ *cum audirent;* quibus ubi praeterea accedit Suffixum Obiecti, sequitur illud cum nota Accusativi ܐܡ, ut Gen. 25, 26. ·ܕܐܝܠܕܗ ܐܡ *cum gigneret eos;* hinc quoque Suffixum Infinitivi praecedente ܒܬܪ Subiectum indicat, ut Deut. 1, 4. ·ܒܬܪ ܕܡܘܬܗ (אַחֲרֵי הַכֹּתוֹ) postquam occidit sc. Moses. Ad Infinitivos autem cum ܠ praefixo, qui non admittant Suffixum Subiecti, facile illud e praecedentibus repeti potest, ut Deut. 6, 24. ·ܦܩܕܢ ܥܒܕܘܢ·ܕܢܥܒܕ *praecepit nobis Deus, ut faceremus;* 10, 12. 13. 15. Lev. 26, 44. B) Obiecti notio elucet e ܠ praefixo aliisque Coniunctionibus consilium actionis indicantibus, quae postulant, ut Verbo Obiectum adiungatur; ut Gen. 37, 18. ܕܢܩܛܠܘܗ *ut eum interficerent* (ad eum interficiendum); v. 22. ܕܢܫܕܘܗ *ut reduceret eum;* Deut. 2, 30. ·ܠܡܬܒܠ ܕܢܡܠܝܗ *ut traderet eum.*

Annot. Devitavit praeterea Samaritanus aliis in locis Hebraeum sequi in collocando ܐܡ post Infinitivum Pass., nam Gen. 21, 5. בְּהִוָּלֶד permutavit cum ܕܝܠܝܕ = הוֹלִיד; similiterque Num. 7, 10. ver-

ba Hebraica reddidit ܝܘܡ · ܕܡܫܚܬܗ · ܝܘܡܐ ܕܫܚ *die, quo unxit illud;* in aliis, ut Lev. 13, 55. 56. hanc linguae proprietatem retinuit (ܕܟܝܐ = הַכַּבֵּס), adeoque usus est ea, ubi apud Hebraeum non reperitur, ut Num. 9, 15. ܝܘܡܐ ܕܐܬܩܝܡ · ܡܫܟܢܐ · ܐܝܟ ܕܩܝܡ *die, quo erectum est* (pro הָקִים) *tabernaculum* (cf. infra §. 75. 2. Annot.) — Cum porro in nonnullis locis constructio ab Infinitivo coepta solvatur Verbo finito, et alibi Samaritanus Hebraeum secutus sit, ut Gen. 18, 25. · ܠܡܩܛܠ — · ܘܢܗܘܐ = וְהָיָה — לְהָמִית *ut occidas — et sit* 27, 45., tamen interdum continuavit constructionem illam Infinitivorum, ut Exod. 7, 5. ܕܐܫܕ · ܝܕܝ · ܕܐܬܪܥܝܢ — ܕܐܦܩ · ܝܕܝ · ܕܐܬܝܠܕ *cum extendam manum meam — — educam populum meum* (pro — בִּנְטֹתִי יָדִי וְהוֹצֵאתִי); a qua Hebraeus abstinuerit.

4. Denique circumscribitur Infinitivo cum ܕ praefixo post Verbum Substantivum ܗܘܐ *Futurum*, ut Gen. 15, 12. ˙ ܐܬܗܘܐ ܕܡܫܟܚ ˙ ܗܘܝܬ *et sol erat occasurus* pr. ad occidendum; Num. 8, 4. ܗܘܝܘܢ ˙ ܕܡܫܡܫܢ *et ministrabunt;* aliquoties adeo Infinitivo Passivum exprimitur, ut Deut. 31, 17. ˙ ܕܢܐܟܠܘܢ ܗܘܘܢ pr. *erunt ad devorandum* i. e. *devorabuntur.*

§. 69.

De Participio eiusque usu.

Participium cum pars Verbi sit et simul Adiectivi induat formam, utriusque sibi vindicat proprietates, ita ut aut illius instar Nomini iungatur, aut Praedicati loco positum cum Verbo consentiat. A reliquis autem Verbi Modis in eo differt, quod, dum illi tantummodo docent, qua ratione actio fiat, hoc pro notione sua Subiecto magis inhaerere et actionem continuare existimandum sit. Adhibetur itaque de conditione, quae durat, aut de relativa temporis forma. Si igitur

1. *per se* legitur, sensu magis, quam Coniunctionibus praecedentibus, e quibus tamen conditio magis perspicua fiat, annexum significat a) *Praesens relativum*, si describit actionem aut conditionem praesenti tempore adhuc durantem, ut Gen. 16, 8. ˙ ܐܢܐ ܗܪܒܐ *ego* (sc. Hagar) *fugiens* i. e. in fuga sum, fugio. 15, 2. ܐܙܠ ˙ ܐܢܐ *vado* Num. 35, 34.; interdum praecedente ܗܐ *ecce!* quod alibi Participio Futuri tribuit notionem; at praesenti tempori accommodari potest, quatenus ostendit, aliquid iam esse et continuatum iri, ut Gen. 27, 42. ˙ ܗܐ ˙ ܥܣܘ ˙ ܐܚܝܟ ˙ ܡܬܚܪܨ ˙ ܐܙܠ *ecce! Esavus frater tuus sese accingit contra te;* Tum adhibetur b) pro *Praeterito relativo*, quando ex praecedentibus rem esse praeteritam iam satis liquet, ut Gen. 24, 62

ܬܝܬܒ ܗܘܐ *ille habitabat;* Num. 25, 6. ܗܢܘܢ ܕܒܟܝܢ ܗܘܘ *hi autem flebant;* hinc cum iam per se rarius hac notione nexu cum prioribus careat, pauca reperiuntur exempla, in quibus a periodi initio collocatur, ut Gen. 41, 17. ܗܐ ܐܢܐ ܩܐܡ ܥܠ ܦܬܟܐ ܕܢܗܪܐ *ecce, ego stabam ad ripam fluvii* cf. c. 26, 8. 37, 7. Denique ponitur c) pro *Futuro relativo* de eo, quod quis facturus est, ita ut ea, quae quis edixerit, brevi eventura esse perhibeantur, ut Gen. 19, 13. ܐܒܕܝܢ ܠܡܫܚܬ ܢܚܢܐ *perdituri sumus* v. 14. Exod. 2, 14. ܗܠܡܐ ܡܩܛܠܝܢܝ *num me occisurus es?* Gen. 18, 17. ܗܠܡܐ ܡܟܣܐ ܐܢܐ ܠܐܒܪܗܡ ܕܐܥܒܕ ܐܢܐ ܥܡܗ *num quid celabo Abrahamum, quae facturus sum;* et saepius post ܗܠܡܐ, ut Gen. 20, 3. ܗܢܘ ܡܝܬ ܐܢܬ *ecce moriturus es;* 6, 17. 48, 4. Exod. 9, 18.

2. Deinde adhibetur Participium ita cum praecedentibus iunctum, ut nemo dubitet, quin actio Participio expressa duratura sit, quod non tantum de praesenti, sed etiam de praeterito ac futuro tempore valet. a) Praesentis notio animadvertitur Gen. 31, 43. ܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܢܬܝ ܚܙܐ *omnia, quae vides, mea sunt;* 21, 22. ܒܟܠ ܕܐܢܬ ܥܒܕ ܥܡܟ *in omnibus, quae facis;* 22, 12. 24, 3. 27, 8. Num. 35, 33. ܐܪܥܐ ܕܐܢܬܘܢ ܒܗ (terra) *in qua habitatis;* v. 34. Ubi autem b) Praeteritis adiungitur (copula ܘ), ut Gen. 19, 1. ܘܐܬܘ — — ܘܠܘܛ ܝܬܒ ܒܬܪܥܐ ܕܣܕܘܡ *venerunt — — et Lot sedebat in porta Sodomorum* i. e. forte ibi sedebat, cum illi venirent; Num. 33, 3. 4., Participio indicatur tempus, in quod altera actio incidit. Annectuntur ceteroquin eiusmodi Participia praeter copulam ܘ vel cum ܕ relationis nota, vel cum alia Coniunctione, ut ܐܦܠܐ *nam;* ut Gen. 47, 14. ܘܐܬܟܢܫ ܝܘܣܦ ܟܠ ܟܣܦܐ ܕܡܬܟܝܠܝܢ ܒܙܒܢܐ — — ܕܢܣܒܘܢ *et collegit Iosephus omnem pecuniam — pro cibariis, quae ipsi emebant;* 39, 6. nec quicquam suum esse voluit ܠܐ ܝܕܥ ܐܦܠܐ ܠܚܡܐ ܕܢܐܟܠ *nisi panem, quem comederet.* Rarius legitur ab initio periodi praecedentibus annexae sequente alia actione praeterita, ita ut ea, quae Participio praemissa est, totum ac continuum tempus exprimatur, quo illa peracta est, ut Deut. 5, 5. ܐܢܐ ܩܐܡ ܠܡܚܘܝܟܘܢ — — ܕܐܡܪ *ego vero stabam — — ut renuntiarem vobis.* Similiter denique c) usurpatur de *Futuro relativo*, ubi aliquid ita fore edicitur, ut, quae in Participio addantur, excipiant ea, quae futura esse praecedentia significaverant, ut Num 15, 2. ܡܛܠ ܕܬܥܠܘܢ ܠܐܪܥܐ ܕܐܢܐ ܡܘܒܠ ܠܟܘܢ ܠܟܘܢ

ܟܬܝܬܐ ܕܐܪܥܐ ܕܝܠܟܘܢ *cum veneritis in terram habitationum vestrarum, quam ego vobis daturus sum;* inprimis autem Participio antecedente significatur tempus futurum, cuius conditionem actio quasi contineat, sub qua ea, quae sequitur in Futuro expressa, eventura sit, ut Gen. 21, 6. ܡܢ ܕܫܡܥ ܢܬܚܝܠ ܠܝ *quicunque audiet* s. audierit, *gaudebit* (ridebit) *de me;* quod praesertim perspicitur ex ܕܢ et ܐܝܟ antecedentibus, ut Num. 33, 51. 52. ܟܬܥܒܪܘܢ — ܐܬܪܟܘܢ ܕܢ *cum transieritis, — tum expelletis;* 34, 2. 3. ܐܬܐܬܘ ܟܬܝܒ ܕܢ ܡܬܡܟ — — *cum ingressi fueritis — — tum erit;* 35, 10., ubi adeo Verbum finitum sequitur in Participio, ut Exod. 10, 4. ܐܢܐ ܕܝܠܟܐ ܕܫܕܪ ܠܡ ܕܫܒܩܢܝܢ ܕܐܝܟ ܕܫܕܪ ܐܝܟ ܕܒܝ ܕܡܠܡܝ *quodsi recusaveris dimittere populum meum, ecce ego inducam cras;* et sine ܐܢܐ Exod. 8, 21.; nec minus Protasis incipit a Futuro, Participio cum copula ܘ sequente, ut Exod. 22, 6. ܕܢܦܩܢܝ ܢܘܪܐ ܘܡܨܐ ܠܗ *si egressus fuerit ignis et invenerit.* Ubi vero Participium non ad certum respicit Subiectum, sed ad omnes, qui ita faciant, tum plerumque Verbum finitum sine copula sequitur, ut Exod. 21, 15. ܕܡܟܐ ܕܫܕܪ ܐܒܗܝ ܕܐܒܗ ܕܡܬܩܛܠ *si quis percusserit patrem suum aut matrem suam, morietur* s. *occidetur;* et ܐܝ aut ܕ praecedente Lev. 7, 25. ܡܢܝ ܕܡܐܟܠ ܕܢܬܐܒܕ — — ܐܝܟ ܕܐܝ *quicunque comederit, — — exterminabitur hic* (pr. anima); 14, 46. ܕܥܠ ܒܝܬܐ ܕ — — ܛܡܐ ܢܗܘܐ *qui ingressus fuerit — — immundus erit;* v. 47.

Annot. Alibi utitur quoque Samaritanus Participio in continuata oratione, ubi haec verborum constructio ab Hebraeo solvitur Praeterito copula ܘ praecedentibus annexo, ut Exod. 21, 16. ܕܡܢܬܐ ܐܒܗ ܕܐܒܗ ܕܡܬܐ ܕܢܬܐܬܪ ܕܢܦܩܢ ܕܢܬܡܨܐ ܕܒܝܕܗ ܕܡܢ *si quis furatus fuerit hominem et vendiderit eum, si inventus fuerit in manu eius, morietur* (וּמְכָרוֹ וְנִמְצָא).

3. Rarius Participio *praeteritum* aut *futurum* tempus significanti additur Verbum ܗܘܐ, ut Gen. 4, 17. ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܒܢܐ ܩܪܬܐ *et aedificabat urbem;* Exod. 3, 1. ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܡܪܥܐ *Moses pascebat;* Deut. 9, 22. 24. ܕܡܪܝܬܘܢ ܟܬܐܡܟܘܢ *rebellastis;* et inserto ܕ Num. 7, 12. ܕܗܘܐ ܩܪܒ ܩܪܒܢܗ *et obtulit* pr. fuit offerens; aliquoties in eadem verborum coniunctione pro ܗܘܐ deprehenditur ܐܝܬ = יֵשׁ et ad negationem exprimendam ܐܝܬܝ = אֵין de praesenti aut futuro tempore, ut Gen. 24, 49. ܟܬܒ ܕܐܝܬ ܠܝ ܕܢ ܩܪܝ *et iam si*

facitis; Num. 13, 34. ܫܡܥܬܘܢ · ܠܝܬܝܗܘܢ *non creditis;* Deut. 1, 32. Lev. 26, 6. 17. ܠܝܬܝܗܘܢ · ܕܝܪܕܦ · ܐܡܪܝ *et nemo vos persequetur*, addito insuper Nomine Subiecto, ut Exod. 5, 16. ܬܒܢܐ · ܐܡܪ · ܠܐ *palea non datur.*

Annot. Praeterea Participium legitur, ubi Infinitivum exspectaveris ad actionem continuatam significandam, ut Num. 20, 13. ܠܟܘܢ · ܣܓܝܐ · ܐܡ · ܫܡܬܐܝܢ · ܠܡܣܒܒ · ܗܕܐ *sufficiat vobis circumeuntibus* (i. e. circuire) *hunc montem* Deut. 2, 3.; at Gen. 38, 29. dubitari possit, an non ܟܡܫܪܒ = כְּמֻשְׁרָב sit Infinitivus, cum et Chald. habeat כַּד־אֲתֵרֵב praecedente וַהֲוָה, quod et ipse Samaritanus retinuit (= וַיְהִי), et sq. ܟ saepius Infinitivum antecedit.

4. Ab hac Participio utendi ratione differt altera, secundum quam Nominis instar adhibetur, ita ut vel sit Subiectum aut Praedicatum, vel appositio Nominis aut pendeat a Nomine in Statu constr. illud antecedens. A) *Subiecti* notionem includit, Gen. 42, 14. ܠܡܐ · ܡܓܠܝܢܐ *exploratores vos estis;* v. 31.; *Praedicati* loco ponitur Exod. 5, 13. · ܡܓܡܓܡܘ · ܣܡܡܬܝ ܣܓܘܬ *praefecti urgebant populum;* et cum nullis temporis terminis coerceatur, de quovis tempore et hic explicari potest; sic a) *de praesenti* Num. 36, 8. ܣܝܪܬ · ܣܡܬ · ܐܬ · ܒܢ *omnis filia possidens* i. e. quae possidet *haereditatem* Exod. 33, 3. 3, 8. b) de *praeterito* Num. 26, 4. Israelitae ܣܡܝܡܬ *egressi* i. e. qui egressi fuerant. Gen. 19, 14. c) rarius *de futuro* (cum ܬ) Exod. 11, 5. morietur primogenitus ܬܡܝܡܬ *qui sedens* i. e. sedebit aut sederet. B) In Statu constr. Nomini adiungitur, quo eius notioni constituendae eatenus subveniatur, quatenus Verbo Obiecto opus est, ita ut Graecorum compositis, Latinorum Adiectivis relativis fere respondeat (cf. §. 84, 3.). Sic Exod. 18, 21. ܣܢܐ · ܡܡܢܐ *osores praedae* i. e. odio eam habentes; et ibid. ܡܡܣܒܐ · ܡܒܕܬ *cultores Dei* i. e colentes eum. 33, 7. Num. 21, 21.; Lev. 18, 9. · ܡܐ · ܐܡܬ · ܐܬܡܒܡ ܒܬ · ܐܬܡܒܡ *domi nata aut foris nata;* Gen. 46, 26. ܣܝܬܡ · ܡܝܡܬ *egressi femore eius* i. e. proles eius; Carm. Sam. II. 17. V. 18. Interdum adeo post Statum constr. sequitur ܐܡ, ubi alteri Nomini magis in appositione adiungitur, ut Deut. 31, 9. Levitae ܠܝܒܐ · ܐܡ · ܡܒܬܐ *portantes arcam.*

§. 70.

Optativus quomodo exprimatur.

Praeterquam quod *Optativi* Modus exprimi possit optandi Particulis ܡܝܢ aut ܡܢ *quaeso* Imperativo adiunctis (vid. §. 66.

Annot.), alius quoque dicendi usus a Samaritano ex Hebraeorum lingua repetitus formula nimirum [illegible] (=מִי־יִתֵּן) *quis dabit = utinam*, tum adhibetur, cum alium quem, quae optaverimus, nobis largiturum esse speramus, et quidem a) vel sequente Accus., ubi nomen maiorem habet vim, ut Deut. 28, 67. [illegible] *utinam vespera esset*, vel b) frequentius sequente Nominativo conversa hac formula in passivam [illegible] *utinam daretur*, ut Num. 11, 29. [illegible] *utinam totus populus Iovae vaticinaretur* pr. essent prophetae; aut sequente Infinitivo, ut Exod. 16, 3. [illegible] *utinam mortui essemus;* aut denique sequente vel Futuro vel Imperativo copula [illegible] huic formulae annexo, cum haec formula iam per se constituat periodum, ut Exod. 20, 22. [illegible] *utinam cor eorum esset*; Deut. 5, 29. In haud paucis tamen locis simplices optandi particulae [illegible] aut [illegible] adhibentur a) sequente Praeterito, si, quae optamus, spectant ad rem praeteritam (cf. §. 64. II. 2.); ut Num. 20, 3. [illegible] *utinam consumti essemus;* 14, 2.; [illegible] Gen. 30, 27. [illegible] *utinam gratiam invenissem;* et [illegible] *certe si* Gen. 23, 13.; b) [illegible] et [illegible] sequente Futuro, ubi dubitatur, an vota prospere cedere, at tamen expleri possint, ut Gen. 30, 34. [illegible] *utinam fiat secundum verba tua;* 17, 18. [illegible] *utinam Ismael vivat coram te.*

§. 71.

De Personarum usu earumque permutatione.

1. *Subiectum indefinitum (man)*, quod nominari nec debeat, nec possit, exprimitur A) Verbo activo et quidem a) 3. Sing., ut Gen. 11, 9. [illegible] *propterea nomen eius vocavit* i. e. vocatum est *(man nannte)*, ubi incertum est, quis dederit nomen, cum unus tamen esse debuerit; aut b) 3. Plur., ubi actio ad plures referri potest, ut Lev. 1, 6. — [illegible] (הִפְשִׁיט וְנִתַּח) *exuent cute ac divident* v. 9. [illegible] (יִרְחַץ) *lavabunt aqua et adolebit sacerdos*, ubi, quinam hoc facturi sint, in dubio relinquitur, cum sacerdos intelligi nequeat, qui alio tum fungatur officio; c) interdum usurpatur 2. Sing., ut Lev. 2, 4. [illegible] *si ob-*

tuleris i. e. si offertur, a quo tandem hoc fiat; aut d) Participium eiusdem Verbi additur tertiae Sing., ut Deut. 22, 8. · ܐܦܠ ܡܢܗ · ܡܦܠ ܢܦܠ ܡܢ *cum ceciderit cadens ex ea* i. e. si quis inde deciderit. Non minus ei exprimendo inservit B) *Passivum*, ut Gen. 38, 13. ܘܐܬܚܘܐ · ܬܡܪܐ (וַיֻּגַּד) *et nuntiatum est Thamarae;* Deut. 25, 10. ܘܢܬܩܪܐ · ܫܡܗ *et vocabitur nomen eius (man wird nennen).*

Annot. Discedit tamen in hoc dicendi usu Samaritanus ab Hebraeo Gen. 16, 14., ubi קָרָא vertit ܐܡܪ *vocavit* sc. Hagar Gen. 48, 1. 2. quo loco activae Hebraei formae וַיֹּאמֶר et וַיַּגֵּד redduntur Passivis ܐܡܪܐ et ܬܚܘܐ, aut invertit constructionem Hebraeam c. 4, 26. pro הוּחַל לִקְרֹא dicens ܡܫܬܘܠ · ܐܬܚ *coepit invocari* i. e. coeptum est. Haud minus omisit in hac verborum constructione post Passivum אֶת־ exprimere Gen. 17, 5. · ܫܡܐ · ܡܬܩܪܐ · ܐܦ ܬܬܩܪ = וְלֹא־יִקָּרֵא עוֹד אֶת־שִׁמְךָ *nec vocabitur amplius nomen tuum.*

2. Cum praeterea *Neutro* careat lingua (cf. §. 41. 1.), saepius redditur illud a) Masculino et quidem α) *Verbi activi*, ut Deut. 15, 18. ܒܥܝܢܝܟ · ܩܫܝܐ · ܐܦ *neque grave sit in oculis tuis* i. e. tibi; Gen. 48, 17. β) *passivi*, ut Num. 21, 14. ܕܐܡܪ · ܒܣܦܪܐ · ܗܘ · ܡܛܠ *qua propter dictum est in libro;* Lev. 4, 31. ܘܢܫܬܒܩ · ܠܗ *et remittetur ei* v. 35. b) *Feminino*, ut Lev. 24, 9. ܠܐܗܪܘܢ · ܘܠܒܢܝܗ · ܗܝ *et sit Aaroni eiusque filiis;* 16, 29. Num. 19, 9. 10. Alia, quae apud Hebraeos frequentius leguntur, ut חֶשְׁכָּה , עֶשְׂקָה לִי , צָרָה לִי in linguae Samaritanae scriptis frustra quaeruntur.

3. Nec denique dubitavit Samaritanus *Pluralem* Verbi *maiestaticum* (1. Plur.) recipere, Gen. 1, 26. ܢܥܒܕ · ܐܢܫ *faciamus hominem* et c. 11, 7. ܢܢܚܬ · ܢܢܙܠ · ܗܐ *agite, descendamus et persequamur.* Nonnunquam tamen ita deflectit a Numero, ut Singularem excipiat eadem Pluralis persona, ut Deut. 2, 7. ܠܐ · ܢܣܛܐ · ܠܚقܠ · ܠܐ · ܢܫܬܐ · ܡܝܐ · ܕܒܝܬ · ܐܪܥܐ · ܠܐ ܕܡܝ *non declinabo ad agrum et ad vineam, neque bibamus aquas puteorum;* aut inverso modo Lev. 23, 22. · ܒܡܛܠ ܕܬܚܨܕܘܢ ܚܨܕ · ܠܐ · ܬܫܠܡܘܢ · ܬܡܘܬ · ܠܐ *cum messueritis messem terrae vestrae, non consummabis;* quae personarum mutatio facile est expedienda, si, quae in Plurali leguntur, dicta putaveris de omnibus, inter quos excellit princeps facti aut is, qui prae ceteris aliquid faciat, licet et reliqui ab hac altera actione, quae in Singulari proponitur, excludi non possint; ita ut haec saltem exempla ab hac linguae proprietate distinguenda esse quisque existimaverit.

§. 72.

II. *Verborum coniunctio cum variis Obiecti Casibus.*

Verbi activi notio dilatatur *Obiecto*, quod adeo Verborum alia, quae ob intransitivam notionem suam facile eo carere possent, mutata subinde significatione in transitivam paullatim sibi vindicarunt, alia transitivorum ordini iamiam adscripta ita assequuntur, ut Nomen sibi adiungant ex ipsorum radice obortum. In aliis duplex *Obiectum* accedere potest, quatenus vel alterum appositionis instar priori sese associat, vel rem actioni in altero absolvendae necessariam designat. Huc accedunt denique Verba, quae Praepositionibus veluti vinculis, quibus *Obiectum* ad se alligant, utuntur.

Inde triplex hic Verborum ordo distinguitur:

1. *Verba cum simplici Obiecto.*

Huc pertinent:

1. Verba, quae cum proprie essent *intransitiva*, paullatim assumto Obiecto notionem *transitivam* sibi vindicarunt, ut ܒܟܝܐ *flevit* et *deflevit*, Gen. 50, 3. ܒܐܒܐ · ܒܟܝܘܗܝ *et deflerunt eum;* 23, 2. ܐܝܪܬܐ *haeres fuit* et *haereditavit*, ut Gen. 15, 3. 4. verna meus ܡܐܒܐ · ܐܝܪܬܢܝ *haereditabit me;* ܥܒܕ et ܥܒܕܘܬܐ *servus fuit* et *servivit*, ut Gen. 27, 40. · ܐܚܝܟ · ܐܒܐ ܥܒܕܘܬܐ *fratri tuo servies;* ܫܪܐ *habitavit* (wohnen, bewohnen, mit jem. zusammen wohnen) ut Gen. 30, 20. vir meus ܡܕܫܪܐ ܥܡܝ *habitabit mecum.*

2. Verba, quae aliis in linguis *Obiectum* in alio Casu sibi adiungunt, ut ܕܟܪ Gen. 19, 29. ܐܒܪܗܡ · ܐܒܐ · ܕܟܪ *recordatus est Abrahami;* 8, 1. ܥܢܝܐ et ܒܥܐ *respondit;* ut Gen. 23, 5. ܐܒܪܗܡ · ܐܒܐ · ܡܥܢܝܢ *responderunt Abrahamo;* 10. 14. 42, 22. Deut. 1, 14. et Gen. 45, 3. · ܠܐ ܡܨܝܢ · ܠܡܬܝܒܘ · ܠܡܬܝܒ *neque poterant ei respondere;* ܦܩܕ (=κελεύειν; iubere), ut Gen. 6, 22. ܒܐܒܐ · ܦܩܕܬ *quod ei praecepit;* 7, 5. 9. 18, 19. 21, 4.

Annot. Verbum ܦܩܕ cum ܠܘ notione *mandandi* (=אָל) legitur Gen. 12, 20. 50, 6., cum ܠ Exod. 1, 22.

3. Verba, quae *motum* significant, quorum *Obiectum* a) locus est, per quem itur, ut Deut. 1, 19. · ܠܘ · ܐܒܐ · ܕܡܘܪܒܐ ܕܡܕܒܪܐ *ivimus* i. e. *peragravimus totum desertum;* Num. 33, 51. ܒܕܡܕܒܪ · ܐܒܐ · ܥܒܪܘܢ · ܕܝܪܕܢ · ܕܘ *cum transie-*

ritis Iordanem; Deut. 2, 24. 3, 27. 4, 21. b) ad quem dirigitur iter, ut Gen. 29, 1. ܘܐܙܠܘ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܢܝ ܩܕܡܐ *ivit in terram filiorum Orientis;* Num. 20, 22. ܐܬܘ ܛܘܪܐ ܕܛܘܪ ܣܝܢܝ *ascenderunt in montem Tor* (v. 27. ܛܘܪܐ); Num. 10, 9. c) Praeterea Accusativum sibi adiungunt, si *eundi* notio transit in significationem motu rem s. Obiectum secum auferendi, ut *ῥέειν τι* Exod. 3, 8. terra ܕܡܫܬܐ ܚܠܒܐ ܘܕܒܫܐ *fluens lac et mel* i. e. utroque abundans; 13, 5. 33, 3. Deut. 26, 9.

Annot. Quodsi vero de hominibus sermo est, ad quos quis sese contulerit, utitur Samaritanus Praepositione ܠܘܬ, ut Num. 16, 25. ܐܙܠ ܠܘܬ ܕܬܢܝܢ *ivit ad Dathanem* (v. 46. ܘܐܡܪ ܠܐܪܝܢ ܠܟܢܫܬܐ *ito confestim ad concionem);* Exod. 3, 11. Num. 23, 5.; aut duplex adhibetur ab eo Praepositio, ubi praeterea commemoratur locus, in quo versatur, ad quem iturus est, ut Gen. 7, 15. ܘܥܠܘ ܠܘܬܢܘܚ ܠܘܬ ܬܒܐ *et ingressi sunt ad Noachum in arcam;* aut simpliciter quoque de loco adhibetur Praepositio, ut Gen. 7, 1. ܥܘܠ ܠܘܬܢܘܚ ܠܘܬ — — ܐܢܬ ܠܥܠ *ingredere tu — — in arcam;* v. 7. 13. aut significatur addito ܠ (§. 51. 4.), ut Gen. 18, 22. ܘܥܠܘ ܠܣܕܘܡ *iverunt Sodoma.* Neque tamen imitatus est Samaritanus constructionem Verbi יָצָא cum Accus., si valet i. q. *relinquere locum*, semper tum usus Praepositione ܡܢ, ut Gen. 44, 4. ܘܢܦܩܘ ܠܘܩܪܐ ܡܢ ܥܩܪܬܐ *egressi sunt ex urbe* i. e. reliquerunt eam.

4. Praeterea huc sunt referenda a) Verba cum *induendi, exuendi, ornandi* notione, ut Lev. 16, 24. ܥܡܘܪܝܗ ܕܡܫܬܐ *et induet vestimenta sua;* v. 23. ܕܡܘܪܝܗ ܕܐܡ ܕܒܘܨܐ ܠܒܘܫܐ *exuet vestimenta lintea;* b) *intransitiva*, quae copiam aut inopiam alicuius rei significant, ut Gen. 6, 13. ܕܐܬܡܠܝ ܡܫܥܒܕ ܠܐܪܥܐ *plena est terra oppressione;* Gen. 18, 28. ܠܡܢܝ ܕܡܚܣܪܢ ܕܡܚܡܫܝܢ ܕܐܢܐ ܠܐ ܐܥܒܕ *quodsi deficient quinquaginta iustis quinque;* 27, 45. ܕܐܬܝܬܝ ܠܟܘܢ ܕܬܪܬܝܢ ܐܦ *orbabor etiam vobis duobus;* Exod. 16, 12. ܠܚܡܐ ܕܬܬܡܠܘܢ *saturabimini pane;* Gen. 1, 20. ܢܦܩܘ ܕܡܝܐ ܕܪܚܫܬܐ *scaturiant aquae reptili;* Lev. 20, 25. omne ܕܒܥܠ ܕܪܚܫ ܥܠ ܐܪܥܐ *quod repit super terram.*

Annot. Non tamen hic in eo offendendum est, quod Samaritanus aliquoties in his reflexiva forma usus fuerit, cum alibi ut Exod. 16, 20. iterum redeat ad Hebraeum, verba תּוֹלָעִים וַיִּרְם reddens ܘܡܬܠܝܬ ܘܐܬܪܝ *et ebullivit vermes.*

5. Obiectum denique poterit quoque accedere in Nomine verbali eiusdem radicis ad Graecorum *πόλεμον πολεμεῖν; νόσον νοσεῖν* etc.; quod a) tum fieri solet, cum actio ad certam semelque

factam rem restringitur, ut Gen. 37, 5. ܘܚܠܡ · ܝܘܣܦ · ܘܚܘܐ *et somniavit Iosephus somnium;* aut cum adverbialis notio inesse iubetur, quae facilius Adiectivo Nomini Verbali addito exprimitur, ut Gen. 27, 33. ܐܬܬܪܥܕ · ܐܬܪܥܕ · ܪܥܕܐ *et expavit pavore magno* i. e. maxime v. 34.; interdum et hoc ipsum Nomen est, ut Lev. 26, 36. · ܪܕܦܝܢ · ܢܦܠܘܢ ܒܚܪܒܐ *fugient fugam gladii* i. e. ignave, ut qui gladium fugiunt, 20, 13. (Similia suppeditabunt Gen. 28, 20. · ܢܕܪ · ܝܥܩܘܒ ܢܕܪ *vovit Iacobus* (votum); Num. 4, 23. 5, 6. 6, 2.). b) Haud multum inde discedit ea dicendi ratio, qua Nomen relationis nota ܕ Verbo praefixa explicatur, ut Deut. 28, 53. · ܒܨܘܪܐ ܕܠܚܨܘܢܟ · ܕܢ · ܒܠܚܘܡܟ *in angustia, qua anxerint te adversarii tui;* i. e. in quam te redegerint. Rarius autem simplici Nomine Verbali notio Verbi augetur.

§. 73.

2. *Verba cum duplici Obiecto iuncta.*

In his Verbis

1. Alterum *Obiectum* appositionis instar prius explicans accedit, ut Gen. 28, 18. ܐܩܝܡܗ · ܐܠܗ · ܐܒܢܐ *et posuit* s. *erexit eum* (lapidem) *in statuam.* Inprimis hoc valet a) de Verbis, quibus notio est *appellandi*, ut Num. 32, 41. · ܩܪܐ ܠܗܘܢ · ܩܝܐ · ܝܗܘܪ *vocavit eas vicos Iair;* b) quae significant *facere* s. *constituere aliquem aliquid, mutare in aliquid*, ut Gen. 17, 5. ܠܡܥܒܕܟ · ܐܡܘܬܐ · ܣܓܝܐܐ *multitudinem gentium te constitui;* Deut. 1, 15. Lev. 26, 31. ܘܐܬܬܢ · ܩܪܝܟܝܢ ܠܡܫܬܘܬܐ · ܠܡ · ܘܐܫܕܝ *dabo* (i. e. mutabo) *urbes vestras in solitudinem* (Gen. 12, 2. 45, 8. 9. Exod. 2, 14. et alibi cum ܠ); c) quibus inest notio *conficiendi, aedificandi*, ita ut vel *α*) materies praecedat rem inde factam, ut Exod. 32, 4 ܐܨܒܥܗ · ܠܥܓܠ · ܐܬܥܒܕ *formavit illud* (aurum) *in vitulum fusilem;* Lev. 24, 5. ܘܬܠܚ · ܐܦܝܐ · ܬܠܬܝܢ *coques ex ea* (simila) *placentas;* Num. 16, 38.; adeoque ante Verbum legatur, ut Exod. 20, 17. ܒܐܒܢܐ · ܠܡ · ܐܬܒܢܝܢ · ܘܡܕܒܚ · ܠܡܒܚ *e lapidibus informibus aedificabis altare;* Exod. 15, 29. Deut. 27, 6. ad distinguendam sc. materiem ab aliis rebus, unde confici possit; vel *β*) ita, ut opus antecedat, quo verborum ordine materies in appositione sine ܐ emph. legitur et respondet Adiectivis materiem, unde aliquid factum sit, exprimentibus, ut Exod. 25, 17. ܬܫܝܐ · ܕܐܬ · ܐܬܕܫ · ܕܗܒܐ *facies operculum ex auro*

puro; v. 18. ܬܬܝܢ · ܟܪܘܒܝܢ · ܕܕܗܒ · ܬܥܒܕܝܢ · ܠܬܪܬܝܗܘܢ *facies duo Cherubos ex auro ductili;* v. 23. 28. 28, 6. · ܢܥܒܕܘܢ ܐܦܘܕ · ܕܕܗܒ · ܐܝܟ *facient Ephod* (amiculum sacerdotale) *ex auro* i. e. auro distinctum s. pictum; 36, 14. · ܬܥܒܕ ܥܙܝܐܝܬܐ · ܠܘܙܝܢ *fecit cortinas e pilis caprinis;* v. 35. 39, 2. (Gen. 6, 14. ܥܒܝܕ · ܠܟ · ܬܥܒܕ · ܠܙܝܢ ܥܒܝܢ *cellas facias arcam* i. e. ut constet e cellis).

2. Tum vero etiam duo Obiecta ita sese excipiunt, ut, quod priorem occupat locum, personam aut rem designet, cuius partem continet alterum, in quo actio animadvertatur, ut Gen. 3, 15. illud (semen) ܫܝܬ · ܠܟ ܪܝܫܟ *conteret tibi caput;* Deut. 22, 26.

Annot. Neque tamen Hebraeum semper secutus est Samaritanus, ut Deut. 33, 11., ubi verba מְחַץ מָתְנַיִם קָמָיו reddidit praeeunte Chaldaeo ܐܡܚܥܝܢ · ܡܡܬܢ · ܡܢܝܢ *percute lumbos insurgentium in eum.* Huc quoque referri possunt *reflexiva* altero *Obiecto* hac ipsa eorum forma expresso.

3. Quando Verbum duo per se diversa admittit *Obiecta* alterum personae, rei alterum, utrumque simul ei adiungi potest. Pertinent huc a) Verba *mandandi, docendi, monstrandi,* ut Exod. 25, 22. ܕܝ · ܬܦܩܝܢ · ܠܟ · ܠܘ *quaecunque praecipiam tibi;* Gen. 6, 22. Deut. 4, 5. · ܥܡܬܠܡܕ · ܠܟܘܢ · ܠܘܕܝܢ ܥܡܠܡܬܐ *docui vos praecepta et iudicia;* Exod. 20, 22. Deut. 5, 31. 24, 8. Num. 20, 13. · ܐܚܘܪܝܬܐ · ܠܡܪܝ · ܐܠܗ ܕܠܘܡܕ · ܠܘ · ܕܬܬܘ · ܠܘ *coepisti ostendere servo tuo maiestatem tuam;* 13, 27. Exod. 25, 9. Deut. 34, 1. b) quae notionem *vestiendi, induendi, obducendi, tegendi* obtinent, ut Gen. 41, 42. ܠܒܫܝܗ · ܫܘܪܝܐ · ܐܠܗ · ܫܝܙܒܐ *vestivit eum vestibus byssinis;* Exod. 40, 13. 28, 41. 29, 5. Num. 20, 28 (v. 26. tamen legitur ܠܝܗ · ܐܙܪܝ *exuere aliquem*); Carm. Sam. II. 4. (Cf. Gesenius ad h. l. ibid. p. 57.) Exod. 29, 9. · ܚܙܝܪ ܥܡܠܡܝܗ · ܠܟܘܢ *cinges eos balteis;* v. 5. Lev. 8, 13. (sed v. 7. cum ܒ); Exod. 25, 11. ܒܕܗܒ · ܐܠܗ · ܫܦܘܪ *teges* s. *obduces eam* (sc. arcam) *auro;* v. 24. 28. Lev. 24, 23. ܪܓܡ · ܐܠܗ · ܒܐܒܢܐ *obruerunt eum lapidibus;* c) Verba notionis *implendi, donandi, multandi,* sic Gen. 42, 25. · ܡܠܝ ܐܢܝܗ · ܠܟܝܠܗ · ܠܘ *implerunt vasa sua frumento;* Exod. 28, 3. 31, 3. 35, 35. Carm. Sam. III. 21. Gen. 19, 34. ܢܬܠ · ܠܗ ܡܝܢܐ *bibendum ei demus vinum;* Num. 5, 24. ܠܗ ܡܝܐ · ܠܘ · ܠܐܢܬܬ · ܠܘ · ܡܝܢܐ *aquam mulieri bibendam dabit;* v. 26. Deut. 8, 16. ܕܗܘ · ܡܙܝܢܐ ܠܟ *qui ci-*

bavit te Manna; Gen. 27, 37. ܥܡܬܝܗܘ ܘܡܫܬܐ ܠܗ *frumento et musto sustentavi illum;* Exod. 22, 25. ܟܐܣܐ ܕܠܥܡܝ ܠܘܬ ܥܡܝ *si argentum mutuo dederis populo meo;* Gen. 33, 5. Deut. 22, 19. ܟܐܣܐ ܕܡܐܐ ܡܐܐ ܠܗ *multabunt eum centum siclis.* d) Verba variae significationis, ut ܥܒܕ *servivit;* Exod. 10, 26. nescimus ܢܥܒܕ ܕܡܕܡ ܠܐܠܗܐ ܠܘܬ *quid* i. e. quomodo *serviamus Deo;* Gen. 30, 29. Singularis Verbi ܢܣܒ constructio cum Accusativo personae et Infinitivo actionis Obiecto reperitur Gen. 20, 6. ܠܐ ܫܒܩܬܟ ܕܬܬܢܝܬ ܠܡܫܠܚܗ *non permisi tibi eam tangere;* 31, 28. Praeterea e) plura Verba in Aph. duo sibi subiungunt *Obiecta*, ut Deut. 3, 28. ܗܘ ܢܦܠܓ ܠܗܘܢ ܐܪܥܐ *ipse dividet inter eos terram.* De loco, quod alterum obtinet, omnino tenendum, id, quod prius cogitetur, antecedere et nonnisi in maiore orationis emphasi alterutrum locum suum mutare; et licet Suffixum adhaereat plerumque Verbo, tamen haud raro quoque idem seiungi ab eo nota Accus. ܠܘܬ instructum.

§. 74.

3. *Verba cum Obiecto per Praepositiones adiuncto.*

Cum hic de certis nonnisi Verborum hac alterave Praepositione Obiectum sibi alligantium ordinibus exponatur, neque tamen lingua in singulis eligendis utriusque et Verborum et Praepositionum significatus diligentem habere rationem neglexerit (cf. ܢܫܩ sq. ܠ *osculari* pr. *admovere* sc. os alteri), iam, dum infra §. 98. accuratius de Praepositionum varia notione earumque usu disseretur, ea tantummodo recipiamus, quae huic earum usui explicando hic sufficiant.

1. Cum ܒ iunguntur a) quatenus haec Praepositio immediatam indicat propinquitatem s. coniunctionem, Verba *veniendi* notione *offerendi* s. *apportandi*, ut Deut. 23, 4. ܠܐ ܩܕܡܘܗܝ ܠܟܘܢ ܠܚܡܐ *non obtulerunt vobis panem* (pr. occurrerunt cum pane) illum sc. secum ferentes; vel quibus est notio *prehendendi* s. *tangendi* (cf. ἅπτεσθαί τινος), ut Deut. 14, 8. ܦܓܪܐ ܕܠܐ ܬܢܓܘܢ *cadavera eorum non tangetis;* 25, 11. ܕܐܚܕܬ ܒܒܣܪܗ (cum) *apprehenderit* (femina) *carnem eius; eligendi*, ut Deut. 12, 18. ܕܒܚܪ ܐܠܗܐ ܒܬܪ *quem Iova elegit;* 14, 2.; *invocandi*, ut Gen. 4, 26. ܗܘ

ܐܝܗܘܐ ܫܡܗ ܕܝܗܘܐ *coeptum est invocari nomen Iovae;* Quatenus autem b) inhaeret aliquid alicui rei aut in ea manet, ad quam adductum fuerit aliquid, pertinent huc verba *dominandi* utpote si dominium in aliquem penetret, ut Lev. 25, 43. ܒܗ ܬܪܕܘܢ ܠܗ *non dominaberis ei*, v. 46. (v. 53. sq. Accus.); 26,17.; *adhaerendi* Gen. 2, 24. ܒܐܢܬܗ ܢܬܕܒܩ *adhaerebit uxori suae;* 34, 3. ܒܬܡܪܗ ܢܦܫܗ ܕܕܝܢܐ *adhaesit anima eius Dinae* i. e. amavit eam. His adiunguntur plura Verba metaphoricae notionis *confitendi* et *credendi*, ut Gen. 15, 6. ܐܝܗܘܐ ܗܝܡܢ *credidit Iovae;* Deut. 28, 66. et quae contrariam obtinent notionem, ut Exod. 21, 8. ܒܗ ܒܓܕܝܢܘܬܗ *perfide agendo contra eum;* Lev. 6, 2. ܒܥܡܝܬܗ ܕܫܩܪ *et* (si) *mentitus fuerit ad proximum suum.* Hinc quoque accedit verbis, aliquid *cum gaudio* aut *tristitia adspicere* notantibus, ut Gen. 44, 34. ܕܐܚܙܐ ܠܒܝܫܬܐ ܕܐܒܝ *ne videam afflictionem;* aut e quibus notio *cum affectu animi loquendi* aut *sentiendi* elucet, ut Gen. 37, 11. ܒܗ ܩܢܝܐ *invidebant ei;* 39, 14. ܠܢ ܕܐܬܠܥܒܢܢ *ut nos irrideret;* nec minus Verbis *testandi*, ut Gen. 30, 33. ܒܝ ܡܣܗܕ *testabitur de me* Deut. 4, 26. ܣܗܕܝܢ ܠܟܘܢ ܕܝܢ *testor adversus vos;* 5, 19. (31, 28. cum ܥܠ). Cum denique c) Praepositio ܒ sit i. q. nostrum: *mit*, *durch*, propria est Verbis, quorum notioni adiungendum erit instrumentum, quo actio fit; ut Gen. 44, 5. ܕܒܗ ܡܫܬܐ ܡܪܝ ܒܗ *quo* (vel: e quo) *dominus meus bibere solet;* hinc quoque, ubi persona rei exigendae inservit, ut Exod. 1, 14. ܕܥܒܕܘ ܠܗܘܢ *qui operati sunt per eos* sc. cum duritie i. e. coegerunt eos, ut operarentur; Deut. 24, 11.

2. Cum porro Praepositio ܠ orta haud dubie ex ܠܐ a) *motum* significet ad aliquam rem, et frequenter adhibeatur ad *Obiectum* Verborum *loquendi*, *dicendi* designandum, ad quod nimirum dirigatur oratio, aut de quo disseratur, ut Gen. 20, 13. ܕܐܡܪܝ ܠܝ *dic de me* (v. 2.); ita ut quasi de translata in aliquem conditione cogitaveris, factum est, ut eandem vindicarent sibi Verba *mutandi* in aliquid, *habendi* pro aliquo (*fieri* aliquid), ut Gen. 17, 4. ܐܢܐ ܗܘܝܬ *fies pater;* 18, 18. Exod. 4, 16. Gen. 12, 2. ܐܥܒܕ ܠܟ ܥܡܐ ܪܒܐ *faciam te populum magnum;* Deut. 26, 5., Gen. 38, 15. ܚܫܒܗ ܠܗ ܙܢܝܬܐ *existimabat eam extraneam* (esse); Exod. 21, 2. ܢܦܩ ܚܪܐ *prodibit liber* (in libertatem); cum praeterea b) *rationem* contineat ad aliquem *(in Beziehung)*, designat quoque actionem, quae alteri vel saluti

est, vel detrimento, ut Gen. 23, 8. ܡܠܝ ܬܫܐܠܘܢܝ *intercedite pro me.* Denique c) exprimit ܠ eum, ad quem quid pertineat, hinc omnino pro Dativo adhibetur Verboque ܝܗܒ *dedit* (sq. ܐܝܬ vid. §. 73, 1.) accedit, nec minus Nominibus ܐܝܬܐ et ܐܝܬܠ (§. 36.) notione *habendi* et *non habendi*, ut Gen. 33, 9. ܐܝܬܐ ܣܓܝܐ ܡܠܝ *sunt mihi multa* v. 11. 44, 20. ܐܝܬ ܠܢ ܐܝܬܐ ܝܗܒ ܐܒܐ *est nobis pater aetate provectus.*

3. Praepositio ܡܢ, cuius propria significatio cernitur in motu ab aut ex aliqua re, ita ut removeatur, secernatur aliquid a suo loco, iungitur Verbis *liberandi*, *servandi*, *vindicandi*, *celandi*, *timendi*, *sibi cavendi* aliisque quibus similis notio inest. Sufficiat e pluribus attulisse Exod. 14, 31. ܡܢ ܕܚܠܬ ܥܡܐ ܕܝܠܘܐ *timuit populus Iovam;* 24, 10. (ܚܠܬ i. q. ܕܚܠܬ pro hebr. וַיִּרְאוּ) Deut. 1, 29. Num. 20, 13. 21, 34. ܠܐ ܬܗܘܢ ܡܢܗ *ne formides eum.* Inprimis adhibetur in Verbis, quorum Obiectum est Infinitivus, ut Gen. 24, 15. ܠܐ ܡܛܐ ܡܡܠܠܘܬ ܡܢ *nondum desierat loqui* (Hebr. לְדַבֵּר); Gen. 24, 19. Exod. 36, 6. ܡܛܠ ܕܥܒܕܘ ܥܡܐ ܕܢܬܢܘܢ *finem fecit populus offerendi.* Num. 22, 16. ܠܐ ܬܬܥܩܒ ܠܘܬܝ ܠܡܐܬܐ *ne quaeso cuncteris ad me venire.*

4. Cum Praepositione ܥܠ *super* de loco iunguntur a) Verba *tegendi*, *tuendi* et metaphorica notione *expiandi*, aut *parcendi*, ut Num. 16, 33. ܡܛܠ ܕܟܣܐ ܥܠܝܗܘܢ ܐܪܥܐ *operuit eos terra;* Carm. Sam. V. 9. ܥܠܝܢ ܢܛܪܘܢ *protegit nos;* Lev. 13, 45.; 8, 34. ܠܡܟܦܪ ܥܠܟܘܢ *ad vos expiandos;* Exod. 30, 15.; Exod. 2, 6. ܡܛܠ ܕܚܢܬ ܗܘܬ ܥܠ ܒܪܬܗ ܕܦܪܥܘܢ *miserta est eius filia Pharaonis.* Hinc quoque adhibetur b) in iis dicendi formulis, quibus *molestiae* notio iniungitur, ut Gen. 42, 21. ܡܛܬ ܡܠܦܢ ܥܠ ܟܠܗ ܥܠ *venit super nos omnis haec molestia;* 40, 2. ܣܡܪܘܢ ܪܒܐ ܥܠ ܬܪܬܝܢ *succensuit duobus eunuchis suis;* 41, 10. et tandem c) quatenus aliquid alicui exigendum committitur, admittunt eam Verba *mandandi* aut *committendi*, ut Num. 4, 27. ܠܡܟܦܪ ܥܠ ܟܠ ܡܕܡܐ *committetis iis;* Gen. 42, 37. ܡܛܐ ܥܠ ܐܒܐ ܝܗܒ *trade eum in manum meam.*

5. Verba *discernendi*, *separandi* postulant ܒܝܢ, cuius propria notio in eo est, ut duae diversae sibique oppositae res ita vicissim cogitentur, ut per se consistant; sic Gen. 1, 4. ܐܒܕܠ ܡܢ ܢܗܘܪܐ ܘܡܢ ܚܫܘܟܐ ܒܝܢ *separavit* (Deus) *inter lucem et tenebras* i. e. lucem a tenebris; Exod. 9, 4. hinc quoque

attribuitur Verbis *iudicandi* et *aestimandi*, ut Gen. 31, 53. ܕܝܢܢܢ ܘܝܬܪܢ *iudicet inter nos;* v. 49.

6. Cum ܬܪܝܨܐ pr. sit *absistens* i. e. *post*, *pone*, ita ut aliquid adspicere non possis, aut pone te aliquid fiat, iungitur Verbis *claudendi*, ut Gen. 7, 16. ܘܬܪܝܨܐ—ܝܗܒ *obsignavit* (Deus) *post eum* sc. arcae ianuam; aut ita, ut aliquid prorsus operiatur, ut Gen. 20, 18. occluserat Deus ܟܠܗ ܒܝܬ ܬܪܝܨܐ *omnem uterum;* hinc quoque in Verbis *precandi* pro Hebr. בְּעַד adhibetur ܒܥܐ, ut Gen. 20, 7. ܢܒܥܐ ܡܐܡܪ *orabit pro te;* aut ܒܡܬܐ, ut Lev. 9, 7. ܢܒܡܬܐ ܚܛܝܬܟ *expia pro te.*

7. Verba denique *sequendi*, *persequendi* applicant sibi Praepositionem ܐܚܪܐ *post*, ut Gen. 24, 8. ܕܠܐ ܡܬܐ ܐܚܪ ܕܠܐ ܢܐܬܐ ܒܬܪܟ *si noluerit* (mulier) *venire post te* i. e. te sequi; 44, 4. ܘܡܪܕܦܝܢ ܐܚܪܐ ܕܓܒܪܐ *persequere viros;* 35, 5. Exod. 14, 4. 8.; hinc quoque sequitur post ܙܢܐ *scortatus est* sensu metaphorico Exod. 34, 15. ܐܚܪܐ ܕܢܙܢܘܢ — — ܘܬܬܚܬܢ *ne forte scortentur cum eorum Düs* i. e. alienos colant Deos.

Annot. Verbum *videri* exprimitur per ܥܝܢܐ *in oculis alicuius*, ut Gen. 19, 14. ܗܘܝܗ ܥܝܢܐ ܕܒܢܝܗܘܢ ܗܘܝܢ *erat ut ludens in oculis generorum suorum* i. e. videbatur iis ludere; *placere* et *displicere* Verbis ܛܒܐ aut ܫܦܝܪ *bonus-malus fuit* addito eodem aut simili Nomine vel Praepositione, ut Num. 13, 1. ܛܒܐ ܡܫܐ ܕܥܝܢܐ ܕܡܘܫܐ ܗܘܐ ܫܦܝܪ *placuit res ista Mosi;* Gen. 41, 37. Num. 24, 1. (ܩܕܡ *in conspectu*) ܡܬܩܢ ܩܕܡ ܒܠܥܡ ܛܒ ܒܥܝܢ ܗܘܐ *intellexit Balaamus placere Iovae;* Gen. 48, 17. ܗܘܝܢܘܢ ܫܦܝܪ *displicuit ei;* Num. 11, 10. 22, 32. (ܩܕܡ *coram*) ܡܫܦܝܪ ܩܕܡ ܒܥܝܢ ܗܘܐ ܠܝ ܐܪܚܟ ܕܢܦܠ *nam displicet mihi iter tuum.* Ceteroquin unum idemque Verbum cum duplici iunctum Praepositione legitur Gen. 39, 5. ܘܐܦܩܕ ܒܝܬܗ ܘܟܠ ܕܗܘܐ ܠܗ ܒܝܕ ܒܝܬܗ *commisit ei domum suam et omnia, quae ei erant.*

§. 75.

Constructio Verborum passivorum.

Passiva sibi adiungunt ܒ, quo actio referatur ad eum, quem auctorem habeat; sic Gen. 25, 21. ܘܒ ܡܬܥܬܪ *exoratus est ab eo;* 43, 28. (27.) Exod. 12, 16. ܕܬܬܥܒܕ ܠܟܘܢ ܕܢܬܥܒܕ *hoc tantum fiet a vobis*, Num. 16, 19. rarius ܡܢ adhibetur.

2. Activa, quae duplici Obiecto iunguntur (§. 73.), retinent *Obiectum rei* remotius a Verbo collocatum, ut Exod. 26, 32. ܕܙܗܒ ܡܫܪܝܢ *obductae* (columnae) *auro;* 28, 11. 39, 6.

Annot. Discedit autem Samaritanus ab Hebraeo Gen. 40, 20. verba בְּהִמָּלוֹ אֶת־ cum Chaldaeo active vertens ܒܝܘܡܐ ܕܝܠܗ et ܒܝܘܡܐ ܕܝܠܗ; neque tamen omnino desunt exempla, in quibus et apud ipsum post Pass. sequitur ܐܡ, nominatim si 3. Sing. impersonaliter usurpata explicari potest per 3. Plur. Verbi activi, ut Deut. 12, 22. · ܐܝܟ ܐܝܠܐ · ܐܡܪ · ܐܡܬܐ · ܐܡ · ܠܐܐܡܪ *quemadmodum comeditur caprea et cervus;* Lev. 12, 3. octavo die · ܒܝܘܡ · ܐܡ · ܒܝܘܡ ܐܪܠܐ *circumcidetur caro praeputii eius;* 16, 27.

3. Si Passiva Activorum notionem sibi vindicant, iungi solent cum Accus., ut Gen. 40, 23. ܐܡܫܟܚܗ *oblitus est eius* v. 20. Deut. 6, 12. 8, 11. 24, 19. Gen. 41, 16. · ܡܬܥܢܐ · ܠܐ ܐܥܢܐ · ܫܠܡ · ܐܡ *non respondebit pacem Pharaoni;* Exod. 32, 30. ܐܒܐ · ܐܒܥܐ · ܚܛܝܬܐ ܪܒܬܐ · ܚܛܝܬܐ *vos commisistis* (pr. peccastis) *peccatum magnum;* v. 31.

Annot. Huc quoque pertinent Participia Pass. activa notione usurpata (§. 19. 1. Annot. E.).

4. Passivorum notionem assumunt quoque *Verba* quaedam *neutra*, ut Gen. 23, 20. ܐܬܩܝܡ · ܫܕܐ *confirmatus est ager.*

§. 76.

Verba Adverbiorum loco posita.

Verborum notio aliis Verbis ita quoque amplificari potest, ut de iis edicatur, quod in aliis linguis Adverbiis exprimi solet; in qua coniunctione hic observari solet ordo, ut praecedens et adverbialem notionem proponens verbi finiti induat formam, alterum vero cum propria sua notione adiungatur vel copula ܘ, ut Num. 22, 15. ܘܬܫܕ · — ܗܘܐ *addidit et misit* i. e. iterum misit; vel sequatur in Infinitivo cum ܠ praefixo, ut Gen. 4, 2. · ܠܗܘܐ ܬܠܕܬܐ *addidit parere* i. e. iterum peperit; 44, 23. · ܠܐ ܡܚܙܐ · ܡܦܢܬܐ · ܠܐܚܙܐ *non videbitis iterum faciem meam;* Exod. 5, 7. Lev. 26, 18.; vel simplici Infinitivo, ut Gen. 8, 10. ܫܕܪ · ܗܘܐ *iterum emisit* v. 12. Num. 22, 19. Ad iteratam sic actionem accedunt praeterea Adverbia ܡܬܬܝܒ et ܬܝܒ s. ܡܬܝܒ et ܡܬܝܒܝܬ *iterum*, quibus vel saepius repetita et continuata actio exprimitur, vel inserviunt omnino augendae rei, vel denique addita negatione confirmant, nunquam aliquid ita esse rediturum. Sic Gen. 38, 5. ܐܬܬܠܕ · ܡܬܝܒ · ܐܗܘܐ *iterum peperit* (h. l. tertio); 18, 29. Num. 32, 15. · ܗܘܐ ܐܠܝܦܬܐ · ܡܬܝܒ *iterum adhuc* (i. e. diutius, continuo) *errare eum faciet;* Gen. 8, 21. ܠܐܪܬܐ · ܡܬܬܝܒ · ܗܘܐ · ܠܐ *non*

amplius perdam i. e. nunquam futuro tempore; Num. 20, 13. Simili modo *celeriter* exprimitur Verbis ܦܪܝܢ · ܦܪܝ (pr. *foecundus fuit*); ܡܗܪܝܢ (= Chald. אוֹחִי *festinavit*), ut Gen. 24, 18. ܐܢܗܪܝܢ · ܐܦܪܝܢ *celeriter demisit;* 27, 20.; 24, 20. et 46. ܐܢܗܪܝܢ · ܐܪܝ idem; 19, 22. ܨܚ · ܡܗܪܝܢ *festinanter evade;* adeoque Passivo ܦܪܝܬܐ Exod. 2, 18. ܠܡܐ · ܡܐܡܝ · ܠܡܐ ܦܪܝܬܐ · ܐܝܟܝ *quare ocius venistis hodie;* nec non *paullatim* per ܐܝܟ, ut Gen. 8, 3. · ܐܝܟ ܐܦܝܬ *iverunt et redierunt* i. e. paullatim recesserunt; *clam* Verbo ܫܪܩ *seduxit*, ut Gen. 31, 27. · ܐܫܪܩ · ܐܝܟ ܪܝܬ *quare clam fugisti.* Praeterea huc pertinet *diligenter* Verbo ܨܒ *custodivit*, ut Deut. 12, 32. ܨܒ · ܠܥܒܐ *diligenter facite;* et *multum* Verbo ܡܬܝܐ expressum, ut Exod. 36, 5. ܐܝܬ · ܐܝ · ܡܬܝܐ *multum populus offert.* Infinitivis adeo licet rarius Adverbia exprimuntur, ut Gen. 31, 28. ܐܬ · ܐܝܟܝ · ܐ *nunc stulte egisti.*

Annot. Alia, ut הֵיטֵב expressit Samaritanus Adverbio ܐܡܐ = ܛܒܐ Deut. 9, 21. 17, 4. 19, 18. 27, 8.

§. 77.

De Ellipsi Verbi deque praegnante eius significatione.

1. Ellipsis Verbi prae ceteris animadvertitur in omittendo Verbo Substantivo ܐܝܬ; quod ut supra §. 53, 1. iam vidimus Pronominibus separatis exprimitur et quidem, ubi merae inservit copulae, vel a) Nomen iungens cum Pronomine, ut Num. 34, 13. ܐܪܥܐ · ܐܢ *haec est terra* 35, 23., vel b) cum Praedicato suo, ut Deut. 1, 28. ܡܕܝܢܬܐ · ܡܪܒܬܐ *urbes sunt magnae;* 3, 5. vel c) ubi plura iunguntur Nomina, et hoc alterumve in appositione accedit, ut Deut. 4, 11. ܚܫܘܟܐ · ܥܢܢ · ܥܪܦܠ *tenebrae erant, nubes et caligo;* Lev. 1, 3. ܐܢ ܥܠܬܐ · ܐܝܬ · ܩܪܒܢ *si munus eius holocaustum fuerit;* v. 10. 3, 6., vel d) ܕ relativum indicat, aliquid alicubi esse, ut Num. 32, 39. et expulerunt Amoraeum ܐܝܕ *qui in ea* sc. erat. Lev. 4, 18.; vel denique e) ubi ܠ omisso ܐܝܬ (cf. §. 74. 2. ܐܡܐ et ܐܡܠ) est i. q. *habere*, ut Num. 32, 4. ܠܡܠܝ · ܥܡܕܝܢ *servis tuis pecora* sc. sunt; Lev. 2, 3.

Annot. ܐܝܬ tum nonnisi adhibetur, ubi Verbo opus est i. q. *existere.* Interdum ܗܘܐ omittitur, ubi alterius verba sequuntur, ut Num. 23, 7.

2. Ellipsi cognata est *constructio praegnans* h. e. ea dicendi ratio, qua Verbum improprie iungitur cum Praepositione ex alio Verbo omisso explicanda. Sic Gen. 14, 15. ܘܦܠܓܘܗܝ ܠܠܝܐ ܡܦܠܓ *divisit* (sc. agmen et processit) *adversus eos noctu;* Num. 14, 24. Deut. 1, 36. Carm. Sam. I. 11. ܐܝܟܐ ܕܝܗܒܬ ܠܡܘܫܐ *Mosi* (tradidisti et) *revelasti.*

§. 78.

De loco, quem Obiectum praeter vulgarem verborum órdinem obtinere possit.

Licet Obiectum, ut iamiam vidimus, proximum post Verbum obtineat locum, tamen si, quod Verbo continetur, prae ceteris ei non item aliis acciderit, ob maiorem, qua efferendum est emphasin Verbo antecedere solet, nominatim si in Pronomine repetatur, ut Deut. 1, 27. ܐܝܗܘܐ ܠܢ ܠܢ ܡܦܩܢ *Iova nos, nos inquam eduxit;* sed eadem fere notione etiam simpliciter collocatur, ut v. 38. ܗܘ ܢܦܫܐ ܬܩܦ *ipsum corrobora;* Deut. 2, 4. 6, 13. 23. 7, 5. ܡܕܒܚܘܗܝ ܕܝܢ ܩܝܡܐ ܕܝܢ ܬܬܒܪܘܢ ܠܗܘܢ *altaria eorum destruetis, et statuas eorum confringetis;* 8, 12. 9, 9. Ubi vero duo Obiecta cum eodem Verbo copulantur (§. 73.), id, ad quod actio praesertim spectat, antecedere potest, dum alterum, quod forte eos designet, qui per consequens participes eius fiant, Verbum sequitur, ut Deut. 1, 36. ܘܠܗ ܐܬܠܢ ܠܐܪܥܐ ܕܪܡܬ ܒܗ ܪܓܠܝܗ ܘܠܒܢܝܗ *et ei dabo terram, quam calcavit, eiusque filiis.*

Caput tertium.

Syntaxis Nominis.

§. 79.

De Nomine emphatico.

Nominis notiò vario modo dilatari potest, dum vel prae ceteris distinguitur Statu emph., vel addito Pronomine definitur aut Adiectivo accuratius describitur, vel ita, ut Nomine in appositione accedente aut in Genitivo ei subornato augeatur, vel denique, ut cum Verbo iungatur. De his deinceps disserendum erit; atque primum quidem

De Nomine in Statu emph. posito.

Status emph. Nomini quippe Hebraeorum cum ה articuli iuncto respondens adhibetur a Samaritano a) quando certam quandam ac definitam rem proponere vult, ut Gen. 1, 1. Principio creavit Deus ⲉⲓⲃⲁⲗ · ⲁⲙⲓ · ⲉⲙⲥⲓⲙⲱⲛ · ⲁⲙ *coelum et terram;* v. 7. ⲉⲙⲁⲓⲣ · ⲁⲙ · ⲧⲉⲃⲃ *fecit firmamentum;* b) ubi certus hominum ordo *collective* in Singulari comprehenditur, ut Gen. 18, 25. ⲉⲃⲙⲏⲥ · ⲉⲁⲥⲉⲃⲏⲥ *iustus pariter ac impius;* inprimis in Gentilitiis, ut Gen. 13, 7. · ⲉⲁⲛⲃⲛⲏⲥ ⲉⲁⲫⲉⲣⲉⲥⲏ *Cananaeus et Pherezaeus;* 15, 19. 20.; aut si e certo rerum genere eligitur, quam, qui loquitur, in mente habet, ut Exod. 2, 15. ⲉⲣⲙⲉ · ⲗⲃ · ⲉⲁⲙⲓ *sedit autem iuxta puteum* eum sc. qui prope urbem; Num. 11, 27. Similiter c) in hoc Statu leguntur Nomina appellativa, quae in notionem Nominum propriorum abierunt, inprimis *Nomina loci*, quo magis propria eorum significatio desuevit, ut Gen. 15, 18. ⲉⲃⲏ · ⲉⲣⲉⲓ *fluvius magnus* i. e. Euphrates (Sam. Salmah); 14, 6. ⲉⲣⲉⲃⲧⲥ *desertum* i. e. Arabicum; 16, 7. E Nominibus geographicis praeterea huc pertinent notissima illa Num. 32, 5. ⲉⲓⲧⲣⲁⲙ *Iordanes;* Deut. 3, 25. ⲉⲓⲛⲉⲃⲗ *Libanon;* Num. 32, 29.; ⲉⲧⲃⲗⲁ *Gilead* v. 40. Deut. 2, 36. Praeterea occurrunt Num. 23, 28. ⲉⲣⲁⲛⲃⲓ *Peor;* Gen. 2, 11. ⲉⲁⲗⲗⲓⲗⲏ *Chavila* et *Nilus κατ' ἐξοχην* ⲉⲣⲉⲓ dicitur Gen. 41, 1. 2. Cum porro d) careat antiquior lingua interiectione Vocativum designante, nec multum differat Nomen definitum ab eo, ad quod oratio dirigitur, factum est, ut hic Status quoque ad hunc Casum notandum adhiberetur, ut Deut. 32, 1. audite ⲉⲙⲥⲓⲙⲱⲛ *coeli.* Carm. Sam. III. 1. ⲉⲥⲙⲃⲁⲓ · ⲥⲙⲉⲗⲁⲗ *Deus aeterne;* IV. 1. 19. Idem observatur particula recentioris linguae ⲉⲁ (cf. §. 46.) Nomen antecedente, ut Carm. Samar. V. 5. ⲉⲓⲥⲏⲣ · ⲉⲥⲗⲥ · ⲉⲁ *o rex misericors;* quin immo, licet rarius, ne vis huius dictionis debilitetur, altero Nomine in Genitivo sequente, ut ibid. V. 13. ⲓⲙⲏⲛⲉ · ⲉⲥⲗⲥ · ⲉⲁ *o rex spirituum nostrorum;* in qua verborum coniunctione alibi ex vulgari dicendi usu Nomen rectum in Statu emph. posuisse sufficit, ut ibid. V. 4. ⲉⲙⲉⲗⲁ · ⲓⲁⲙⲧ *o iudex Deorum* s. *angelorum.* In aliis obtinuit e) vim demonstrativam, ut Gen. 4, 14. ⲉⲥⲥⲓⲙ *hodie;* 19, 34. ⲉⲁⲗⲙⲗ *hac nocte* (cf. v. 35.). Denique legitur f) Nomen emph., quando ⲧ relativum sequitur, quo accuratius definitur, ut Num. 27, 18. ⲉⲃ · ⲏⲛⲉⲧ · ⲉⲣⲃⲧ *vir, in quo spiritus est;* aut Participium

eadem relationis nota explicandum, ut Num. 35, 8. ·ܡܢܕ · ܡܢܐ ܐܝܟܐ · — ܐܡܬܝܐ *ab eo, qui multum habet — qui pauca habet.*

Annot. De ܐ demonstrativo Hebraeorum more articuli loco posito vid. §. 43. Append. Ubi vero non certus quis designatur, aut omnes sine discrimine intelliguntur, qui ad certum ordinem pertinent, tum usurpatur Nomen abs., ut Gen. 1, 26. ܢܥܒܕ · ܥܒܕܘ *faciamus hominem;* 19, 4. ܒܥܘܪ · ܥܕܝ · ܡܠܐ · ܘܢ *a puero ad senem* (statim ܥܡܐ · ܠܐ *totus populus*). Lev. 4, 2. ܢܦܫܐ · ܘܐ · ܚܛܐ *anima si* i. e. quicunque *peccaverit.* In haud paucis locis utitur Samaritanus Nomine emph., ubi Hebraeus habet Nomen sine articulo; quae diversitas in eo est quaerenda, quod Samaritanus forte ibi de re magis definita cogitaret; sic Exod. 9, 24. ܐܢܫܢܝ · ܐܥܕܐ *grando et ignis* sc. a Deo praedictus; Gen. 11, 6. ܐܥܕ · ܐܢܝܘܪܢܝ · ܐܥܕ · ܐܡܐ *unus populus, unumque labium* (δεικτικῶς). Cf. Deut. 28, 7. et §. 48. 2. A. a. Annot. Idem observavit, si forte ad certum quendam hominem aut tempus respiceret, ut Gen. 25, 23. ܐܥܝܕܘ · ܫܡܫܡ · ܐܒܕ *maior serviet minori* i. e. Esavus Iacobo 18, 18. 26, 1. ܐܒܘܡ · ܐܝܐܝ *et erat fames* sc. illius temporis, hinc quoque ibid. ܐܢܫܡܥ · ܐܒܘܡ *fames prior* (= הָרָעָב הָרִאשׁוֹן). In his fere omnibus consentit cum Chaldaeo. Exinde quoque facile perspicitur, quare Gen. 24, 35., cum in textu Hebraeo Nomina sine articulo legantur, Samaritanus vicissim utroque Statu usus fuerit, quippe sub ܐܒܐܥܝ · ܐܘܪܡ argenti aurique pondus s. divitias ex utroque haud cuso constantes intelligens et in Nominibus ܐܡܥܝܡܝ · ܐܡܠܡܝ *cameli et asini* videtur genus certum utroque expressum eum induxisse, ut hanc eligeret formam, dum in reliquis et promiscuum genus et diversitas singulorum ordinis membrorum eum permovit, ut Statu abs. uteretur. Hoc confirmatur quoque Gen. 13, 2., ubi itidem vertit: Abrahamus ditissimus erat ܐܒܐܥܒܝ · ܐܘܪܡ · ܡܢܩܢܐ *pecore, argento et auro* in utroque a Chald. discedens, qui Hebraeum sequitur. — Indefinitum quoque nonnunquam exprimitur per ܥܚܕ *unus*, ut Gen. 22, 13. ܥܚ · ܡܩܢ · ܕܐ *et ecce aries* (*unus*); rarius adhibetur de rebus, ut Exod. 29, 3. ܐܥܚ · ܐܢܝܢܩ *canistrum* (*unum*).

§. 80.

De Nomine cum Adiectivo aut Pronomine iuncto.

1. *Adiectivum* sequitur Nomen suum eodem *Statu*, *Numero* et *Genere.* Si igitur A) Nomen in Statu emph. antecedit, hoc quoque in eodem sequatur necesse est, ut Gen. 10, 12. ·ܐܢܕܩ ܐܢܒܕ *urbs magna;* 7, 2. v. 19. ܐܡܩܚܫ · ܐܡܕܒܒ *montes alti;* 10, 19. ܐܒܕ · ܐܕܐ · ܥܕ *usque ad fluvium magnum;* 25, 8. ܐܢܒܒ · ܐܢܝܒܡܩܒ *senectute bona* i. e. admodum senex; 39, 9. 30, 35. separavit · ܐܡܫܡܢ · ܢܡ

ܐܡܨܝܦܝܢ · ܐܡܘܝܦܝܢ *hircos varios et maculosos.* Idem observatur Nomine cum Suffixo praecedente, quo non minus definitam obtineat notionem, ut Gen. 27, 1. ܐܒܗ · ܐܒܗ *filium suum natu maiorem* (Esavum); v. 15. Deut. 3, 24. ostendisti servo tuo ܐܝܕܟܬܝܐ · ܥܬܝܐ · ܝܕ *manum tuam fortem;* 4, 3. ܐܝܢܝܟܘܢ · ܚܙܝܢܟܘܢ *oculi vestri videntes;* 4, 36. 37. 9, 29.; aut altero Nomine in Genitivo adiuncto, quo Nomen regens, quod antecedit, eadem ratione accuratius definiatur, ut Deut. 9, 10. dedit mihi · ܐܡܪܐ · ܠܘܚܬܐ · ܬܪܬܝܢ · ܕܝ ܥܒܝܕܐ · ܕܐܠܗܐ · ܐܡܐܡܝܢ *duas tabulas lapideas digito Dei scriptas;* 11, 7. ܐܒܗ · ܐܥܒܕܐ · ܪܒܬܐ · ܟܠ *omnia Dei opera magna.*

Annot. Non tamen sequitur Samaritanus Hebraeum, qui interdum paullo negligentius usus brevitate omisso ante Nomen articulo Adiectivum eo augeat, ut Gen. 41, 26., ubi Samaritanus Chaldaeum secutus vertit ܫܒܥܐ · ܫܒܥܝܢ · ܕܒܪܬ *septem vaccae bonae* (פָּרוֹת הַטֹּבֹת); idemque haud neglexit in Nominibus Adiectivo numerali iunctis, ut Gen. 2, 3. ܫܒܝܥܝܐ · ܝܘܡܐ · ܝܘܡ (אֶת־יוֹם הַשְּׁבִיעִי) *septimum diem;* Deut. 5, 14. et Gen. 1, 8. ad sensum magis vertit ܬܢܝܢ · ܝܘܡܐ = יוֹם שֵׁנִי *secundus dies;* similiterque deflectit ab Hebraeo textu Gen. 29, 2. verba וְהָאֶבֶן גְּדוֹלָה transferens ܐܒܢ · ܪܒܐ (Ch. אַבְנָא רַבְּתָא) haud intelligens Adiectivum hic esse Praedicatum, ut Gen. 33, 13., ubi recte habet ܥܠܝܠܝܢ *sunt teneri* (cf. Num. 24, 7. ܡܝܐ · ܪܒܝܢ = מַיִם רַבִּים). Interdum Hebraeorum articulus a Sam. ante Adiect. et Part. exprimitur per ܕ, ut Gen. 31, 10. ܥܠܝܢ = הָעֲלִים *ascendentes.*

Ubi vero B) Nomen abs. antecedit, in eodem quoque Statu sequitur *Adiectivum*, ut Gen. 12, 2. faciam te ܠܟ · ܥܡܐ *populum magnum;* 17, 20. 18, 7. · ܥܠ · ܒܪܟ · ܒܟ · ܒܝܬ ܛܒܐ *et sumsit vitulum tenerum ac bonum.*

2. Idem valet de Pronominibus cum Nomine iunctis, ante quae Hebraeorum articulus ܗ demonstrativo (cf. §. 43. Append.) exprimitur, ut ܡܗܗ · ܗܕܐ · ܥܠܟ *ex hac terra;* 12, 7. 15, 17. 18. 17, 21. 23.; si vero Nomini praeterea additur Adiectivum, Pronomen ultimum occupat locum, ut Num. 14, 27. ܗܕܗ · ܗܝܝܡܐ · ܗܝܝܠܟ *congregatio ista mala.*

Annot. Interdum tamen et hic omittit articulum, ubi nec apud Hebraeum legitur, ut Exod. 10, 1. ܐܬܘܬܝ · ܡܢܝܢ = אֹתֹתַי אֵלֶּה *haec mea signa;* licet non omnino sibi constet, cum Gen. 32, 22. inveniantur pro Hebraicis בַּלַּיְלָה הוּא verba ܐܬܗ · ܗܡܠܡܐ.

§. 81.

Nomen in appositione.

Appositionem dicimus Nomen praecedenti alteri explicando adiunctum, ut Gen. 24, 2. dixit Abrahamus ܥܒܕܗ ܕܒܝܬܗ ܕܡܪܝܗ *servo suo, seniori domus suae;* Exod. 14, 31. crediderunt ܒܡܫܐ ܕܥܒܕܗ *in Mosen, servum eius;* 15, 20. 24, 13. 28, 1. 35, 19. vestes sanctae ܠܒܫܐ ܕܩܕܫܐ *Aaronis sacerdotis;* 40, 6. ܩܕܡ ܬܪܥܐ ܕܡܫܟܢܐ ܕܣܗܕܘܬܐ *ante portam tabernaculi, tentorii testimonii;* Lev. 21, 1. 23, 4. et saepius; ubi Adiectivum exspectaveris, ut Deut. 22, 23. 28. ܥܠܝܡܬܐ ܕܠܐ ܡܬܪܘܕܬ *puella virgo;* Num. 32, 14. ܐܢܫܐ ܚܛܝܐܐ *homines peccatores;* Deut. 28, 36.; aut Genitivum, ut Gen. 41, 1. ܬܪܝܢ ܫܢܝܢ ܕܝܘܡܐ *duo anni dierum;* Deut. 16, 21. Nominis Suffixum repetitur quoque in appositione, Exod. 4, 23. ܒܪܟ ܒܟܪܐ *filius tuus primogenitus* (tuus); aut, ut ne quis dubitet, de quo sermo sit, recipitur denuo Nomen antecedens, ut Exod. 38, 21. haec est recensio ܠܘܚܬܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܕܡܫܟܢܐ *tabernaculi, tabernaculi* (inquam) *testimonii;* Num. 32, 1. ܗܐ ܐܬܪܐ ܕܡܪܥܐ ܕܥܢܐ ܕܡܪܥܐ *et ecce locus, locus erat pecorum* i. e. pascuum; 35, 11. Deut. 15, 9. Huc denique pertinet, si *Adiectivum* appositionis instar Nomini adiungitur, quo certius a similibus discernatur, aut Nomen Adiectivi loco usurpatum, ad quod pariter Nomen antecedens repetendum est, ut Gen. 37, 23. exuerunt Iosephum ܠܒܫܗ ܕܦܣܝܢܬܐ ܠܒܫܗ ܕܦܣܝܢܬܐ *tunica sua, tunica versicolore;* c. 44, 2. ܟܘܦܝ ܕܟܣܦܐ ܕܟܣܦܐ ܠܒܫܝ *scyphum meum, scyphum argenteum* (§. 84, 1.).

§. 82.

De repetitione atque Ellipsi Nominis.

1. Repetitur Nomen sine copula a) ad multitudinem eius rei significandam, quae in simplici continetur, ut Gen. 14, 10. ܒܐܪܡܬܐ ܕܒܐܪ ܕܒܐܪ *putei, putei bituminis* (nos: lauter Gruben) i. e. vallis puteis bituminatis plena; Exod. 8, 14. ܒܓܪܝܢ ܒܓܪܝܢ ܠܒܐ ܕܥܒܕܘܗܝ *collegerunt eas* (sc. ranas) *acervatim* pr. modios, modios i. e. modios iis implentes; b) si plures eiusdem ordinis res singulae considerantur *(distributive)*, ut Gen. 32, 16. ܥܕܪ ܕܥܕܪ *grex, grex* i. e. *singuli greges;* Num. 17, 2. Gen. 41, 35. ܕܒܝܢ ܕܒܝܢ

ܒܝܬܐ · ܐܠܗܝܢ ܕܥܒܕܝܢ *cibum, cibum in urbibus servent* i. e. in singulis urbibus; Exod. 5, 19. ܒܝܘܡܐ · ܝܘܡ *singulos dies* (Tag für Tag); 16, 21. ܒܪܢܫܐ · ܒܪܢܫܐ *singulis matutinis;* 36, 3. Num. 28, 13. et inserta copula Gen. 39, 10. · ܝܘܡ ܝܘܡܐ *singulis diebus* i. e. quotidie. De Nominibus numeralibus repetitis vid. §. 89. C. Haud raro plura Nomina sensu inter se arctissime coniuncta eadem notione bis ponuntur, ut Lev. 24, 8. ܫܒܬܐ · ܝܘܡܐ · ܫܒܬܐ · ܝܘܡܐ *singulis sabbatis;* Num. 31, 4. ܐܠܦܐ · ܫܒܛܐ · ܐܠܦܐ · ܫܒܛܐ *mille de singulis tribubus;* 34, 18. · ܪܫܐ · ܐܚܕ · ܪܫܐ · ܐܚܕ ܫܒܛܐ · ܐܠܦܐ *principem unum de singulis tribubus sumetis;* Exod. 26, 21. 25. Idem linguae usus inservit c) circumscribendis Pronominibus *quisque*, *quicunque*, ut Num. 9, 10. ܓܒܪ · ܓܒܪ *vir*, *vir* i. e. quisque; 14, 34. · ܫܢܬܐ · ܝܘܡ ܫܢܬܐ · ܝܘܡ *dies quisque pro anno* (erit); 17, 6. Deut. 32, 7. Adhibetur porro d) ad progressum temporis in continuanda eadem re significandum, ut Deut. 2, 27. · ܐܪܥܟ · ܒܐܪܚܐ ܒܐܪܚܐ · ܒܐܪܚܐ *transibo terram tuam in via*, *in via* i. e. continuo, haud ab ea deflectens; aut exprimit e) diversas sibique oppositas res copula tamen ܘ inter se connexas, ut Deut. 25, 13. ܐܒܢܐ · ܐܒܢܐ *lapis et lapis* i. e. diversum pondus; v. 14. ܐܦܐ ܐܦܐ · ܐܦܐ *Epha et Epha* i. e. diversum; quae verba statim explicantur per ܪܒܐ ܘܙܥܘܪܐ · ܙܥܘܪ *magnum et parvum.* Tandem haec repetitio inservit f) rei augendae ita, ut nihil praeter eam agatur, ut Deut. 16, 20. · ܙܕܩ · ܙܕܩ ܬܪܕܦ *iustitiam*, *iustitiam exerceas* i. e. nihil, nisi quod iustum sit; aut si Nomen proprium repetitur, hoc eo fit consilio, quo citius vocatus audiat et advertat ad ea, quae quis dicturus est, ut Gen. 22, 11. Exod. 3, 4.

2. Ellipsis Nominis in paucis deprehenditur locis atque nonnisi tum, cum aut facile suppleri, aut ex praecedentibus cognosci potest, ut Lev. 11, 20. ܐܪܒܥ · ܠܘ · ܕܡܫܟܐ *quod incedit super quatuor* sc. pedibus; v. 21, 42. 21, 14. ex his · ܠܐ ܢܣܒ *non ducet* sc. sibi uxorem Deut. 7, 3. · ܠܐ · ܬܬܠ ܒܪܬܟ · ܠܒܪܗ · ܠܐ · ܬܬܢ · ܒܪܬܗ · ܒܪܟ *filiam tuam non dabis* (i. e. collocabis) *filio eius neque filiam eius sumes filio tuo* sc. uxorem. Gen. 16, 1. ܠܐ · ܝܠܕܬ · ܠܗ *non pepererat ei* sc. ܒܪܐ; 30, 1. Num. 14, 1. ܢܣܒ *elevavit* sc. vocem suam (ܩܠܗ s. ܩܠܗ, quod in sqq. additur). Rarius omittitur Nomen Subiecti loco collocandum, utpote quod e Verbo

facile cognoscatur, ut Gen. 31, 36. [illegible] *et exarsit Iacobo* sc. [illegible] *ira.*

§. 83

De Numero et Genere Neutro.

1. Nomina quaedam materiam cohaerentem denotantia inprimis metalla ut [illegible] *aurum* etc. nonnisi in Singulari usitata sunt; quorum Pluralis apud Hebraeos non admittitur, nisi de nummis inde excusis cogitaveris. Idem valet de frumentorum generibus, quorum Pluralis innuit grana demessa et in horreis coacervata; ut Lev. 27, 16. [illegible] *Cor hordei;* similiter Lev. 1, 7. [illegible] sunt *ligna fissa.* Neque tamen sequitur Samaritanus Hebraeum in Plurali כְּסָפִים pro nummis usurpando Gen. 42, 25. Singulari [illegible] *pecunia eorum* usus. Idem fere valet de Nomine אֱלֹהִים ([illegible]), pro quo Samaritanus in duobus prioribus Geneseos capitibus substituit [illegible] aut [illegible] (cf. §. 45. 2. Annot. 2.); quod ubi retinet adiuncto [illegible] (cf. tamen Gen. 3, 8. [illegible]) nihil offendimus, cum iam [illegible] satis declaret, unum tantum Deum, Iovam nimirum esse intelligendum, et [illegible], quod alibi cum [illegible] i. e. *angeli* permutare solet, ut Gen. 5, 1. (cf. tamen Gen. 1, 27. [illegible] *ad imaginem Dei*) mere sapit originem Hebraeam (cf. §. 43. App.). Idem Nomen si cum Plurali iungitur, designat ut apud Hebraeos alienos Deos, qui ut Exod. 20, 3. [illegible] *Dii alieni* addito Adiectivo satis a vero Deo dignoscuntur. Nec tamen omnino desunt loci, in quibus et apud Samaritanum pro Plurali maiestatico adhibetur, ut Deut. 4, 33. [illegible] *Deus vivus qui loquitur* i. e. verus et unicus, quod [illegible] repetitum e c. 5. 26., ubi et apud Hebraeum legitur חַיִּים, satis arguit, eo minus dubitasse Plurali [illegible] uti, quo magis persuasum sibi haberet, hoc additamento Iovam satis ab idolis distingui.

Annot. Simile quid observatur in reddenda formula נֶאֱסַף אֶל־עַמָּיו, ubi Samaritanus habet [illegible] Gen. 25, 8. 49, 33. Num. 27, 13. Deut. 32, 49. (Ch. לְעַמֵּיהּ), cum aliis in locis, in quibus similiter de uno populo aut de tribubus eius sermo est, nominatim in formula [illegible] *huius anima exscindetur de populo suo* (pr. populis suis) Plurali cum Hebraeo utatur, ut Gen. 17, 14. Lev. 7, 20. 21. 27. Ubi tamen Hebraeus paullo liberius adhibet Pluralem pro Singulari, ut Gen. 8, 4., ibi Samaritanus Singu-

larem praefert (ܛܘܪܐ *mons* pro הָרִי). Licet contra Gen. 31, 34. de uno tantum idolo cogitandum esse videatur, tamen Samaritano quoque placuit ܬܪܦܝܡ = תַּתְּרָפִים retinere.

2. *Neutrum* exprimitur a) *Masculino* Adiectivorum et Pronominum (cf. §. 41. 1.), ubi res indefinite proponitur, ut Deut. 6, 18. facies ܕܝܬܝܡ · ܐܝܬܝܗܒ · ܛܒܬܐ · ܕܡܫܬܐ *quod rectum et bonum est in conspectu Dei;* Exod. 4, 2. · ܡܢ · ܕܝܢ ܐܝܬܐ *quid hoc in manu tua?* Num. 18, 9. Exod. 18, 25. ܛܠܝܢ · ܕܐܪܒܝܢ *parvum sicut magnum;* Lev. 15, 20.; Carm. Sam. IV. 21. ܡܟܡܐ · ܠܟܐ · ܡܦܠܝܢ · ܠܟ *neque in abscondito neque in manifesto;* ubi tamen de re definita disseritur, tum adhibetur b) *Femininum*, ut Gen. 44, 4. · ܠܓܡܟܗ · ܕܡܫܢ ܕܛܒ *malum pro bono;* 50, 20. Exod. 10, 6. · ܕܠܒܡܟܓ ܠܕܡܠܫܬ (reliquum) *quod evasit, relictum est;* 18, 9. · ܕܝܬܝܡ · ܕܛܒܬ · ܕܠܒܛ · ܟܝ · ܟܒ · ܝܕܠܡ · ܕܢܗ ܟܠܕܡܟ *laetatus est Iethro de omnibus bonis, quae contulerat Deus in Israelitas;* Carm. Sam. III. 3. · ܕܠܠܡܟܝ ܕܠܠܡܦܠܝܢ *manifesta et abscondita.*

II. De Casibus Nominis.

§. 84.

De Genitivo.

1. Duo Nomina, quorum prius in Statu constr. (cf. §. 43.) cum sequente *Genitivum* exprimente arctissime iungitur, ita ad se invicem referuntur, ut illud *(relatum* s. *determinatum)* ab hoc *(determinante)* pendeat ac definiatur. Dum autem hoc semper Nomen esse debet, illud quoque Adiectivum *(relativum)* aut Participium esse potest, et quatenus Nomen determinans et ipsum iterum ab alio, quod sequitur, determinatur, plura Nomina constructa deinceps sese excipere possunt; sic Gen. 24, 27. · ܠܡܒ ܡܒܒ · ܫܡܟܠ *domus fratris domini mei;* 25, 7. · ܡܫܢܡ ܫܢܝܒܐ · ܡܫܢܡܝ · ܡܝܡ *dies annorum vitae Arahami;* 10, 31. ܫܡ · ܡܬܡܟܡ · ܠܝܢܟܗ · ܕܬܕ *haec est portio filiorum Semi;* 13, 7. 17, 23. 35, 20. 39, 21. 47, 9. Exod. 6, 16. Lev. 21, 12. Deut. 31, 26. In universum de hac coniunctione hoc valet. Ubi utrumque Nomen, aut prius tantum est definitum, sequitur posterius in Statu emph., nec minus indefinito definitum antecedente, nisi ambiguitas quaedam ܕ ante Genitivum necesse faciat (vid. infra 4. a.). Varia autem huius coniunctionis

genera haec sunt: a) Possunt duo *Concreta* coniungi, ut Gen. 3, 1. ܐܝܠܢܐ ܕ ܓܢܬܐ *arbor horti;* v. 18. ܐܥܒܐ ܕ ܒܪܝܐ *herba agri;* 6, 7. 21, 22. 12, 15. 6, 2. ܐܡܪܝܐ ܕ ܡܠܟܐ *filii dominatorum* et ܐܢܫܬܐ ܕ ܒܢܝ ܐܢܫܐ *filiae hominis;* quo et pertinent nomina terrarum, urbium, fluviorum, montium, ut Gen. 15, 2. ܕܡܣܩܐ ܕ ܐܠܝܥܙܪ *Damascus Eliezeri* i. e. eius urbs; Deut. 23, 4. ubi modo appositionem exspectaveris, ut Gen. 2, 11. ܐܪܥܐ ܕ ܚܘܝܠܐ *terra Chavilah;* 15, 18.; aut b) Nomen determinatum potest esse *Abstractum*, ut Deut. 28, 67. ܕ ܕܚܠܬ ܠܒܐ *timor cordis tui;* in qua tamen coniunctione *Abstracti* notio ita ad *Concretum* referri potest, ut eius vis et efficacia non in hoc reperiatur, sed *Abstractum* eius sit *Obiectum* (*Genitivus obiectivus* cf. §. 55. A. 3.), ut Gen. 35, 5. ܠܡܐܠܐ ܕ ܐܠܗܝܬ *timor Dei* i. e. erga Deum; 18, 20. ܠܬܪ ܕ ܐܘܒܝܡ *clamor Sodomorum* i. e. de iis sublatus; Exod. 22, 11. ܕ ܐܘܡܬܐ ܕܝܗܘܐ *iusiurandum Iovae* i. e. per Dei nomen datum; c) *Abstractum*, quod sequitur, potest praecedentis *Concreti* describere naturam, quae coniunctio eo frequentior in dialectis Semiticis, quo pauciora habeant Adiectiva. Hinc hic Nominis pro *Adiectivo* usus animadvertitur *α*) in meris *Abstractis*, ut Gen. 24, 48. ܐܪܚܐ ܕ ܫܪܪܐ *via veritatis* i. e. vera; Lev. 19, 36. ܡܐܙܢܐ ܕ ܫܘܩܐ ܕ ܡܐܙܢܐ ܕ ܙܕܩܐ *statera iustitiae*, *pondera iustitiae* i. e. recta, iusta; Exod. 5, 9. ܡܠܬܐ ܕ ܫܩܪܐ *verba vanitatis* i. e. vana; 23, 1. 7. Num. 5, 24. ܐܡܪܬܐ ܕ ܡܪܐ *aquae amaritudinis* i. e. amarae; 8, 7. Deut. 2, 16. Exod. 39, 7. ܐܒܢܝ ܕ ܡܐܬܐ *lapides memoriae* i. e. memoriales; interdum adeo in iis, quorum Adiectiva in usu sunt, at potius de personis quam de rebus usurpantur; quo pertinet ܩܕܝܫܘܬܐ *sanctitas* (Adiect. ܩܕܝܫܐ et ܩܕܝܫܬܐ Exod. 29, 31. Lev. 6, 16. 26.), ut Exod. 28, 2. ܩܕܝܫܐ ܕ ܠܒܘܫܐ *vestes sanctitatis* i. e. sanctae; 29, 29. *β*) in iis, quibus inest notio aeterni, continui aut repetiti temporis, ut Lev. 23, 41. ܫܪܥ ܕ ܥܠܡܝܘܬܐ *praeceptum aeternitatis* i. e. aeternum; 24, 8. Gen. 17, 8. Num. 28, 8. Exod. 29, 41. ܐܡܘܡܐ ܕ ܨܦܪܐ *oblatio matutini temporis* i. e. matutina. Praeterea hic usus translatus est *γ*) ad omnia Nomina materiem significantia, ut Gen. 24, 53. ܕ ܡܐܢܝܐ ܕ ܟܣܦܐ ܕ ܡܐܢܝܐ ܕܗܒܐ *vasa argenti et vasa auri* i. e. argentea et aurea; v. 22. Exod. 3, 22. 11, 2. 20, 23. 30, 18. ܟܝܪܐ ܕ ܢܚܫܐ *labrum aeris* i. e. aeneum; Gen. 35, 14. ܐܒܢܐ ܕ ܐܒܢܐ *statua lapidis* i. e. lapidea et in Plur. Exod. 24, 12. ܐܡܪܐ ܕ ܠܘܚܬܐ *tabu-*

lae lapideae; 31, 18. 34, 1. 20, 17. ܐܒܢܐ · ܡܕܒܚܐ *altare lapideum* i. e. lapidibus exstructum; Exod. 28, 11. · ܐܒܢܐ ܚܨܐ *lapidarius* pr. artifex lapidis vel in lapide; Lev. 15, 12. ܟܠܝܐ · ܚܪܣܐ *vas testae* i. e. testaceum; 14, 4. · ܐܪܙܐ ܕܐܪܙܐ *lignum cedri* i. e. cedrinum; Exod. 28, 37. 36, 19. 29, 2. ܐܪܒܥܐ · ܚܛܝܐ *simila tritici* i. e. triticea.

Annot. Exempla rariora reperiuntur Deut. 21, 13. · ܝܪܚܐ ܐܪܝܚܐ *mensis dierum* i. e. integer mensis; Nomine qualitatis antecedente Exod. 13. 3. ܬܩܦ · ܕܚܝܠܐ *robur manus* i. e. manus fortis; Gen. 23, 6. ܩܒܪܝܢ · ܕܒܚܝܪ *sepulcra nostra electa* pr. electio sepulcrorum nostrorum. Praeterea ܟܠ Nomine emph. sequente est i. q. *totus, universus,* ut Gen. 9, 19. ܐܪܥܐ · ܟܠ *universa terra;* 19, 4. ܥܡܐ · ܟܠ *totus populus;* 25. 41, 54. ܐܬܪܘܬܐ · ܟܠ *omnes terrae;* Num. 32, 13. Deut. 1, 19. ܡܕܒܪ · ܡܕܒܪܐ · ܟܠ *totum desertum magnum;* sequente autem Nomine abs., ita ut res singulae eiusdem generis, quae plurifariam adesse possint, intelligantur, respondet Lat. *omnis* (*jeder*) ut ܥܫܒܐ · ܟܠ *omnis herba;* 7, 21. ܒܣܪܐ · ܟܠ *omnis caro;* 8, 16. Lev. 4, 2. ܡܨܘܬ · ܡܪܝܐ · ܟܠܡܠܐ *contra quaevis praecepta Dei* sc. si quis peccaverit. Cum igitur Samaritanus bene hunc linguae usum nosset, non adeo offendet, qui Exod. 1, 22. pro Hebraicis כָּל־הַבֵּן *quicquid masculi* ܕܟܪ · ܟܠ sequente ܡ invenerit. Cf. §. 43. Append. Pro eo legitur quoque ܟܠܟܠ Gen. 1, 28. · ܟܠܟܠ ܚܝܘܬܐ *omnes bestiae;* 2, 11. et cum apud Hebraeum quoque in Genitivo collocetur, Samaritanus itidem hunc ordinem retinuit Num. 18, 13. ܟܠ · ܩܕܡܬܐ *primitiae omnium rerum;* Deut. 28, 47, 48. Neque hoc hic reticendum, pro Statu constr. tum adhiberi absolutum, cum alterum Nomen magis alteri describendo inservit et Adiectivi loco annectitur, quod inprimis valet de Nominibus materiam designantibus, ut Lev. 27, 6. ܚܡܫ · ܣܩܠܐ ܕܟܣܦܐ · ܚܫܫܝܐ *quinque sicli argenti* i. e. argentei; Gen. 18, 6. ܣܩܘܬ · ܚܛܝܐ · ܩܡܚܬܐ · ܐܚܐ *tria sata farinae similae* sc. depsito Exod. 37, 3. (cf. §. 43. II. C.) Huc tamen referri non potest Num. 29, 1., ubi verba Hebraea יוֹם תְּרוּעָה (Ch. יוֹם רַבָּא) vertuntur a Sam. ܝܘܡܐ · ܡܨܝܬܐ *dies clangoris* et aut ܡ in ܡܨܝܬܐ abiiciendum, aut inter utrumque Nomen ܬ inserendum est. Quod autem attinet ad Num. 21, 14., quo loco Hebraea סֵפֶר מִלְחֲמֹת יְהוָה redduntur ܡܨܡܬ · ܡܩܒܪܐ · ܕܢܐ videtur ei, cum Stat. emph. ܡܩܒܪܐ cum ܡܨܡܬ perperam iungatur, Chaldaeus ante oculos obversatus fuisse, qui, cum utrumque iungere dubitaret, interponeret הַנֶּבֶר *bella, quae fecit Iova,* ex quo fonte noster hausisse videtur, idem Statu emph. exprimens, quod Chaldaeus Verbo. Quam diligenter ceteroquin Samaritanus devitaverit sequi Hebraeum ab hac lege discedentem et articulum Nomini praefigentem, ubi Statum constr. quisque exspectaverit, docent Exod. 39, 17. · ܐܢܩܬܐ · ܩܐܕܐ ܕܒܕܬ *duae catenae tortiles aureae* (הָעֲבֹתֹת); Gen. 31, 13. · ܕܐܠܬܗ ܐܝ · ܐܩܒܬ *potentissimus Beth-El.* (הָאֵל בֵּית־אֵל); 24, 67. · ܕܝܐ ܕܣܪܐ · ܕܦܬ *tentorium Sarae matris suae* (הָאֹהֱלָה); qui duo po-

steriores loci circumscribuntur quoque a Chaldaeo, quem noster imitatus est. Quae tandem Exod. 9, 28. leguntur ܩܠܝܗܘܢ · ܕܐܠܗܐ *tonitrua Dei* pro ܩܠܐ (§. 42. I. 3. Annot.) Ch. קָלִין־דִּלְוָט *tonitrua maledictionis* et Gen. 27, 2. verba ܝܘܡܝ · ܕܡܘܬܝ *dies mortis meae* (pro ܝܘܡܝ Ch. יוֹמָא דְּאֵמוּת *dies, quo moriturus sum*) facile explicantur ex iis, quae §. 43. II. C. Annot. dicta sunt.

2. Cum igitur Adiectiva omnino sint rariora, non sane miraberis, quod Abstracta aut Nomina rerum iungantur cum Nominibus, quae possessorem aut auctorem alicuius rei indicant; quo pertinent a) ܓܒܪܐ *vir* Gen. 25, 27. ܨܝܕܐ · ܓܒܪܐ *vir venationis* i. e. venator; Exod. 4, 10. ܡܠܐܝܢ · ܓܒܪܐ *vir verborum* i. e. disertus; 18, 21. ܚܝܠܐ · ܓܒܪܐ — · ܩܫܬܐ · ܓܒܪܐ *viri fortitudinis — veritatis* i. e. fortes et veraces; Num. 31, 28. · ܓܒܪܐ ܕܚܝܠܐ *milites;* Deut. 2, 14. Num. 1, 4. ܪܫܐ · ܓܒܪܐ *princeps;* b) ܒܥܠܗ s. ܒܥܠܬܗ *possessor, dominus* (=בַּעַל); Exod. 21, 3. ܐܢܬܬܗ · ܒܥܠܗ *maritus;* v. 22. Exod. 24, 14. ܡܠܐܝܢ · ܒܥܠܗ *disertus* i. q. supra ܡܠܐܝܢ · ܓܒܪܐ; Gen. 14, 13. ܒܥܠܝ ܒܪܝܬܐ · ܒܥܠܗ *domini foederis* i. e. foedere iuncti, socii; 49, 23. ܡܪܝܝ ܕܡܠܚܡܬܐ · ܒܥܠܗ (Syr. ܡܪܝ ܡܠܚܡܬܐ *domini turbarum*) *seditiosi* pr. domini divisionum, partium; c) ܒܪ = בֵּן *filius*, quo vel significatur affinitas aut origo, ut Deut. 3, 18. ܚܝܠܐ · ܒܪ *robusti* pr. filii roboris; 25, 2. · ܒܪ ܠܡܬܐ *ad verbera condemnatus* s. *iis dignus* pr. filius verberum; Lev. 4, 3. ܬܘܪܐ · ܒܪ *vitulus* pr. filius taurorum; 12, 8. et 14, 22. ܬܘܪܐ · ܒܪ *pulli columbarum;* vel aetas Exod. 12, 5. ܫܢܐ · ܒܪ *unum annum agens, anniculus;* Lev. 14, 10. fem. ܫܢܐ · ܠܒܪ; Pl. ܫܢܐ · ܒܪ; Gen. 16, 16. ܫܢܐ · ܡܬܬܠܬ · ܒܪ *octogenarius;* 5, 32. · ܡܐܬ · ܒܪ ܫܢܐ · ܚܡܫܡܐܐ *quingentos annos natus;* 7, 6. 17, 12. · ܒܪ ܡܬܝܠܕ · ܫܡܢܐ *octo dies natus;* 21, 4. 5. d) ܪܒ *princeps;* Num. 31, 48. · ܒܪ ܐܠܦ · ܫܠܝܬܐ · ܒܪ ܫܠܝܬܐ *chiliarchae et centuriones.* Largiorem exemplorum copiam praebet lingua Syriaca. Cf. Agrellii Supplementa Synt. Syriacae p. 94 — 107.

3. *Adiectivis* explicandis quoque interdum apponuntur Nomina, quibus significatio eorum determinatur, dum per se posita in universum aliquem statum designarent *(Adiectiva relativa)*; sic Gen. 24, 16. ܛܒܬ · ܡܪܐ *pulcra* pr. adspectu bona; 26, 7. 39, 6. ܛܒܬ · ܡܫܬܝ · ܒܪ · ܡܫܝ *pulcer* (forma) *et formosus* (adspectu); Exod. 35, 25. · ܡܬܬܝܢ · ܫܡܫܐ

ܚܟܝܡܬܐ *mulier sapiens* (corde); 35, 10. 33, 3. ܥܡܐ ܩܫܝܐ ܥܡܐ *populus contumax* pr. durus cervice v. 5. 34, 6. ܩܛܝܠ ܐܦܝܢ *tardus ad iram.*

Annot. Veruntamen non constanter Samaritanus in hoc dicendi usu Hebraeum secutus est, Adiectivum Nomini ut *Praedicatum* adiungens, Gen. 49, 12. ܚܘܪܝ ܥܝܢܝܢ ܚܠܒܢ ܫܢܝܢ *vinosi* (sunt) *oculi, candidi dentes* (חַכְלִילִי עֵינַיִם — וּלְבֶן שִׁנַּיִם); vel negligentius vertit verba Hebraea, ut c. 29, 17. ܫܦܝܪ ܚܙܘܬ ܘܫܦܝܪ ܡܪܐܝܗ *pulcra forma et pulcra adspectu* (= יְפַת־תֹּאַר וִיפַת־מַרְאֶה), ubi Chaldaeus interposuit בְּ. In aliis denique locis, ut Gen. 41, 2. 3. utitur quidem Statu abs. ܫܡܝܢ ܘܪܥܝܢ ܡܪܥܝܢ *foedae visu et graciles carne* (cf. Ch. בְּרִשָׁן לְמֶחֱזֵי et חֲסִירָן בְּסַר, ubi בְּסַר est Accus.); redit autem v. 4. iterum ad Hebraeum vertens ܡܪܥܝܢ ܐܝܟ ܫܡܝܢ ܘܪܥܝܢ, in quibus Chaldaeus, quem in praecedentibus sequi potuit, sibi constat; nisi forte hic, quod utique haud negaverim, novam sibi legem scripsisse existimandus sit in utendo Nomine abs. et emph., quo Adiectivum explicatur, observatam.

4. Praeterea denique Samaritanus alias recepit Genitivum exprimendi rationes. Utitur enim ut Hebraei a) Praefixo ܕ, quo in universum exprimitur possessio Gen. 32, 17. ܕܝܠܗ *cuius* et quidem *α*) ita, ut Nomen excidisse videatur ante Nomen Genitivum cum ܕ exprimens supplendum, ut ܝܘܡܐ in diebus mensium enumerandis Gen. 8, 5. ܒܚܕܐ ܕܬܫܪܝ *primo mensis* (die); v. 13. Exod. 12, 3. ܒܚܕܐ ܕܬܫܪܝ *decimo mensis* (die) (alibi additum adeo est ܝܘܡܐ seq. ܕ, ut Gen. 8, 4. 14.); aut ܡܠܬܐ *res, negotium*, ut Gen. 40, 8. ܠܐ ܕܐܠܗܐ ܡܫܪܝܢ *nonne Dei sunt interpretationes;* *β*) quando Nomen alterum definitum separandum est a priore indefinito, ut Gen. 41, 12. ܥܒܕ ܕܛܒܚܐ *servus* (aliquis) *praefecti coquorum;* Num. 19, 11. ܒܢܝ ܕܐܕܡ *cadaver cuiuscunque animae;* 7, 24. ܪܝܫ ܒܢܝ ܙܒܘܠܘܢ *princeps filiorum Zabulon;* 36, 42. cf. v. 18. Carm. Samarit. I, 7. ܪܝܫ ܕܟܠ ܩܕܝܫ *princeps omnis sanctitatis;* III. 20. ܣܘܦ ܕܟܠ ܡܠܬܐ *finis omnis rei;* nec minus, quando *finis* indicatur Genitivo, ut Carm. Sam. I. 7. ܙܡܢ ܕܟܠ ܟܢܫܬܐ *tempus omnis conventus* i. e. omni conventui sacro destinatum; I. 15. ܡܙܘܢܢ ܕܚܝܝܢ *alimentum vitae nostrae* sc. sustentandae necessarium; aut quando *γ*) inserto verbo ordo interrumpitur inprimis Numeralibus antecedentibus, ut Num. 9, 1. ܒܫܢܬܐ ܬܪܬܝܢ ܕܢܦܩܘܗܝ *anno secundo egressus eorum;* Gen. 7, 11. aut ubi *δ*) de tribus pluribusve Nomini-

bus priora arctius inter se cohaerent, ut Num. 3, 30. ܡܫܪܝܐ ܕܒܝܬ ܐܒܗܬܗ ܕܩܗܬ *princeps domus patris familiae Cahathitarum;* aut denique ε) si Nomen antecedens maiore cum emphasi in Statu emph. legitur, ubi Genitivo praeterea frequenter nota relationis ܕ annectitur, ut Gen. 40, 5. ܐܦܝܦܝܕ ܕܐܦܝܐ *pistor* (qui erat) *regis* (v. 1. simpliciter ob sequentia ܕܐܦܝܐ dictus); 29, 9. ܕܥܒܐܐܕ ܕܐܢܘܢ *oves patris sui;* 31, 19. 47, 4. Deinde b) Syrorum more Genitivus exprimitur per ܕ Nomine emph. antecedente, quo significatur, peculiare id esse certae rei aut personae ab altera eo ipso separandae, eximendae aut distinguendae, ut Gen. 3, 24. ܕܠܗܒܬܐ ܕܚܪܒܐ *flamma gladii;* 21, 21. ܕܒܡܕܒܪ ܦܐܪܢܐ *desertum Pharan;* 22, 18. 23, 7. 13. 17. 24, 3. ܕܫܡܝܐ ܕܐܪܥܐ ܕܡܪܝܐ ܕܥܠܡܐ *Deus coeli et Deus terrae;* v. 27. 42. 31, 13. 42, 6. 30. 44, 12. Num. 5, 17. 23, 10. 24, 3. 31, 14. Deut. 13, 3. 33, 27. Carm. Sam. I. 1. ܕܒܪܘܬܐ ܕܟܠܐ *creator mundi;* ibid. 5, 14. III. 8. 9. IV. 18. 21. VI. 18. Circumscribitur quoque c) Genitivus praepositione ܒ, quando, qui certo ordini adscripti sunt, ita nominantur, ut haud desinant esse iuncti cum iis, qui hac Genitivi nota adiunguntur, ut Exod. 22, 28. ܒܥܡܟ ܡܫܪܝܐ *princeps populi tui* i. e. inter populum tuum; 34, 31. Ubi praeterea huic Genitivo praefigitur ܕ, significatur eo praesertim locus, quo reperiatur aliquid a similibus vel iisdem rebus, quae alibi sint, distinguendum, ut Exod. 7, 20. ܕܢܗܪܐ ܕܡܝܐ *aquae fluvii* i. e. Nili (v. 24. ܢܗܪܐ ܡܝܐ); v. 21. ܕܐܚܝܬܐ ܕܢܗܪܐ *pisces fluvii* i. e. qui in Nilo, non item alibi. Denique si d) aliquid ita enuntiatur in Genitivo, ut separetur a toto utpote pars, tum adhibetur ܡܢ; sic Exod. 7, 21. ܡܝܐ ܕܢܗܪܐ ܡܢ *aqua fluvii* i. e. inde hausta ad bibendum cf. v. 24.; 29, 26. Cf. Carm. Sam. II. 6. ܡܢܐܡܬܟ ܡܢ ܪܒܐ *pars* (sunt) *excellentiae tuae.* Idem valet de verbis Gen. 4, 20. erat hic ܡܫܝܢܐ ܡܢ ܐܗܠܐ ܡܢ ܩܢܝܐ *princeps in tentoriis habitantium,* in quibus auctorem quasi separatum cogitavit.

5. Nec denique reticendus hic *Adverbiorum* usus, quae Nominum instar ad Genitivum exprimendum adhibentur et vel a) antecedunt Nomen, ut Gen. 24, 17. ܡܝܐ ܙܘܥܪܐ *paullulum aquae;* 43, 2. ܡܙܘܢܐ ܙܥܘܪܐ *parum cibarii;* 18, 4. ܡܝܐ ܙܥܘܪܐ *parum aquae;* Deut. 26, 5. 28, 62. vel b) Nomine in Statu constr. antecedente sequuntur, ut Num. 28, 3.

ܥܡܬܐ · ܐܠܕ *sacrificium iuge* v. 6. (cf. tamen Lev. 6, 20. ܥܡܬܐ · ܩܪܒܢܐ *oblatio iuge* i. e. perpetua).

§. 85.

De Accusativo eiusque usu.

Cum de hoc Casu iam supra §. 72. 73. pluribus disputatum sit, hic restat, ut dicatur, quando ܐܢܐ antecedere debeat aut omnino Accusativo opus sit, licet Obiecti notio parum inde perspiciatur. Quod illud attinet, haec sunt notanda.

1. Antecedit ܐܢܐ Nomen definitum et quidem a) *emphaticum*, ut Gen. 1, 1. creavit Deus · ܐܢܐ · ܫܡܝܐ · ܐܢܐ ܐܪܥܐ *coelum et terram;* 6, 7. Lev. 8, 11. Num. 31, 22. et alibi saepissime, b) cum Suffixis iunctum, ut Gen. 5, 2. vocavit ܫܡܗܘܢ · ܐܢܐ *nomen eorum;* v. 3. 8, 9. Lev. 8, 2. 11. etc. Hinc quoque legitur c) ante Nomen constructum sequente Genitivo definitum, ut Gen. 6, 2. viderunt ܒܢܝ · ܐܢܫܐ · ܐܢܐ *filias hominum;* 17, 23. Num. 5, 18. et denique d) ante Nomina propria, ut Gen. 6, 10. ܫܡ · ܐܢܐ · ܣܡܥܐ *genuit Semum* etc.; 9, 1. 10, 11. 11, 31. 12, 5. 13, 10. et saepius. — Recentior autem lingua Syrorum more ad hunc Casum designandum utitur haud raro ܠ praefixo. Comprobatur hic usus in Carm. Sam., V. 11. verbis ܐܡܪܡܬܠ · ܡܠܝ *cohibe iudicia;* 20. ܫܕܪܢܠ · ܚܠܨ *mitte* i. e. *restitue salutem nostram;* III. 21. ܡܚܝ · ܡܙܘܢ · ܠܝܠ *nutrit omnem, qui dignus est* sc. hoc beneficio. Cf. I. 9. 10. II. 22. V. 12. 15.

Annot. Aliquoties adiungitur notae relationis, ut Gen. 38, 10 ܥܒܕ · ܐܢܐ *quod faciebat* = ܥܒܕܗ *opus suum.*

2. Inservit praeterea hic Casus *tempori* aut *mensurae* significandae. Quod a) *tempus* attinet, observatur hic usus, ubicunque tempus ita affertur, ut actio totum compleat temporis significati spatium, ut Num. 20, 15. habitavimus in Aegypto · ܫܡܝܢܢ ܫܡܝܐ *multos dies;* v. 29. defleverunt Aaronem · ܫܡܐܠܐ ܬܫܥܢ *triginta dies;* Exod. 10, 13. · ܐܗܘܐ · ܬܫܥܢ · ܠܝ ܬܡܠܡܠ · ܠܝܠܐ *toto hoc die et tota nocte;* 20, 9. Gen. 14, 4., aut ubi non de certo temporis momento, sed de tempore in universum sermo est, ut Gen. 19, 5. ܬܐܠܡܠ · ܫܪܡܠ · ܬܡܠܠܠ *qui venerunt ad te hac nocte;* Exod. 16, 6. ܡܫܪܐ *vesperi;* v. 7. Gen. 8, 11. ܡܫܪܐ · ܝܘܢܐ · ܬܐܢܢ · ܬܪܡܠ · ܐܐܐ *venit ad eum columba tempore vespertino;* b) *mensurae* indicandae

inservit Gen. 7, 20. ܠܡܥܠܐ · ܡܝܐ · ܚܡܫܥܣܪ *quindecim cubitos* sc. praevaluerunt desuper aquae; Exod. 27, 1. Num. 11, 31. In his omnino ܐܡ omittitur.

3. Tandem Nomina Verbalia interdum quoque regunt Accusativum, ut Gen. 21, 8. · ܐܡ · ܐܝܣܚܩ · ܕܫܠܡܘܬ ܕܝܘܡ · ܡܫܬܐ *die liberationis Isaaci filii sui;* Deut. 7, 8. ܠܟܘܢ · ܕܚܝܡ · ܐܝܬܘܬܐ *amor Dei erga vos;* Exod. 6, 9. · ܡܐܝܡܝ · ܐܡ · ܡܨܪܝܐ · ܠܢ · ܛܒ · ܐܦܠܚ ܕܢܦܠܚ · ܒܡܕܒܪܐ *nam melius est nobis servire Aegyptiis, quam mori in deserto.*

Annot. Quando vero Hebraei de loco utuntur Accusativo, Samaritanus adhibuit vel ܠ, ut Gen. 27, 3. ܠܚܩܠ · ܦܢ = צֵא הַשָּׂדֶה *egredere in agrum;* v. 5. 45, 25. vel ܒ, ut Gen. 18, 1. · ܐܝܬܝܗ ܒܬܪܥܐ · ܕܡܫܟܢ · ܕܐܗܠ (= וְהוּא יֹשֵׁב פֶּתַח־הָאֹהֶל) *ipse tum sedebat ad portam tabernaculi sui;* 24, 23. Praepositione κατὰ explicandus est hic Casus Gen. 3, 15. et forte Exod. 24, 3., ubi ܚܕܐ · ܠܦ *una voce* adverbialiter usurpatur.

§. 86.

Casus absoluti.

E Nomine, de quo quid edicitur, absolute et separatim ab initio periodi posito elucet loquentis studium hunc ei assignandi locum, quo, quam praestet ceteris, perspiciatur. Quodsi idem a) et in sequentibus Subiectum manet, tum plerumque ea annectuntur ei copula ܘ, ut Gen. 22, 24. · ܓܐ · ܐܬܠܕܬ — · ܠܐܒܝܢ ܕܝܗ *et concubina eius — et peperit quoque illa* i. e. concubina eius quoque peperit. *Casus obliqui* autem Nomine absoluto praecedente Suffixis vel alteri Nomini *(=Genitivus)*, vel Praepositioni adiunctis exprimuntur eo periodi loco, qui huic Nomini in verborum ordine competeret. Hinc α) pro Genitivo legitur Num. 5, 12. ܕܐܢܬܬ · ܕܡܬܦܪܩ · ܐܢܬ · ܕܢܝ · ܕܢܝ *cuiuscunque uxor cum declinaverit;* 17, 5. β) pro Dativo Exod. 32, 1. ܕܠ · ܕܝܢ · ܕܝ · ܠܡܘܫܐ · ܐܠ — · ܕܡܘܫܐ *Moses, — nescimus, quid ei acciderit* i. e. nescimus quid Mosi etc.; v. 23. Carm. Sam. III. 22. ܕܡܬܠܒ · ܒܙܢ · ܐܢܢ — ܠܡܢܐ *poenitentibus des mundum;* γ) *pro Accusativo* Gen. 49, 19. · ܓܕ ܕܢܓܕܢܗ · ܓܕܢܗ *Gad, contemtor contemnet eum* i. e. Gad contemnetur; Lev. 2, 12. Num. 21, 18. Interdum augetur eiusmodi Nomen verbis relationem continentibus, quibus, quale sit, accuratius definiatur, ut Deut. 4, 3. · ܒܥܠܬ · ܕܦܥܘܪ · ܒܢ

ܟܠ ܓܒܪܐ ܕܐܙܠ ܒܬܪ ܦܥܘܪ ܐܒܕܗ ܝܗܘܐ *omnis vir, qui sectatus fuerit Baal-Pheorem, exterminavit eum Iova* i. e. omnem virum exterminavit, qui etc.; 14, 27.; nec non ea, quae ad illud Nomen pertinent, copula ܕ adiunguntur, ut Num. 14, 31. ܛܦܠܝܟܘܢ ܕܐܡܪܬܘܢ ܠܡܗܘܐ ܠܒܙܐ ܢܥܠ ܠܗܘܢ *parvuli vestri, quos dixistis praedae fore, introducam eos* i. e. parvulos vestros introducam; v. 24. ܥܒܕܝ ܟܠܒ ܕܗܘܐ ܒܬܪܝ ܡܠܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘܐ ܥܡܗ ܘܐܬܐ ܒܬܪܝ ܠܗܝܢ ܥܠ ܕܐܙܠ ܒܬܪܝ ܠܗܝܢ *Servum autem meum Calebum, quoniam alius cum eo fuit spiritus et mihi obsecutus est, introducam (eum);* δ) Exemplum cum Praepositione Nominis absoluti casum designante, legitur inter alias in Carm. Sam. 1, 10. ܡܛܠ ܕܝܗܒ ܠܢ ܡܪܢ ܛܒܘܬܐ *donis eximiis honoravit nos Dominus noster.* Interdum Pronominis Suff. loco idem Nomen repetitur, aut praecedit eadem Casus nota instructum, qua Pronomen Suff., quo iterum recipitur, sequi solet, ut Gen. 47, 21. ܠܥܡܐ ܕܥܒܕ ܠܥܒܕܐ *populum subiecit* (populum) *in servos;* Gen. 2, 17. ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܕܛܒܬܐ ܘܒܝܫܬܐ ܠܐ ܬܐܟܠܘܢ *ex arbore scientiae boni et mali ne comedas* (ex ea); aut oratio per ἀνακόλουθον erit explicanda, ut Gen. 49, 20. ܡܢ ܐܫܪ ܠܚܡܗ ܕܢܬܠ *Ex Aschere pinguedo panis eius* (ex eo). Quodammodo quoque huc pertinent Adverbia temporis, quibus Verbum copula ܕ adiungitur, ac si essent post illud iterum repetenda, ut Exod. 16, 6. ܒܪܡܫܐ ܕܬܕܥܘܢ *vespere* (et) *cognoscetis;* v. 7. ܒܨܦܪܐ ܕܬܚܙܘܢ *mane* (et) *videbitis.*

Annot. In eo autem discedit Samaritanus ab Hebraeo Nomine Verbali pro ea verbi persona utente, quam Verbum in orationis nexu postularet, ut illud cum Verbo finito permutet; sic Gen. 49, 3. 4. verba פַּחַז כַּמַּיִם vertit ܐܬܬܐ ܕܐܬܪܐ *rapidus fuisti sicut aqua,* et Num. 23, 10. Nomen מִסְפָּר pro eo legens מְסַפֵּר reddidit per ܡܢ ܡܠܐ *quis eloquetur* Pronomen interrog. ex initio versus repetens.

III. De Nomine cum Praedicato iuncto.

§. 87.

A. *Coniunctio Nominis cum Adiectivo Praedicatum exprimente.*

1. *Praedicatum* antecedit Nomen, quippe cum id potissimum contineat, quod auctor prae ceteris in eo considerandum iubet et

quidem in Statu abs., quando in universum rei qualitas describitur, ut Gen. 4, 13. ܡܪܝܐ ܗܘܝܐ *magna est culpa mea;* 3, 6. vidit mulier ܕܚܙܬ ܗܝ ܐܝܠܢܐ *bonam esse arborem;* Num. 21, 24. 24, 5. ܫܦܝܪܝܢ ܡܫܟܢܝܟ ܝܫܪܝܠ *quam bona sunt tabernacula tua;* Deut. 15, 9. ܩܪܒ ܗܘ ܫܢܬܐ ܫܒܝܥܝܬܐ *propinquus est annus septimus.* Idem valet de Pronominibus (§. 53. 1.), ut Gen. 5, 1. ܗܢܘ ܣܦܪܐ ܕܬܘܠܕܬܐ ܕܐܕܡ ܕܢ *haec est recitatio generationum Adami;* 6, 9. ܐܠܝܢ ܬܘܠܕܬ ܢܘܚ ܕܢ *hae sunt generationes Noachi;* Deut. 33, 1. 34, 4. 4, 6. ܗܢܘ ܚܟܡܬܟܘܢ ܘܡܕܥܬܟܘܢ *haec est sapientia vestra.*

Annot. Neque tamen hic verborum ordo ubivis observatus est, Adiectivo tum inprimis Nomen suum sequente, cum periodi aut a Particulis graviorem vim in orationis nexu obtinentibus, aut a Pronomine s. demonstrativo s. interrogativo incipiunt, ut Deut. 4, 6. ܐܡܪܝܢ ܕܥܡܐ ܚܟܝܡ ܘܡܪܥܐ *certe populus est sapiens et intelligens;* v. 7. ܐܝ ܕܡܢܘ ܕܥܡܐ ܪܒܐ *quae enim gens est tam magna* sq. ܕ; v. 8. Gen. 19, 20. ܩܪܝܬܐ ܗܕܐ ܩܪܝܒܐ *civitas illa vicina est.*

2. Flagitat interdum sensus, ut Praedicatum sit *definitum* ideoque in Statu emph. positum Nomen suum sequatur, ut Gen. 29, 7. ܗܐ ܝܘܡܐ ܣܓܝܐ ܗܘܝ *adhuc dies multus est;* quo et referri possunt Participia Verbo finito explicanda *(is, qui)*; ut Deut. 3, 21. ܥܝܢܝܟܘܢ ܕܚܙܝܬܘܢ *oculi tui viderunt.*

3. De *Numero* Praedicati haec valent. Si ad plura Nomina eiusdem Generis refertur, sequitur in *Plurali*; sic Exod. 9, 27. ܐܢܐ ܘܥܡܝ ܚܛܝܢ *ego et populus meus iniqui sumus;* si varii sunt Generis, *Masculinum* praefertur, ut Gen. 18, 11. Abrahamus et Sara ܐܒܪܗܡ ܘܣܪܐ ܣܒܝܢ ܝܘܡܝܢ *senes erant aetate provecti;* et praecedente *Collectivo* sequitur in *Plurali*, ut Num. 16, 3. ܟܠ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܝܢ ܗܢܘܢ ܟܠܗܘܢ *tota concio omnes sancti sunt.* Interdum tamen Praedicatum sequitur in *Singulari*, ubi Pluralem exspectaveris, ita ut hic Numerus vel e reliquis, quae sequuntur verbis sit explicandus, ut Deut. 7, 7. ܐܡܪܬܝ ܠܟܘܢ ܕܐܢܬܘܢ ܙܥܘܪܝܢ ܡܢ ܟܠ ܥܡܡܐ *nam vos eratis minor* (sc. populus) *omnibus populis;* vel, quod de pluribus dicendum fuit, restringatur ad unumquemque eorum, qui ita fecerint, ut Gen. 27, 29. ܡܛܠܠܝܟ ܢܗܘܢ ܠܥܠ ܡܒܪܟܝܟ ܢܗܘܢ *maledicentes tibi* (unusquisque eorum) *maledictus* et *benedicentes tibi benedictus* (erit); vel denique pro Neutro accipiatur, ut Deut. 30, 10. ܐܡܪܬܗ ܘܦܩܕܢܗ ܘܟܬܒܬ *praecepta eius et mandata eius, quod scriptum est* i. e. quicquid

de his scriptum est s. quae scripta sunt; quod inprimis valet de Participiis, quae iam per se periodi partem constituant.

Annot. Neque tamen Samaritanus ubique in his secutus est Hebraeum, quippe Exod. 31, 14. vertens [illegible] (מְחַלְּלֶיהָ) *qui profanaverit illud, occidetur;* et Gen. 49, 15. devitavit difficultatem, quae oritur e coniunctione verborum וַיַּרְא מְנֻחָה כִּי טוֹב vertens [illegible] *et vidit quietem esse bonam.*

§. 88.

De Comparatione Adiectivorum.

A. *De Comparativo.*

1. Cum lingua non peculiari gaudeat *Comparativi* forma, exprimitur Praepositione [illegible] i. q. *prae* rem comparatam antecedente; qui quidem usus propriae eius notioni (§. 98. I. 1.) apprime convenit. Sic adhibetur Gen. 39, 9. [illegible] *nullus maior est me in domo illa;* 38, 26. Num. 11, 14. Deut. 1, 28. [illegible] *populus nobis maior et numerosior;* 7, 1. [illegible] *septem gentes te numerosiores et robustiores;* v. 14. Quodsi Adiectivum est Praedicatum, antecedit Nomen, ut Exod. 18, 18. [illegible] *res est gravior te* i. e. superat vires tuas.

2. Exprimitur *Comparativus* quoque Verbis, neque tantum *intransitivis* et *passivis*, ut Gen. 41, 40. [illegible] *maior ero quam tu;* 48, 19. [illegible] *minor natu maior erit ipso;* Gen. 26, 16. [illegible] *longe potentior factus es nobis;* 25, 23. 32, 10. [illegible] *minor sum omnibus misericordiis* i. e. iis indignus; sed etiam *transitivis*, ut Gen. 29, 30. [illegible] *dilexit etiam Rahelem magis quam Leam;* 37, 3.

3. Interdum, ubi de duobus s. tribus sermo est, cognoscitur e verborum nexu. Sic Gen. 10, 21. Sem vocatur frater Iapheti [illegible] i. e. *natu maior;* et 19, 34. de duabus Loti filiabus usurpantur Adiectiva [illegible] et [illegible] notione *maioris et minoris natu.* Idem valet de re alteri opposita, ut Num. 14, 3. [illegible] *nonne melius foret nobis reverti in Aegyptum.*

4. Comparativum [illegible] Infinitivo praefixum explicandum est: *quam ut*, Gen. 4, 13. [illegible] *maior est ini-*

quitas mea, quam ut eam feram; 36, 7. ·ܕܝܢܝܐܬܝ · ܕܝܢܐ ܕܬܪܝܢ · ܬܪܝܨܝܢ · ܡܢܝܢ *opes* (i. e. greges) *eorum erant maiores, quam ut una habitare possent;* Exod. 14, 12. nec non Adiectivis aliquoties maiorem tribuit vim quam simpliciter comparativam i. q. *nimis*, ut Deut. 14, 24. ·ܣܓܝܐ · ܡܢܝܢ · ܐܢܬ ܕܡܪܚܩܐ *quodsi fuerit tibi via nimis longa.* Quando inter pares aliquis extollitur, quocum reliqui non sint comparandi, adhibentur ܐܝܬܝ et ܠܡܪ, ut Gen. 41, 39. ·ܣܡܝܬܝ · ܕܡܪ · ܐܡܠ ܣܟܝܠܐ *nemo te est intelligentior et sapientior;* Deut. 26, 19. ܕܡܪܝܐ · ܠܥܠ · ܠܡܪ · ܐܢܬܠܡܪ *excelsior omnibus gentibus;* adeoque sine Adiectivo Carm. Sam. III. 1. ·ܠܥܠ · ܠܡܪ · ܕܠܐ ܐܠܗܐ *Deus cunctis potestatibus superior;* IV. 3. quo utroque Superlativus quoque indicatur. *Comparativus* denique Adverbiorum exprimitur eorum repetitione, ut Deut. 28, 43. ܠܡܪܠ · ܠܡܪܠ *sursum, sursum* i. e. eo altius et ibid. ܡܬܬܐ · ܡܬܬܐ *deorsum, deorsum* i. e. eo profundius.

B. *De Superlativo.*

Superlativi quoque exprimendi ratio varia est; nam praeterquam quod hoc fieri possit a) repetito eodem Nomine in Plurali ita, ut Singulari constr. annectatur, quo unus prae ceteris eiusdem ordinis dignoscitur, ut Gen. 9, 25. ܥܒܕ·ܥܒܕܝ *servus servorum* i. e. vilissimus servus; Exod. 30, 36. ·ܩܕܫ ܩܕܫܝܢ *Sanctum sanctorum* i. e. Sanctissimum; Deut. 10, 17. Carm. Sam. II. 20. III. 14. ܚܟܡܡܐ · ܚܟܡܐ *sapientissimus;* V. 3.; b) Adiectivum quoque eidem significando inservit, et quidem, nisi haec eius notio statim e verborum nexu eluceat, addito ܛܒܬ *valde* (=מְאֹד), ut Gen. 2, 12. aurum huius terrae erat ܛܒܬ · ܛܒ *optimum;* 12, 14. ܛܒܬ · ܚܙܝܬ *pulcerrima;* v. 16. 13, 2.; quod adeo repetitum sua vi haud caret, ut Num. 14, 7. ܛܒܬ · ܛܒܬ · ܐܪܥܐ · ܛܒ *bona est terra valde, valde* i. e. longe vel omnium optima. Haud minus c) hoc impetratur Adiectivis *synonymis* sine copula invicem sese excipientibus, ut Gen. 15, 12. horror ܚܡܝܐ · ܚܝܐ *magnus, multus* i. e. maximus; aut Praepositione comparativa ܡܢ cum ܠܥ coniuncta, ut Num. 12, 3. ·ܠܥܠ · ܛܒܬ · ܡܢ ܟܠܐ *mansuetus valde prae omnibus hominibus* i. e. omnium mansuetissimus; Gen. 3, 1. Praeterea *Superlativi* notio d) perspicitur passim e loco, quem Adiectivum in verborum serie occupat, siquidem in Statu constr. antecedens Nomini totum ordinem

exprimenti, ut Exod. 3, 16. ጊዜያዊ ፡ ሽማግሌ ፡ ሽማግሌዎች *seniores* (die Aeltesten) *Israelitarum;* Gen. 24, 2. dixit Abrahamus servo suo ቤተሰብ ፡ ዕድሜ *aetate maxime provecto familiae suae;* 50, 7. ቤተሰብ ፡ ሽማግሌ *natu maximi familiae suae;* Num. 22, 4. aut e) e Statu emph. significantius interpretando, ut Gen. 9, 24. ቅጥኑ ፡ ቅጥ *filius eius natu minimus;* 42, 13. 15. Idem valet, ubi totum e duobus constat, ut Gen. 19, 37. 38. 29, 16. Cf. supra Comparat.

Annot. Peculiaris linguae usus hic est, ut Nomen Verbale post Verbum suum repetatur (§. 72. 5.) eique Adiectivum *copiae* aut *multitudinis* adiungatur, quo lingua summam actionis gradationem assequitur, ut Gen. 50, 10. ፡ ዓመርሻ ፡ ዓ ፡ ፍጋሬ ፡ ከብዳ ፡ ፍጋሬ ዓመ ዓ *planxerunt ibi planctum magnum et valde gravem* i. e. maxime et gravissime; 27, 34. Hinc quoque omnino Adverbia repetita pro Superlativo adhibentur, ut Gen. 7, 19. invaluerunt aquae ፡ ዓመ ዓ ዓመ ዓ *valde, valde* i. e. maxime; 17, 6. ፡ ዓመ ዓ ፡ ፡ ፡ ዓመ ዓ *augebo te quam plurimum.*

§. 89

De Numeralibus cum Nomine iunctis.

A. *De Numeris Cardinalibus.*

1. Cum Numeri a *tribus* ad *decem* sint Nomina (§. 48. 2.), perinde ac illa haud raro antecedunt in Statu constr. rem numeratam in Plurali positam, ut Gen. 10, 25. ከመ ዓ ፡ መ ዓ ል *duo filii;* 19, 1. 40, 12. ፡ ል ል ፡ ፡ ሦ ስ ት ፡ ል ፡ ል ል ፡ ሦ ስ ት ፡ ሦ ስ ት *tres palmites sunt tres dies;* v. 13, 18. 19.; adeoque Suffixis augentur, ut Gen. 9, 23. ከ ት ዓ ል *hi duo;* 21, 27. 31. 40, 5. 27, 45. 31, 37. ከ ል ዓ ል ፡ ከ መ ዓ *inter nos duos;* Num. 12, 4. ከ ት ሦ ስ ት ል ል *vos tres.* Longe frequentius autem b) in Statu abs. antecedunt rem numeratam, ut Gen. 6, 10. ከ መ ከ ዓ ፡ ሦ ስ ት ል *tres filii;* 8, 10. ከ ሦ ት ስ ት ፡ ሦ ስ ዓ ሙ *septem dies;* 16, 3. ከ መ ከ ሙ ፡ ዓ ሥ ር *decem anni;* 24, 10. ከ መ ከ ሦ ት ፡ ሦ ዓ ሙ ር *decem cameli;* 29, 2. 34. 30, 20. 36. 47, 2. et alibi saepius. Interdum quoque c) inprimis ubi plures deinceps recensentur res ad unum eundemque finem destinatae, rem numeratam sequuntur, ut Num. 7, 23. ፡ ከ መ ዓ ት ል ሦ ስ ት ፡ ሦ ስ ት ፡ ሦ ስ ዓ ር ፡ ሦ ስ ዓ ት ፡ ሦ ስ ዓ ት ፡ ከ መ ዓ ል *tauri duo, arietes quinque, hirci quinque;* v. 17.; aut ubi aliud accedit Adiectivum ad unamquamque rem separatim consideratam referendum, ut Exod. 29, 1. ሦ ስ ት ከ ሙ ፡ ከ መ ዓ ል ፡ ሦ ስ ከ ስ ል

arietes duo immaculati; Num. 28, 11. 29, 2. 13. 20.; aut ubi Suffixum rei numeratae annectitur, ut Exod. 38, 19. ·ܐܪܒܥܬܗ ܥܡܘܕܝܗ · ܐܪܒܥܬܗ · ܒܣܝܢܝܗ · ܐܪܒܥܬܗ *columnae eorum quatuor et bases eorum quatuor;* aut denique Particula inter utrumque intercedente, qua numerata res extollitur, ut Gen. 7, 4. · ܐܝܬܝܡ ܐܚܪܝܬ · ܝܘܡܐ *septem adhuc dies.*

Annot. De Numerorum ܝ parag. auctorum usu vid. §. 48. 2. A. a Annot. et Gen. 41, 35. ܐܝܬܝܡ · ܫܢܝܢ *septem anni;* v. 36. ܐܝܬܝܢ · ܫܢܝ · ܫܢܝܢ *septem anni famis,* v. 47. 48. 54. Exod. 34, 28. ܐܝܬܝܢ · ܥܣܪܬ *decem verba*; Num. 23, 4. 28, 21. 29. Ceteroquin pariter atque in his exemplis sequitur Nomen emph., ubicunque sermo est de re satis definita aut e praecedentibus satis cognita, ut Gen. 1, 16. ܐܝܬܝܢ ܢܗܝܪܐ · ܪܒܐ · ܐܢ *haec duo luminaria;* nec minus in praefigendo Numeris ܐ demonstrativo Hebraeorum articulum exprimente (cf. §. 43. Append.) consentit cum Hebraeo Gen. 18, 29. 31. 32. ubi deinceps ܐܪܒܥܝܢ = הָאַרְבָּעִים, ܥܣܪܝܢ = הָעֶשְׂרִים et ܐܥܣܪܐ = הָעֲשָׂרָה leguntur (Deut. 19, 9. ܐܬܠܬܐ = הַשָּׁלֹשׁ); nec denique neglexit Genus, cum Gen. 7, 13. pro שְׁלֹשֶׁת נָשִׁים emendate scribat ܬܠܬ · ܢܫܐ *tres uxores.*

2. Numeri compositi ab XI. ad XIX. antecedunt plerumque Nomen, et quod observant Hebraei in iungendis Nominibus שָׁנָה, אִישׁ, יוֹם, אַמָּה, אֶלֶף etc. id quoque Samaritano peculiare est, ut scilicet illa sequantur in Singulari; sic Num. 1, 44. · ܪܒܐ ܬܪܬܝܣܪ · ܥܣܪ *duodecim viri;* Lev. 27, 7. · ܥܣܪ · ܐܬܪܬܝܣܪ ܣܩܠܐ *quindecim sicli;* Exod. 27, 15. ܪܒܥܣܪ · ܐܬܪܬܝܣܪ ܐܡܬܐ *quindecim cubiti.* In reliquis sequitur Nomen Plurale, ut Exod. 26, 25. ܫܬܬܣܪ · ܥܣܪ · ܐܢܫܐ *sedecim bases;* v. 7. ܥܣܪܥܣܪ · ܪܒܥܣܪ · ܥܣ *undecim cortinae* (s. vela); Num. 17, 2. ܫܪܒܥܣܪ · ܥܣܪ · ܫܪܒܥܣܪ *duodecim virgae.*

Annot. Discedit tamen ab Hebraeo Gen. 7, 20., quo loco ܐܡܬܐ = אַמָּה legitur et sequitur eum, ubi hic quoque hanc proprietatem neglexit, ut Deut. 1, 23. ܫܪܒܥܣ · ܥܣ · ܫܪܒܥ (= אֲנָשִׁים) *duodecim viri.*

3. Numeris a XX. ad XC. hoc proprium est, ut a) eos sequatur Nomen singulare abs., quod non modo de Nominibus supra commemoratis valet, sed etiam, licet rarius, de aliis. Significatur enim eo, rem numeratam in ipsis comprehendi utpote totum in singulas partes haud separandum; sic Gen. 50, 3. · ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܐ *quadraginta dies;* Exod. 24, 18. Lev. 37, 5. ·ܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ *viginti anni;* v. 7. Exod. 30, 13. ܓܪܐ · ܥܣܪܝܢ *viginti oboli;* Deut. 10, 22. Longe frequentius tamen sequitur res

numerata b) in Plurali, singulas quasi eius partes per se separatim spectatas proponente, ut Exod. 26, 19. ܫܬܬܝܢ ܩܪܫܐ *viginti asseres* (text. Hebr. קֶרֶשׁ) 36, 24.; 15, 27. ܫܒܥܝܢ ܐܡܬܐ · ܫܒܥܝܢ *septuaginta palmae;* 36, 12. 13. 24.

Annot. Pro Sing. ܣܦܝܠܐ = שֶׁקֶל Samaritanus Lev. 27, 5. cum Hebraeo utitur Plurali ܫܒܥܝܢ ܣܦܝܠܐ, licet in reliquis huius capitis locis, ut v. 3. 4. Singularis legatur. Discedit autem ab eo Gen. 7, 4., ubi verba Hebraica אַרְבָּעִים יוֹם וְאַרְבָּעִים לַיְלָה cum Chald. reddit in Plurali ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܐ · ܫܒܥܝܢ · ܫܒܥܝܢ · ܫܒܥܝܢ *quadraginta dies et quadraginta noctes.* Cf. §. 42. I. 1. A. Annot. Interdum et hos Numeros antecedit res numerata, ut Exod. 36, 18. Cur autem Exod. 36, 17. ordinem verborum invertat, ab initio versus scribens · ܚܡܫܝܢ ܫܒܥܝܢ · ܫܒܥܝܢ, sub finem ܚܡܫܝܢ · ܫܒܥܝܢ · ܫܒܥܝܢ *quinquaginta ansas fecit;* facile explicatur e studio rei fabricatae a Verbo suo haud separandae. Paragogica forma et hic obvia est Deut. 9, 25. ܐܪܒܥܝܢ · ܝܘܡܐ · ܐܝܡ *quadraginta dies,* ubi ܐܝܡ confirmat ea, quae supra (1. Annot.) de Statu emph. collocando dicta sunt.

4. Numeri *centenarii* et *millenarii* similiter rem numeratam adiunctam habent in Singulari, ut Gen. 33, 1. ·ܐܪܒܥ ܡܐܐ ܓܒܪܐ *quadringenti viri;* 20, 14. ܟܣܦܐ · ܐܠܦ *mille plumbei nummi* sc. ܣܦܝܠܐ = שֶׁקֶל quod et ab Hebraeo omissum est.

Annot. Quae supra §. 48. 2. A. d. de promiscuo usu Numeri ܡܐܐ *centum* eiusque Plurali ܡܐܐ pro simplici *centenario* diximus, hic paucis expediamus. Singulos etenim locos diligenter examinantibus, hoc non fortuito factum fuisse, persuasum erit, cum Pluralis pro Singulari adhibitus haud ultra Geneseos caput 25. procurrat et in hac huius libri priore parte ut plurimum de aetate hominum definienda usurpetur. Nam quae leguntur Exod. 18, 21. 25. Num. 31, 14. et Deut. 1, 15. exempla ܡܐܐ · ܡܠܦܐ *centuriones* in censu ducum populi, huc referri non possunt; ita ut, nisi de diversis cogitaveris interpretibus, de quibus singulari Dissertatione diligentius exponere nobis propositum est, quo hanc proprietatem defendas, vix habeas. Quae enim Syrorum est scribendi ratio, qui ܡܐ *centum* punctis Ribbui distinguant, ubivis servata, quam idem interpres Samaritanus in reliqua eaque longe maiore versionis suae parte iterum deseruerit, aegre huic difficultati amovendae succurreret. Neque vero, in quibus locis hic idiotismus observetur, adscribere supersedebimus. Loci hi sunt: Gen. 5, 3. 6. 6, 3. 7, 24. 8, 3. 11, 10. 25. 17, 17. 21, 5. 23, 1. et 25, 7. 17. — Praeterea Hebraeorum Nomen רְבָבָה, Syrorum ܪܒܒܐ; Plur. ܪܒܒܘܬܐ *decem millia* retinuit quoque Samaritanus Deut. 32, 30. in verbis ܡܐܐ ܪܒܒܐ · ܡܪܕܦܝܢ · ܡܬܪܝܢ *duo fugabunt decem millia;* licet pro eodem (cf. §. 48. A. d. Annot.) Gen. 24, 60. ܐܠܦܝܢ fuerit usus.

5. In Numeris maioribus compositis incipiunt Samaritani vel a minore adiunctis Nominibus in Singulari, ut Exod. 6, 18. ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ *centum triginta tres anni;* v. 20. Num. 3, 39., vel a maiore progrediuntur ad minorem (cf. §. 48. A. d. Annot.), ut Exod. 38, 25. ܫܩܠܝܢ ܐܠܦܝܢ ܫܒܥܡܐܐ ܫܩܠܝܢ ܫܬܝܢ ܐܠܦܝܢ *mille septingenti septuaginta quinque sicli;* aut repetunt rem numeratam, vel a minore incipientes, ut Gen. 12, 4. ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܫܢܝܢ ܫܢܝܢ ܫܢܝܢ *septuaginta quinque anni;* Gen. 5, 20.; vel a maiore, ut Gen. 25, 17. ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ *centum triginta septem anni;* 23, 1. Lev. 12, 4. Gen. 16, 16. haud dubie ob variam utrique Nominis in Sing. aut Plur. adiungendi rationem.

Annot. Neque tamen semper imitatus est Samaritanus Hebraeum in Nomine ad singulos Numeros repetendo, ut Gen. 17, 1. ubi ܫܢܝܢ = שָׁנָה maiori Numero adiunctum desideratur.

6. *Cubitorum* mensura exprimitur ut apud Hebraeos Praepositione ܒ Nomini ܐܡܬܐ praefixa (בְּאַמָּה); sic Exod. 27, 18. ܒܐܡܬܐ ܫܢܝܢ *centum cubiti* et ibidem ܫܒܥܝܢ ܒܐܡܬܐ *quinquaginta cubiti*; et praecedente Nomine, quo mensura secundum longitudinem, latitudinem, altitudinem etc. definitur, ut Exod. 36, 9. ܐܡܬܐ ܫܢܝܢ ܫܢܝܢ ܫܢܝܢ ܐܡܬܐ ܒܐܡܬܐ ܫܬܝܢ *longitudo unius cortinae erat viginti octo cubitorum;* Exod. 36, 15. Utitur autem Plurali ܐܡܬܐ, si illa cubitorum mensura numerum denarium haud excedit (cf. A. 1.), sequente insuper Nomine metiendi rationem accuratius exponente, ut Exod. 36, 21. ܐܡܬܐ ܐܡܬܐ ܥܣܪ *decem cubitorum longitudo;* 38, 1.

7. Particula comparativa ܐ praefigitur Numeris in rebus, quae fere attingunt Numerum propositum, ut Exod. 12, 37. ܐܠܦ ܫܬܝܢ ܫܬܝܢ *circiter sexcenta millia;* quae si hunc excedunt, ita ut minimum sit Numero expressum, quod possit admitti, sequitur Adverbium ܥܠܝܐ *et supra*, ut Exod. 30, 14. ܥܠܝܐ ܫܢܝܢ ܫܬܝܢ ܥܣܪ *a iuvene viginti annos nato et supra;* 38, 26. Lev. 27, 7. Num. 26, 4. (ܫܥܠܝܐ).

B. *De Numeris Ordinalibus.*

1. *Ordinalia* primorum decem Numerorum (§. 48. B.) peculiari gaudent forma et sequuntur Nomen, cuius ordinem constituunt, ut Gen. 30, 12. ܬܢܝܢ ܒܪ *filius secundus;* v. 17

ܡܰܚܡܝܐ · ܒܪܐ *filius quintus;* v. 19. 22, 4. 31, 22. ܬܠܬܝܐ · ܬܠܬܝܐ *tertio die* (cf. §. 80. 1.); 47, 18. ܬܪܝܢܝܐ · ܬܪܝܢܝܐ *anno secundo;* Exod. 12, 15.

2. *Ordinalia* Numerum decem excedentia exprimuntur Cardinalibus; quae quidem cum Praepositionibus adeo iuncta antecedunt Nomen abs., utpote quo eius ordo in universum definiatur, ut Gen. 7, 11. ܫܒܥܝܐ · ܒܝܪܚܐ · ܬܪܝܢܝܐ *decimo septimo die;* Deut. 1, 3. ܐܪܒܥܝܢ · ܫܢܬܐ *quadragesimo anno.* Quodsi vero de certo ordine agitur, quo deinceps sese res exceperint, sequitur Nomen emph., ut Gen. 14, 5. · ܬܪܝܢܝܐ · ܪܒܥܝܐ ܫܢܬܐ *anno decimo quarto* coll. v. 4., et quo melius cognoscatur res ita distincta, ut quae sit ultima earum, quas comprehendit Numerus, repetitur Nomen in Statu constructo antecedens post Numerum in Statu emph., ut Gen. 7, 11. · ܫܢܬܐ · ܫܬܝܢܝܐ ܫܢܬܐ · ܕܫܬܐ *anno sexcentorum annorum* i. e. sexcentesimo; Lev. 25, 10.

Annot. Interdum tamen Nomen emph. antecedit, ut Num. 7, 72. ܫܒܥܝܐ · ܒܝܪܚܐ · ܬܠܬܝܐ · ܬܪܝܢܝܐ *undecimo die;* v. 78. (in textu Hebr. בְּיוֹם). Cum autem ex omisso Nomine in fine repetito apud Hebraeos Cardinalium unitatibus pro Ordinalibus utendi consuetudo videatur prodiisse, atque hic loquendi usus recentiori debeatur aevo, non mirum est, quod nulla eius apud Samaritanum reperiantur exempla. Proxime tamen accedit ad eum dierum mensis enumerandorum ratio, ubi omisso plerumque Nomine ܫܒܥܝܐ Numerus cardinalis sequente ܠ pro ordinali legitur (cf. §. 84. 4.), ut Gen. 8, 13. · ܬܠܬܝܐ ܬܫܪܝܢܠ *primo mensis* (sc. die); Exod. 40, 2. Num. 1, 1. Lev. 23, 26. ܬܫܥܝܢܝܐ · ܬܫܪܝܢܠ · ܬܪܝܢܝܐ *decimo mensis septimi;* v. 32. 25, 9.; alibi tamen retinetur, ut Lev. 23, 5. ܬܫܪܝܢܠ · ܫܒܥܝܐ · ܒܝܪܚܐ · ܪܒܥܝܐ *decimo quarto mensis die;* Gen. 8, 14. · ܫܒܥܝܐ · ܥܣܪܝܢ · ܫܢܬܐ ܬܫܪܝܢܠ *vigesimo septimo mensis die.*

C. *De reliquis Numerorum rationibus exprimendis.*

1. *Distributiva* fiunt geminatione Cardinalium, ut Gen. 7, 2. ܬܪܝܢ · ܬܪܝܢ *septena* v. 3. 9. ܫܢܝܐ · ܫܢܝܐ *bina* sc. animalia.

2. *Multiplicativi Numeri* redduntur, si de duplo sermo est, vel per ܠܟܦܐ *duplum*, ut Exod. 16, 22. ܠܟܦܐ · ܠܚܡܐ *panis duplex*, vel Ordinali ܟܦܠܐ Gen. 43, 15. (14.) ܟܦܐ · ܟܦܠܐ *duplex argentum.* Exemplum simplici Numero expressum legitur Gen. 26, 12. ܫܢܝܐ ܡܫܟܐ · ܡܐܐ *centuplex mensura;* et 4, 15. Hebraeorum שִׁבְעָתַיִם *septuplum* redditur verbis · ܠܘ ܟܦܘܢ · ܫܒܥܐ.

3. *Numeri fracti* propria gaudent forma, si simpliciter unam totius partem significant, ut Exod. 29, 40. ܥܫܝܪܐ *decima pars* ($\frac{1}{10}$); ܪܒܥܐ *quarta pars;* Lev. 5, 16. 23, 13. 27, 13. ܚܡܝܫܝܬܐ *quinta eius pars;* v. 15. ܫܩܠܐ · ܚܡܝܫܝܬܐ *quinta pars sicli argentei;* dimidia pars exprimitur Nomine ܦܠܓܐ *dimidium*, Exod. 30, 13. ܚܦܝܣܐ · ܦܠܓܐ *dimidium sicli;* pro duabus autem totius partibus adhibetur ܬܪܬܝܢ, ut Num. 15, 6. ܬܪܬܝܥܝܪܐ · ܬܪܬܝܢ *duae decimae* ($\frac{2}{10}$); et ita quoque reliquae partes assumtis singulis Cardinalibus exprimuntur, ut Num. 15, 9. ܬܠܬܝܥܝܪܐ · ܬܠܬܝܢ *tres decimae* ($\frac{3}{10}$). Ceterum utitur Samaritanus Nomine ܦܠܓܐ *pars*, si, in quot partes totum sit distribuendum, e nexu orationis cognoscitur, ut Gen. 47, 24. ܐܪܒܥܐ · ܚܡܫܐ *quatuor partes* = $\frac{4}{5}$ praecedente quinta parte inde demta.

4. *Adverbia Numeralia*, in quibus quaeritur *quotiens*, circumscribuntur Nominibus ܦܥܡܐ, ܙܒܢܐ aliisque, ut Gen. 27, 36. ܬܪܝܢ ܦܥܡܝܢ *duabus vicibus* s. *bis* Exod. 34, 23. · ܬܠܬ ܦܥܡܝܢ *ter;* Gen. 33, 3. ܫܒܥ ܦܥܡܝܢ · ܫܒܥ *septies;* Lev. 4, 6. 8, 11. Num. 14, 22. ܥܣܪ ܦܥܡܝܢ · ܥܣܪ *decies;* 22, 28. ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ · ܬܠܬ *ter;* 24, 10.; Gen. 31, 7. · ܥܣܪ ܙܒܢܝܢ *decies* et simplici Numero Lev. 26, 18. ܫܒܥ *septies;* v. 24.

Annot. In Numeris huius generis rotundis, ut Gen. 4, 24., ubi Hebraeus habet שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *septuagies septies* Samaritanus ad sensum magis vertit ܫܒܥܝܢ · ܫܡܝܢ *multo magis.*

§. 90.

B. *Coniunctio Nominis cum Verbo.*

Singulae periodi partes cum inter se iunctae *Numero* et *Genere* conspirare debeant, tamen ab hac lege haud raro discedunt Orientales, et ita quidem, ut non arbitrio cuiusvis relictum sit, quomodo dicere aut scribere velit, sed certas sequatur regulas, quas facilitas ipsius linguae, verborum ordo et sensus ei suppeditat. Hinc prae ceteris hic ea sunt consideranda, quae *Numeri* aut *Generis* ratione habita aliarum linguarum legibus parum consentanea esse videantur.

a) Ratione Numeri habita.

1. *Nomina Pluralia*, quorum notio paullatim abiit in notionem Singularis, ita ut totum atque unum esse credantur, iungun-

tur cum Verbo Singulari. Pertinet huc ܡܛܥܝܢܐ (cf. §. 45. 2. Annot. 2. et §. 83. 1.) de uno Deo usurpatum, ubi Samaritanus et in iis locis retinet Singularem Verbi, in quibus Hebraeus Plurali utitur, ut Gen. 20, 13. ܡܛܥܝܢܐ · ܡܐܡ · ܐܒܕܐ (=הִתְעוּ) *errare me fecit Deus;* 31, 53. 35, 7. Idem valet consentiente Hebraeo de ܡܝܐ *aqua;* Num. 20, 2. · ܠܐ ܡܝܐ · ܐܝܬܐ *neque erat aqua;* 24, 7. 33, 14. Gen. 9, 15. et alibi. Huc praeterea pertinent Exod. 16, 20. · ܡܦܠܝܢ ܡܘܠܝܢܐ *et ebullivit vermes;* aut ubi Hebraeorum צֹאן et בָּקָר cum Plurali permutavit, ut Gen. 13, 5. · ܠܘܬ · ܐܝܬܐ ܠܘܦܝܢܐ *erant pecudes et boves;* Exod. 10, 24. · ܠܐܘ ܥܢܝܟܘܢ ܦܠܚܘܢ · ܠܘܦܝܢܟܘܢ *oves vestrae et boves vestri remanebunt;* Num. 11, 22., ubi non singulas pecudes et armenta, sed totum utrorumque gregem in mente habuit; similiterque explicanda sunt verba Exod. 32, 28. · ܡܛܠܐ · ܐܐܠܐ · ܠܟ ܩܕܝ *et ceciderunt — circiter tria millia hominum* (cf. Gen. 27, 29. et Num. 24, 9. §. 87. 3.).

Annot. Reperitur tamen quoque ܡܝܐ cum Verbo Plur. iunctum Gen. 8, 13. ܝܒܫܘ · ܡܝܐ *exsiccatae sunt aquae;* recte, de toto quippe in plures partes diviso disserens. Alibi occurrit cum Sing. fem., ut Gen. 8, 7. ܝܒܫܐ · ܥܕܡܐ · ܕܐ *donec arescerent aquae;* ubi Samaritanus verba Hebraica עַד־יִבְשָׁת parum intelligens, quo sibi constaret v. 8. quoque הַקַּלּוּ reddidit per ܐܠܦܐ. In eundem incidit errorem c. 7, 18. verbis ܣܓܝܘ · ܝܒܫܐ · ܐܬܪܒܘ *invaluerunt aquae et multiplicatae sunt;* Num. 20, 11. autem in Verbis · ܣܦܝܩ ܡܝܐ · ܡܝܐ *et egressae sunt* (i.e. effusae) *multae aquae* Pluralem Verbi efflagitat ܡܝܐ. Pro Plurali utitur quoque Singulari Exod. 13, 7. מַצּוֹת vertens ܦܛܝܪ *panis haud fermentatus.*

2. Saepissime contra Nomen Singulare masc. collective capiendum ad sensum cum Verbo Plurali iungitur; neque tamen ubique ab initio periodi haec linguae proprietas animadvertitur, sed in continuata quoque oratione, in qua Subiecti forma paullulum iam in oblivionem adducta est. Hoc tamen tenendum, Verbum ubivis, nisi Genitivo accedente, ante Nomen collocari; sic Exod. 12, 27. ܣܓܝܕܘ · ܐܡܪ · ܣܓܕܘ *et incurvavit populus et adoravit;* 14, 31. 4, 31. 1, 20. Num. 11, 8. 34. 35. 14, 39. Lev. 20, 4.; adeoque Participium ita adhiberi Exod. 36, 5. ܡܫܬܘܠ · ܐܡܪ · ܡܛܝܒܝܢ *multiplicatus populus ad offerendum* i. e. multa offert. Praeterea huc pertinent ܒܝܬ *domus* i. q. domestici, ܫܒܛܐ *tribus,* ܒܝܬ *familia;* sic Gen. 45, 2. ܫܡܥ · ܒܝܬ · ܦܪܥܘܢ *et audivit domus Pharaonis;*

Num. 36, 5. [illegible] *recte tribus filiorum Iosephi locuti sunt*, i. e. locuta est Num. 3, 29.; [illegible] *omnis* s. absolute positum s. cum Nomine iunctum, ut Exod. 30, 13. [illegible] *hoc dabit* (pr. dabunt) *omnis, qui transit;* Num. 3, 13. [illegible] *omnis primogenitus — mihi erit* (pr. erunt); v. 43. Num. 16, 34.; [illegible] et [illegible] i. q. *quisque*, ut Exod. 32, 27. [illegible] *ponite* (i. e. accingite) *quisque gladium suum;* 12, 3. [illegible] *accipiet* pr. accipient (sibi) *unusquisque;* 1, 1. Num. 16, 17. 18. 25, 5. Exod. 12, 22. [illegible] *ne egrediamini quisque;* 10, 23. [illegible] *non adspexerunt alter alterum;* Lev. 18, 6. 19, 3. 25, 13. Eandem sequuntur regulam [illegible] = מִקְנֶה et [illegible] *pecus;* ut Exod. 9, 6. [illegible] *mortuum est omne pecus;* Gen. 31, 8. [illegible] *peperit omnis grex;* 33, 13. [illegible] *morientur omnia pecora;* Num. 27, 17. et de rebus inanimatis [illegible] *argentum* i. e. nummi Gen. 47, 15. [illegible] *defecit* (= אָפַס) *argentum.* Vid. §. 83. 1.

Annot. Haud inusitatum tamen est Collectiva quoque cum Sing. iungere, ut Gen. 35, 11. [illegible] *gens et congregatio gentium prodibit ex te;* ubi ad totum potius, quam ad singulos respicitur. Idem valet de Num. 32, 1. [illegible] *pecora multa erant;* Gen. 6, 1. Videtur autem lapsus esse Lev. 26, 16. in Hebraicis וְאָכְלֻהוּ אֹיְבֵיכֶם, quae vertit [illegible], ubi vel explicandum: *quisque eorum* vel emendandum in [illegible] *comedent eam;* nisi haec singularis constructio quodammodo excusetur loco Deut. 21, 10., ubi praeeunte Hebraeo habet [illegible] *contra hostes tuos et tradiderit eum* (eos).

3. Interdum incipit periodus a Verbo Sing. et continuatur in Plurali, ubi Verbum in Singulari Subiectum suum antecedens *Collectivi* utpote totius complectitur actionem, quae perinde ad universos in unum comprehensos pertineat; altera autem, quae subsequitur in Plurali actio, quasi ad singulos quosque facti participes referri existimanda est, ut Exod. 33, 4. [illegible] *audivit populus et luxit* (luxerunt); Num. 14, 11. [illegible] *quousque contemnet me populus iste, et quousque non credet* (credent) *mihi;* 21, 7. [illegible] *et venit populus ad Mosen*

et dixit (dixerunt); 25, 2. Deut. 1, 44. Exod. 17, 2. 16, 4. Nec aliter statuendum erit de inverso utriusque Numeri ordine, ut Exod. 19, 8. [illegible] *respondit totus populus simul et dixit.*

Annot. In pluribus autem locis, quibus in textu Hebraeo haec lex observatur, Samaritanus et pro Singulari usus est Plurali, ut Num. 32, 25., ubi וַיֹּאמֶר vertit per [illegible] Chaldaeo Singulari retinente et שְׁבָטָא inserente, similiterque Gen. 10, 25. רֶפֶד vertitur ab eodem [illegible] consentiente Chaldaeo, 35, 26. 41, 50.; sequitur tamen Hebraeum Deut. 5, 7. [illegible] *non erunt* (לֹא־יִהְיֶה) *tibi Dii alieni.* Haud minus variat in Duali cum Verbo iungendo, Singularem retinens Exod. 9, 24. [illegible] *Aegyptus, ex quo facta est* (הָיְתָה) *gens;* Plurali contra usus Deut. 21, 7. [illegible] *manus nostrae* (Ch. יָדָנָא) *non effuderunt* (שָׁפְכָה) *sanguinem istum.*

§. 91.

b) Ratione generis habita.

Interdum negligitur *Genus Subiecti* utpote quod dicenti in Verbo antecedente nondum satis innotuerit, vel Subiectum *ad sensum* magis cum Verbo iungitur. Prior dicendi usus deprehenditur apud Samaritanum in paucissimis tantum locis et, nisi excipere velis Deut. 22, 23. [illegible] = כִּי יִהְיֶה נַעֲרָ *si fuerit puella* (pro [illegible]); cum, quae ibidem c. 15, 9. legantur verba [illegible] *malignus sit oculus tuus* = רָעָה עֵינְךָ (forte pro [illegible] *tu*), aut cum Verbo Plurali Num. 36, 10. [illegible] *ita fecerunt* (pro [illegible]) *filiae Salphaad*, huc vix referri possint, vel ex depravato vel male intellecto textu Hebraico ortus est; de qua re in Annot. agetur. Exempla autem, in quibus *Subiectum*, quod sequitur Verbum *ad sensum* constructum apparet, haec sunt: Gen. 4, 7. [illegible] *ad portam peccatum cubat*, imagine a leone, quem in mente videtur habuisse, repetita; Lev. 2, 8. [illegible] *oblatio*, *quae fiet* (cf. v. 7. [illegible] = תֵּעָשֶׂה); ubi forte ad praecedens [illegible] respexit; Lev. 18, 30. 25, 5. [illegible] *annus quietis erit terrae* i. q. ager quiescet. Ex his quidem aliisque obscurius elucet constructio ad sensum, manifestius ex aliis, ut Gen. 41, 57. [illegible] *omnes terrae* i. e. terrarum incolae *venerunt.* In aliis denique liberior regnat usus; nam licet [illegible] *anima*, ubi *hominem* significat, cum Verbo masc. iungatur, ut Lev.

17, 12. ܟܠܢܦܫ · ܠܐ · ܢܐܟܠܘܢ · ܡܢܟܘܢ *omnis anima de vobis non comedet* (ubi ceteroquin ܢܐܟܠܘܢ Verbum masc. flagitat); Num. 19, 18. ܢܦܫܬܐ · ܕܗܘܝܢ · ܬܡܢܟ *animae* (homines), *quae fuerint ibi*; tamen haud desunt loci, in quibus vel eodem sensu Femininum Verbi adhibetur, ut Lev. 7, 20. ܢܦܫܗ · ܗܝܢ · ܬܬܐܒܕ *et exterminabitur haec anima;* licet 19, 8. ab interprete Sam. in eadem dicendi formula ܬܬܐܒܕ usurpetur, ubi Hebraeus habet נִכְרְתָה (cf. 17, 15.); vel promiscue utrumque genus legitur, ut Lev. 22, 6. · ܢܦܫ ܟܠ ܕܢܬܡܐ · ܕܢܬܡܐ–ܒܗ · ܗܘ · ܬܬܐܟܠ *anima, quae attigerit ista, contaminata est* (=וְטָמְאָה) — *neque comedet;* 2, 1. 4, 27. 5, 1. sq.

Annot. Aliae tamen quaedam linguae Samarit. proprietates non sunt praetermittendae, in quibus interpres alias leges videtur secutus esse. Ut taceamus locum Deut. 13, 14., ubi in verbis · ܥܒܕܬ ܡܬܥܒܕܬ *facta est abominatio* facile ob literam ܬ, a qua proxima vox incipit, emendari possit ܬܥܒܕܬ, nisi Hebraeus pariter ac Chaldaeus uteretur masculino genere; offendimus in Nomine ܡܬܬܬ *femina.* Exod. 35, 25. cum Verbo masc. iuncto. Singularis autem haec coniunctio, quae deprehenditur in verbis · ܡܬܬܬ · ܟܠ ܡܟܒܕ · ܙܥܠܬ · ܟܒܕ · ܡܥܬܒ · ܒܟ · ܬܡܢܬ *omnis femina sapiens corde manu sua nevit* (pro ܬܟܒܕ Ch. מְצַוְּלָא) *et attulerunt* (pro ܡܥܠܬ recte Ch. מַרְתָּן) *netum,* haud dubie ex Hebraicis טָווּ וַיָּבִיאוּ fluxit; in quibus Numerus quidem, at non Genus praecedenti כֹּל sese accommodavit (cf. v. 26. ܙܟܒܕ – · ܡܢܢ · ܟܠ ܙܢ *et omnes feminae neverunt,* Ch. עַזְלָן); ita ut ܙ terminatio Plur. in ܟܒܕ ex Syrorum scribendi ratione abscissa videatur, inprimis cum, quod ibidem legitur אִתָּנָה, recte vertatur ܢܡܬܢܡ. Idem valet de Exod. 1, 17., quo loco verbum, a quo incipit versus וַתִּרְאֶן et quod sequitur עֲלֵיהֶן Samaritanus recte vertit per ܡܟܗܬܙ et ܢܡܬܘܒ; quae autem haec statim excipiunt עָשׂוּ et v. 19. וְיָלְדוּ transtulit idem ܙܥܒܕ et ܙܥܟܡܙ (Ch. עֲבַדָא–וִילִידָן), licet lapsus non sit v. 21. in verbis יָרְאוּ הַמְיַלְּדֹת recte vertendis ܡܬܬܥܟܡܫ · ܡܟܗܬ *timuerunt obstetrices.* Ita quoque iudicandum erit de Num. 36, 12., ubi verba ܫܡܢܟ · ܙܙܬ respondent Hebraicis הָיוּ לְנָשִׁים (Ch. הֲוָאָה לְנָשִׁין) nec non de Num. 35, 12., ubi pariter ab Hebraeo seductus, licet utatur Nomine ܢܬܡܪ *urbes;* vertit ܢܙܬܡ, dum, quod eodem spectat תִּהְיֶינָה, transfert ܢܬܡ (cf. v. 13. 14.). Similis medela adhibenda erit in aliis locis emendandis, ut Lev. 4, 2., ubi legimus · ܬܟ · ܬܙܬܡ · ܢܙܪ · ܟܫܦ ܥܒܕܬ *contra quaevis praecepta Iovae, quae non facienda sunt,* ubi sui Nominis immemori Hebraicum מִצְוֹת (Ch. פִּקּוּדַיָּא) adhuc obversatum est; quod comprobatur voce ܢܡܬܢ, qua reddidit hebr. מֵהֵנָּה. Ita quoque corrigendum Lev. 4, 13. 27. et ibidem saepius. Vitium textus Hebraici male intellecti latet quoque Deut. 1, 44. in verbis ܡܬܟܒܕ · ܡܢܟ · ܡܟ Hebraica כַּאֲשֶׁר תַּעֲשֶׂינָה הַדְּבֹרִים *quem-*

admodum faciunt apes reddentibus, confundente interprete vocabulum hebr. vocalibus destitutum cum הַדְּבָרִים *verba* (Ch. recte דְּבַרְיָתָא). Exod. 11, 6. autem verbum ܬܣܩܬܐ = תֹּסֶף, cum reliqua recte seso habeant, inprimis ob antecedentia ܡܢܬܐ et ܬܢܝܢ, quae apprime conveniunt hebraicis וְהִיתָה et נִהְיָתָה corrigendum in ܬܣܩܬܐ, ita ut vitio magis typographico, quam grammatico hic locus videatur esse depravatus.

§. 92.

c) Ratione Generis et Numeri simul habita.

1. Pertinent huc *Collectiva abstracta fem.* ad sensum cum Verbo finito iuncta, ut Gen. 48, 6. ܕܝܠܕܬܟ ܕܗܘܝܢ ܠܟ *generatio tua* (i. e. posteri) *tibi erunt;* 41, 57. Exod. 17 1. ܟܠܗ ܕܥܕܬܐ ܕܒܢܝ ܝܫܪܝܠ ܢܣܥ ܡܢ ܨܝܢ *et profecta est omnis congregatio Israelitarum;* 16, 1. 12, 47. ܟܠ ܥܕܬܐ ܕܒܢܝ ܝܫܪܝܠ ܢܥܒܕܘܢ ܗܠܝܢ *tota congregatio Israelis faciet illud;* Num. 10, 3. 14, 10. 27. 15, 36. 16, 41. 20, 29. Ubi autem eiusmodi Nominibus plura adiunguntur Praedicata copula ܘ praecedentibus annexa constructio promiscua occurrit et vel ita, ut oratio incipiat a 3. Fem. Sing. et ad Pluralem progrediatur masc., ut Num. 14, 1. ܟܠ ܕܥܕܬܐ ܢܣܒܘ ܘܝܗܒܘ ܩܠܗ ܕܒܟܝܐ *et sustulit omnis congregatio et edidit vocem suam;* vel a Plurali procurrat ad Singularem, ut Lev. 4, 13. ܟܠܗ ܕܥܕܬܐ ܕܒܢܝ ܝܫܪܝܠ ܢܣܬܥܝܘ ܘܐܫܬܠܡܘ — ܕܐܝܬܝܗ *si universa congregatio Israelitarum erraverit — et culpam contraxerit.* Praeterea huc referendum est ܥܪܒܐ *vulgus;* Num. 11, 4. ܥܪܒܐ ܕܒܬܘܟܗ ܐܬܬܐܒܪܘ *vulgus, quod in medio eius, concupivit.*

Annot. Nonnunquam tamen Collectiva abstr. fem. iunguntur quoque cum Verbo masc. Sing., ubi Praedicatum ad totum magis, quam ad singulos spectat, ut Num. 20, 1. ܟܠܗ ܕܥܕܬܐ ܕܒܢܝ ܝܫܪܝܠ ܐܬܘ ܠܡܕܒܪ ܨܝܢ *venerunt Israelitae congregatio tota in desertum Sin* Gen. 50, 9.

2. Interdum *Pluralia fem.* adiunctum habent Verbum Sing. masc., neque modo, si illud velut impersonaliter antecedit, ut Deut. 32, 35. ܪܓܠܝܗܘܢ ܙܠܐ *nutabit pes eorum;* sed etiam licet rarius, si sequitur Verbum, ut Gen. 6, 1. ܒܢܬܐ ܝܠܕܘ ܠܗܘܢ *et filiae iis genitae sunt* (יָלְדוּ Ch. אִתְיַלִּדָא); nisi forte hic de ܡ Syrorum more abscisso cogitandum sit.

Annot. Depravatus autem haud dubie locus est Deut. 31, 21., ubi leguntur verba: ܕܢܬܝܢ ܕܢܫܬܒ ܗܠܝܢ ܕܥܠܝܗ ܕܥܡܐ ܡܬܝܢ

et fiet, cum acciderint ei multa mala; neque Hebraeo, neque Chaldaeo cum his censentiente; ideoque emend. ܕܥܒܪܘܗܝ.

§. 93.

d) Constructio Subiectorum compositorum.

1. In Nominibus ad Genitivum exprimendum Statu regiminis s. constructo inter se iunctis *Praedicatum* respicit ad Nomen regens, quod praestet ceteris, rarius ad Nomen in Genitivo positum, nisi si illud quoad sensum maiorem forte obtineat vim. Id inprimis observari solet a) in Nominibus cum ܟܠ coniunctis, quod Adiectivi instar accedit; sic Gen. 5, 5. ܘܗܘܘ ܟܠ ܝܘܡܝ ܐܕܡ *erant omnes dies Adami;* 9, 29. Exod. 15, 20. ܘܢܦܩܘ ܟܠܗܝܢ ܢܫܐ *egressae sunt omnes mulieres;* b) si *Abstractum* antecedit in Statu constr. Nomen personas designans itidem Adiectivi speciem magis referens, ut Exod. 15, 4. ܒܚܝܪܘܬܗ ܕܬܠܬܐ ܛܒܥܘ *electio tribunorum eius* i. e. electissimi eius tribuni *submersi sunt;* aut denique c) *Praedicatum* sequitur Genus Nominis in Genitivo positi, quod quoad sensum ipso magis opus habeat, ut Lev. 13, 9. ܡܟܬܐ ܕܐܦܪܥܐ ܒܐܢܫܐ *plaga leprae cum fuerit in homine.*

2. Si vero *Praedicatum* sive sit Verbum, sive Adiectivum ad plura refertur *Subiecta* copula ܘ inter se connexa, potest A) antecedere in Singulari et quidem a) si, quod de pluribus valet, in universum enuntiatur, ut Gen. 11, 29. ܢܣܒܘ ܐܒܪܗܡ ܢܚܘܪ ܠܢܫܝܗܘܢ *et sumserunt Abrahamus et Nachor sibi uxores;* 7, 7. 34, 20. Exod. 24, 13. ܘܩܡܘ ܡܘܫܐ ܘܝܗܘܫܥ *et surrexerunt Moses et Iosua;* 36, 1. 1, 6. ܘܡܬܐ ܝܘܣܦ ܘܟܠ ܐܚܘܗܝ *et obierunt* (pr. mortuus est) *Iosephus et omnes eius fratres;* Num. 1, 17. 3, 4. 8, 20. 20, 28. 31, 13. Quodsi vero in sequentibus novum accedit Praedicatum copula ܘ adiunctum et ad Subiecta iamiam nominata referendum, ponitur id, ut par est, in Plurali, ut Exod. 8, 23. ܘܢܦܩܘ ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܦܪܥܘܢ ܘܐܡܪܘ ܠܡܘܫܐ *et venerunt* (pr. venit) *Moses et Aaron ad Pharaonem et dixerunt;* Lev. 9, 23. ܘܥܠܘ ܠܘܬ ܐܗܪܘܢ ܘܩܡܘ ܘܢܦܩܘ ܠܡܫܟܢ ܙܡܢܐ *et ingressi sunt Moses et Aaron in tabernaculum testimonii et egressi sunt;* Gen. 9, 23. 21, 32. 24, 50. 61.; interdum tamen licet rarius et hic oratio continuatur in Sing. inprimis ubi id, quod hoc altero Praedicato edicitur ab uno potissimum factum fuisse, aut ei soli accidisse existimandum est, ut Exod.

7, 10. ·אל־פרעה · משה · ואהרן · ויבאו · ויעשו *et adierunt* (pr. adiit) *Moses et Aaron Pharaonem et fecit* (וַיַּעֲשׂוּ) sc. Aaron, ad quem sequentia respiciunt. Rarius antecedit b) *Praedicatum* in Plurali ratione eorum habita, ad quos actio referenda est, ut Gen. 31, 14. ·רחל · ולאה · ותענה · ותאמרנה *et responderunt* (Hebr. וַתַּעַן Ch. וְאָתֵרִבַת) *Rahel et Lea et dixerunt;* 35, 29. Exod. 4, 29. ויבאו · ויקהלו · ויעשו *iverunt autem* (וַיֵּלֶךְ) *Moses et Aaron et congregaverunt.* Interdum c) antecedit Verbum in Sing. cum proximo coniunctum Subiecto, ad quod prae ceteris actio pertineat, ut Num. 12, 1. ותדבר · מרים · ואהרן *et locuta est Miriam et Aaron;* 20, 11. ·ותשתו · העדה · ובהמתם *et bibit congregatio et iumenta eorum.* B) Si plura antecedunt Subiecta, sive sint Pluralia, sive Singularia, *Praedicatum* sequitur a) in Plurali (cf. supra A. a.), ut Num. 32, 26. ·טפנו · נשינו · מקנינו · וכל־בהמתנו · יהיו · שם *parvuli nostri et mulieres nostrae, et pecora nostra et omnia iumenta nostra hic erunt;* Gen. 8, 22. ·זרע · וקציר · לא — ·יחדלו *semen et messis — non deficient;* b) in Singulari autem sequitur *Praedicatum* Verbo expressum, si actio ad unum prae ceteris est referenda, cuius reliqui participes tantum fuerint ducem s. auctorem hunc secuti, ut Exod. 17, 10. משה · אהרן · וחור · עלו *Moses, Aaron et Hor ascenderunt* (עָלוּ Ch. סְלִיקוּ) i. e. Moses cum utroque; aut ubi singula Subiecta Particula גם *aut* separantur, ut Lev. 22, 27. שור · או · כשב · גם · עז · כי · יולד *bos, aut agnus, aut capra cum nati fuerint;* aut si Nomina sunt rerum fereque synonyma, ut Lev. 19, 36. ·מאזני · צדק · אבני · צדק · איפת · צדק · והין · צדק *staterae iustae, pondera iusta, Epha iustum et Hin iustum sit* (sint) *vobis;* Deut. 28, 24. C) Si Nomina varii sunt Generis, praestat *Masculinum*, ad quod Verbum in Plurali positum referatur, ut Num. 5, 6. ·איש · או · אשה · כי · יעשו *vir aut femina si fecerint;* 14, 3. ·נשינו · וטפנו · יהיו · לבז *uxores nostrae et parvuli nostri sint praedae;* rarius adhibetur Femin. Sing. ob maiorem Subiecti fem. vim, ut Exod. 21, 4. ·אשתו · ובניו · תהיה · לאדניו *uxor et liberi eius erunt domino*, i. e. uxor cum liberis. D) Easdem sequitur leges lingua, si Subiecta 2. et 3. personae *Praedicato* inter se iunguntur, ubi Plurali 2. personae

opus est, si quidem illud ad omnes pariter refertur; ut Exod. 9, 30. Te autem et servos tuos scio · ܐܢܬܘܢ · ܥܒܕܝܟ · ܠܐ ܝܕܥܝܢ · ܕܡܪܝܐ *non timuisse* (pr. quod nondum timueritis) *Deum;* 5, 4.; si vero 1. cum 3. persona ita iungitur, tum 1. Plur. Verbi postulatur, ut Gen. 37, 10. · ܢܬܐܬܐ · ܐܢܐ · ܘܐܡܟ ܘܐܚܝܟ *num veniamus ego et mater tua et fratres tui;* 41, 11. ܚܠܡܝܢ · ܐܢܐ · ܘܗܘ · ܒܠܝܠܐ · ܚܕ · ܚܠܡܝܢ *et somniavimus* (somnium) *una nocte ego et ille;* si denique actio ad unum prae ceteris refertur utpote eius auctorem aut principem, tum Singularis Praedicati adhibetur, ut Num. 1, 3. · ܬܡܢܐ ܐܢܘܢ · ܐܗܪܢ — · ܐܢܬ ܘܗܘ *numerabis eos — tu et Aaron* (תִּפְקְדוּ Ch. תִּמְנוּן); Exod. 24, 1. · ܣܠܩ · ܐܢܬ · ܐܗܪܢ · ܢܕܒ · ܘܐܒܝܗܘ *ascende tu et Aaron, et Nadabus et Abihu* i. e. tu cum his te comitantibus.

Annot. Praeterea tenendum, Pluralem Verbi antecedere, si duae deinceps sese excipiunt res singulae et per se spectandae, ut Exod. 25, 19. · ܚܕ ܟܪܘܒ · ܡܢ · ܣܛܪܐ · ܕܝܡܝܢܐ · ܘܚܕ ܟܪܘܒ · ܡܢ · ܣܛܪܐ · ܕܣܡܐܠ *fiant Cherubus unus ab extrema parte hinc et Cherubus alter ab extrema parte illinc;* aut sequi, si e praecedente Collectivo apparet, rem esse multiplicatam, ut Exod. 7, 12. ܓܒܪܘܗܝ · ܐܝܟ · ܕܚܠܐ · ܚܕ · ܕܚܝܐ *proiecit quisque baculum suum et facti sunt serpentes.* Interdum quoque Praedicati genus variat, si Subiecta varii generis antecedunt, ut Exod, 9, 32. ܚܛܬܐ · ܘܟܘܣܡܬܐ · ܠܐ · ܐܬܝܪ · ܠܐ · ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܝܢ · ܕܡܝܢ *frumentum et far non percussa sunt, quia serotina erant;* at difficilior verborum structura deprehenditur Deut. 19, 17., ubi dubitaverim in verbis ܩܕܡܝ · ܕܡܪܝܡܐ · ܕܡܬܕܝܢ · ܓܝܪܐ *coram sacerdotibus et iudicibus, qui erunt* emendare ܗܘܝܢ (= יִהְיוּ Ch. יְהוֹן), cum Samaritanus ipse hanc difficiliorem lectionem lineola sua notaverit.

Caput quartum.

Syntaxis Particularum.

§. 94.

De Particularum natura in universum.

Cum *Particularum* finis hic sit, ut vel singulis periodi partibus connectendis inserviant, vel mutuam verborum inter se rationem definiant ideoque pro *Verbi* atque *Nominis* adminiculis haberi possint, nostrum erit, hic accuratius exponere, quam in hanc utramque orationis partem vim exerceant, ita ut, cum de Adver-

biorum usu eorumque exprimendorum modo iam §. 76. §. 84. 5. §. 88. A. 4. et ibidem B. Annot. satis dictum sit, a *Coniunctionibus* exorsi ad *negandi interrogandique* particulas transeamus et inde *Praepositionum* atque *Interiectionum* naturam diligentius percenseamus. Hinc agetur

I. De iis, quae singulas periodi partes inter se connectant.

§. 95.

De Coniunctionibus.

1. Simplicissima singulas periodi partes inter se connectendi ratio cernitur in copula ܘ, de cuius latiore usu missis, quae satis nota sunt, prae ceteris hic erit disserendum. Adhibetur enim non modo in oratione leniter fluente novis quibusdam, quibus periodi ambitus extenditur, et Subiectis et Praedicatis, quae cum prioribus arcte cohaerent, accedentibus, sed etiam ubi praecedentibus aliquid opponitur s. in periodis *adversativis*, in quibus Nomen ad oppositam sententiam deducens ob maiorem suam vim principem tenet locum, ita ut non tam copulae, quam huic verborum ordini vis adversativa sit tribuenda, ut Gen. 1, 10. ܘܩܪܐ ܝܒܫܬܐ ܕܝܡܐ ܘܩܪܐ ܠܟܢܫܬܐ ܕܡܝܐ *et vocavit aridum terram, sed congregationem aquarum vocavit maria.* Haud minus adversativa eius notio cognoscitur, ubi in altera periodi parte negatur id, quod in priore affirmatur, ut Deut. 23, 20. ܠܢܟܪܝܐ ܠܐ ܬܬܝܗܒܘܢ ܠܢܟܪܝܐ ܐܚܝܟ *peregrino foenori dabis, sed non fratri tuo* (foenori dabis); aut ubi ea annectitur sententia, qua prior coerceatur, ut Gen. 26, 27. quare venistis ad me; ܡܢܐ ܗܝܢܐ ܐܬܝܬܘܢ ܠܘܬܝ *cum tamen odio me persequamini.* Hinc interdum quoque inservit prioribus explicandis, ut Gen. 34, 21. ܐܪܥܐ ܗܐ ܪܚܒܐ *nam terra ecce est lata.*

Annot. In concitatiore oratione pluries repetitur copula ܘ ante singula facta deinceps sequentia, quae magis singula enumerantur (πολυσύνδετον); ut Gen. 43, 8. ܢܩܘܡ ܘܢܐܬܐ ܘܢܚܝܐ ܠܐ ܢܡܘܬ ܠܐ ܢܚܝ *surgamus et veniamus et vivamus neque moriamur;* aut prorsus omittitur in iis, quae quasi uno tenore et festinanter fiunt (ἀσύνδετον); ut Exod. 15, 9. ܐܪܕܦ ܐܬܦܠܓ ܩܛܝܠ ܫܠܒܐ *persequar, comprehendam, dividam spolia.*

2. In iungendis periodi partibus, quarum altera protasin, altera apodosin continet, haec, quae priori subiicitur sine ulla par-

ticula praemissae, annectitur copula ܕ ita explicanda, ut, quae in protasi leguntur, perinde sint iudicanda ac si nemo iam amplius dubitare possit, quin fere facta fuerint. Huc pertinent a) periodi mere *temporales*, ut Gen. 19, 23. ܠܘܛ ܥܠܠ ܒܨܥܪܐ ܡܛܝܐ ܠܬܪ ܫܡܫܐ — *cum sol oriretur — Lot ingressus est;* 44, 4. Lev. 22, 7. ܡܬܕܟܝܐ ܗܘܝܬ ܠܡܫܡܫܐ *cum occiderit sol, tum munda erit.* Hinc b) ܕ *relativum* dici possit haud raro notionem *ita ut* sibi vindicans in his periodi partibus consociandis, quarum altera post Imperativum cum ܕ iuncta prioris desiderii aut mandati contineat consecutionem, ut Gen. 24, 14. ܡܬܚܘܢ ܡܠܐܢ ܕܐܫܬܝ ܡܢ *inclina quaeso hydriam tuam, ut bibam;* Exod. 8, 8. ܡܨܠܝܢ ܠܡܪܝܡܐ ܕܢܐܟܠ *orate Deum, ut removeat;* 11, 2. ܡܠܘܠܘܢ — ܕܢܫܐܠܘܢ *loquimini* i. e. praecipite, adhortamini, *ut postulent;* 17, 2. Idem valet c) ubi res futura enuntiatur, ita ut sine praecedente particula conditionali e copula ܕ, quae consecutionem contineat, conditio demum cognoscatur, ut Gen. 44, 22. ܐܒܘܗܝ ܕܢܫܒܩ ܐܢ ܕܢܡܘܬ *patrem suum* (si) *reliquerit, morietur;* 42, 38. Lev. 18, 5. ܕܢܥܒܕ ܡܕܡܐ ܕܢܚܐ ܒܗܘܢ ܕܢܚܐ *quae* sc. mandata *(si) fecerit quisquam, vivet in iis* i. e. eorum beneficio.

Annot. Interdum tamen in huiusmodi periodis conditionalibus ܕ illud relativum omittitur et alia particula compensatur, ut Exod. 4, 23. ܐܢܬ ܐܢ ܠܡܫܕܪ ܠܟ ܐܝܟ ܐܢܐ ܩܛܠܢܐ ܒܪܟ *si recusaveris dimittere eum, ecce, ego interficiam filium tuum* (pro ܕܐܝܬ); Lev. 10, 19. ܗܐ ܕܐܟܠܬ ܚܛܐ ܗܘܐ ܠܡܪܝܡ ܗܘ ܠܐܠܗܐ ܕܢܬܩܒܠ *si comederem piaculum hodie, numquid Deo* (in oculis Dei) *gratum foret.*

3. Praecedentibus in protasi particulis ܕܢ, ܕܐܢ, ܐܢ s. ܐܢ aliisque, ܕ relativum in apodosi haud raro desideratur, protasi iam satis definita, quae hac ambitus sui descriptione haud indigeat, ut Deut. 24, 12. ܗܘ ܓܒܪܐ ܡܣܟܢܐ ܕܢܫܟܒ ܒܥܒܛܗ ܕܠܐ ܬܬܩܢ *si vero vir pauper est, non dormies cum pignore eius;* idemque observatur, si antecedunt, quae conditionem pluribus dissectam membris at copula ܕ inter se nexis proponunt, ut Deut. 25, 5. ܐܡܬܝܢ ܐܚܐ ܕܢܬܝܬܒܘ ܒܚܕ ܘܠܐ ܗܘ ܠܗ ܒܪܐ ܕܢܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܕܡܝܬܐ ܠܓܒܪ ܐܚܪܢܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܒܪܐ ܡܢܗܘܢ ܕܡܝܬ ܐܚܐ ܕܐܒܐ ܠܐ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܕܡܝܬܐ ܠܓܒܪ ܐܚܪܢܐ *si habitaverint fratres una mortuusque fuerit unus ex iis nec filius ei fuerit; non nubet uxor mortui viro extraneo;* 11. 12. In haud paucis tamen locis in apodosi ܕ iterum recipitur tum post alias, a

quibus periodus incipit particulas, ut ܐܡܬܝ Gen. 19, 15. ܐܡܬܝ ܬܗܪܬ ܗܘ ܐܝܬܝܗ *cum vero aurora ascendisset, urgebant;* cum post ܐܢ, ut Deut. 25, 7. ܐܢ ܐܢ ܢܗܘܐ ܐܚܝܗ ܕܐܚܝ ܢܣܒ ܐܢ ܬܬܝ ܠܡܬܐ ܐܚܝ *si noluerit vir ducere uxorem fratris sui, ascendet* (illa); 26, 1. 2. 25, 1. Gen. 18. 26. 32, 17. 18. Exod. 22, 12. 15. Lev. 17, 16. Interdum ܐܢ iungitur cum Praet., ubi de actione repetita s. praesentis s. praeteriti temporis, cui Futuri subest descriptio, agitur, ita ut sit i. q. *quotiescunque*, ut Num. 21, 9. ܗܘܐ ܕܢܫܟ ܐܚܕ ܢܚܫܐ ܕܚܙܐ ܢܚܫܐ ܕܚܝܐ ܢܚܫܐ ܕܚܝܐ *et factum est, quotiescunque momordisset serpens aliquem et intueretur serpentem aeneum, ut viveret;* Gen. 38, 9. In solemni iurandi aut omnino affirmandi formula, quae apud Samaritanum nullibi plene legitur, desideratur altera periodi pars s. apodosis, ac si oratio in protasi conditionalis iam per se satis perspicua sit, ita ut ܐܢ simpliciter positum neget sitque i. q. *certe non;* cum adiuncta autem negatione ܠܐ ܐܢ affirmet i. q. *certe, profecto;* sic Gen. 14, 23. ܐܢ ܠܐ *si sumam* (sc. peream) h. e. *non sumam;* Deut. 1, 35. iuravit Deus dixitque ܕܢܚܙ ܗܢܐ ܐܢ *si quis viderit* i. e. non videbit; Num. 14, 28. ܐܢ ܠܐ ܐܝܟ ܕܡܠܠܬܘܢ ܩܕܡܝ ܠܐ ܐܢ ܠܐ ܐܥܒܕ ܠܟܘܢ *nisi, quemadmodum locuti estis coram me* (pr. in auribus meis), *sic fecerim vobis.* Licet denique ܠܘ (=לו *utinam*) adhibeatur in votis (§. 64. II. 2.), tamen quoque obtinet notionem hypotheticam et differt ab ܐܢ, ut Graecorum ἐάν ab εἰ. Hinc legitur in sententia hypothetica, quae irrito nititur desiderio, et iungitur cum Praet. aut Futuro, quod utrumque itidem in apodosi sequitur, quando id, quod e re praeterita aut futura, quae fieri potuit aut potest, at non vere accidit, ducitur, proponitur utpote res, quae certe evenire debuisset aut eveniret; in qua posteriore cogitandi ratione in apodosi quoque Praet. adhibetur, ut Num. 22, 29. ܕܚܪܒ ܐܢܐ ܠܘ ܐܢܐܠܩܛܠ ܠܘ ܗܫܐ ܐܠܗ ܩܛܠܢܐ *si gladius esset in manu mea, certe iam te interficerem.*

Annot. Non tamen in his Samaritanus semper sequitur Hebraeum, ut Deut. 32, 29., ubi לו ad sensum magis ab eo vertitur ܐܠܗ apodosi cum ܕ relativo sic adiuncta: ܕܢܬܢܢ ܕܢܫܬܘ ܐܠܗ pr. *quod non sapiunt ut determinent* pro: si saperent, determinarent (ܠ permutato cum לו=לא). Idem animadvertitur Gen. 50, 15., ubi verba Hebraica redduntur: ܢܣܢܐ ܢܢܬܢܢ ܐܠ *nonne nos odio habebit Iosephus;* similiterque ab eo Gen. 31, 42. לולי transfertur

ܐܦܠܐ et in apodosi pro כִּי עַתָּה leguntur verba ܗܫܐ · ܐܦܠܐ *nonne iam;* quem locum ad sensum redditum esse nemo infitiabitur.

4. *Periodi adversativae* cognoscuntur vel, ut supra vidimus, e copula ܘ, vel ex aliis particulis, ut ܐܦܠܐ *sed*, negativa periodo antecedente, ut Gen. 3, 4. 5. · ܠܐ ܬܬܐܟܠܘܢ · ܡܛܡܫ · ܐܡܠ ܐܦܠܐ · ܝܕܥ · ܐܦܠܐ *certe non consumemini, sed novit Deus;* 17, 15. non vocabis nomen eius Sarai ܫܪܝ · ܫܪܐ · ܐܦܠܐ *sed Sara nomen eius* (erit); 19, 2. · ܫܪܐ · ܐܦܠܐ · ܐܡܠ ܐܡܬܐ *minime; sed in platea pernoctabimus;* 45, 8. Exod. 16, 8. Idem valet de ܝܠܐ · ܐܦܠܐ *sed si, nisi*, ut Lev. 22, 6. ܢܐܟܠ · ܝܠܐ · ܐܦܠܐ — — ܒܝܡܡ · ܐܦܢ *neque comedet — — nisi laverit*, sine sequente Verbo, ut Gen. 32, 28. · ܥܩܘܒ · ܐܦ ܒܐܪܡܐ · ܝܠܐ · ܐܦܠܐ · ܝܝܢ · ܬܢܘ · ܥܝܠܐܐܠ *non Iacobus dicetur amplius nomen tuum, sed Israel;* adeoque sine antecedente negatione et Verbo in Praet. sequente Gen. 40, 14. ܡܠܐܪܬ · ܝܠܐ · ܐܦܠܐ *sed mei sis memor;* aut in Fut. Num. 24, 22. ܠܡܩ · ܫܬܩܡ · ܡܫܡ · ܝܠܐ · ܐܦܠܐ *attamen erit in combustionem Cainus.* Reliquae particulae adversativae sunt: ܝܦܢܐ *veruntamen, sed;* Gen. 28, 19. · ܫܡܢ · ܝܦܢܐ ܢܫܐܝܬܩ · ܫܐܪܩ · ܝܝ *sed Luza nomen urbis erat prius;* ܬܢܝܦ et ܒܟ *tantum* hoc discrimine, ut illud coerceat magis id, quod in praecedentibus dictum est; hoc ad id referatur, quod statim sequitur, ut Gen. 6, 5. · ܫܬܢܝ · ܠܡܠܘ · ܫܡ · ܒܝ ܫܝܢܡ · ܒܝ · ܡܡܕ · ܬܢܝܦ *et omne secretum negotium tantummodo malum illo die;* Deut. 16, 15. · ܒܟ · ܡܫܐ ܡܬܝ *sis igitur modo laetus;* Exod. 10, 17. condonate peccatum meum ܫܒܩܠܐܫ · ܒܟ *modo hac vice* et ibid. orate Deum, ut amoveat a me ܒܬ · ܫܐܢܝ · ܐܡ · ܬܢܝܦ *hanc tantummodo mortem.*

5. In periodis porro *causam* aut *consilium*, quod quis secutus est, indicantibus, adhibentur ut par est, Particulae ܬܝ, ܐܦܠܐ (de ܘ relat. vid. supra 2.) sequente Futuro; si consilii aut causae ratio e re praesenti aut praeterita ducitur, ut Exod. 3, 11. ܒܡܐ · ܬܝ · ܫܒܐ · ܒܝ *quis ego, ut eam.* Quodsi vero, quae eiusmodi particula annectuntur, praecedentibus explicandis inserviunt, tum causa vel consilium ad rem praeteritam respiciens sequitur in Praet., ut Gen. 33, 11. · ܐܡ · ܡܬܝ · ܒܟ ܝܡܫܒܐ · ܡܒܐܪܟ · ܐܦܠܐ · — ܡܐܝܬܒ *accipe quaeso benedictionem meam, — — quia* (nam) *misertus est mei Deus;* similiterque periodus causalis antecedit in Praet., ubi futura res

